10 *Et est quæstio pulchra, an ille q emit vsūmfructū formalem alicuius fundi, si posteà cōtigat sterilitas, possit petere remissionem mercedis. Et videtur, quòd sic: per l. licet. C. locat. & c. propter sterilitatē. extrà, de loca. Et pro hoc, quia emptori fructuū futurorū fit talis remissio: vt no. Bal. in d. l. licet. in v. quæst. dicas contrarium, scilicet, quòd non debeat fieri remissio aliqua: quia ius vēdi est p concessione iuris: non aūt pro fruitione facti obligauit concedēs vsum fru. pro hoc l. iij. §. dare ff. de vsufru. Et ideo refert verum cōcernat perceptionis effectum, & tunc fiat remissio: aut primum remissionis actū, & tunc nō fiat remissio: quia nō est impedimentum, secundùm Bal. qui ita not. in d. l. licet. in v. q. in vers. sed qd
11 de eo qui emit. C. loca. *¶ Quāto aūt tēpore duret vsusfr. vel vsus legatus? Respondeo, dic, quòd centū annos: quia ista est vita longæui hominis. ita dicit glo. xvj. q. j. c. possessiones. & mouetur per tex. in l. an vsusfru. ff de vsufr. probatur in l. si vsusf. municipibus. ff. de vsufruct. leg. Idē dicas in legato vsufruc. relicto ciuitati vel castello, vt duret c. annos: vt est casus in dictis iuribus. Vltimò adde, quòd sicut vsusfr. constitutus finitur morte vsufructuarij, vt §. finitur. Insti. de vsufruct. ita etiā finitur species vsusfru. constituendi: vt probatur l. Sempronius Attalus. de vsufru. leg. & l. qui vsumfru. in verb. hoc ita sc. ff. de vsufruct. quos text. allegat ad hoc

hoc Lud. pro notabilib^a in cccclxij. singulari, quod incipit, vsusfr. const. Caetera circa istam materiã vide per Azo. in sum. C. de vsufr. & in toto illo tit. ff. eod. & in c. fin. & ibi per gl. cano. extrà, de pignori. quia non intendo ipsam hîc latius declarare, &c. quia longissima est.

a Domini. *Quomodo accipiatur verbum Dominus, vide Alexã. in ij. volu. in consil. cxxix. in ulti. col. per totum. & in iiij. volu. consil. v. in ij. colum. & Corneum consi. cxxix. incipien. visis in iiij. volumine.*

b Vsufru. *Adde Alex. cõsi. lxvj. per totũ in iij. vol. Et utrũ, & quãdo si testator relinquẽs uxorẽ usufr. uctuariã, instituit hæredẽ utilẽ post mortẽ uxoris, & unũ aliũ in re certa, an ualeat legatũ usufructus, uide consil. lxviij. in j. & ij. col. in v uolumine.*

De secunda specie seruitutis mixtæ, de seruitute usus.

CAP. V.

1 *Vsus diffinitio quænam propriè sit.*
2 *Vsus quotuplex existat.*
3 *Vsus quot modis capiatur.*
4 *Vsus inquantum seruitus est, quid in se contineat.*
5 *Vsus domus uel ædium in specie quid comprahendat.*
6 *Vsus ædium, habitationis, fundi, seruitutis, pecoru, boum, armenti, & equi, quid sint remißiuè.*

AD secundã itaq; seruitutẽ mixtã, quæ est vsus, accedam^a: & ita
1 diffinitur: *Vsus est alienis rebus vtẽdi ius salua rerũ substãtia: vt probatur in l. j. cũ gl. in verb. vtẽdi. ff. de vsufr. nã nõ dixit fruẽdi, ad differentiã vsusfr. & ibi not. Diffinit aũt aliter vsum Are. in c. quãuis. de of. dele. lib. vj. vbi dicit secũdũ Augustinũ, q̃ vti, est id quod in vsum venerit, referre ad id quod fruendũ est. Secundum eum, vti, est quæ sunt ad finem ordinata in finem referre: & illicitus vsus abusus vel abusio potius denominandus est. Ista diffinitio ponitur etiam in libro Sententiarum in princip. in ij. c. Sed nõ conuenit propriè, vsui, qui seruitus dicitur: ideo primã teneas, & eam declara, vt per gloss. & Doc. in l. j. ff. de vsufru. & per Cyn. C.
2 eo. in rub. *Et scias, q̃ vsus est duplex, sicut et est vsusfr. vnus scilicet facti, & alius iuris: vt no. Bal. & Ang. in l. si vnus. ff. de condi. inst. Ex quo ibi inferũt ad q̃stionẽ ingredietis ĩ monasteriũ, & reseruãtis sibi vsumfr. videlicet, quòd talis ingressus nõ vtat: qa cũ vsusfr. sit duplex, iuris & facti, intelligitur ingrediẽs sensisse vsum fr. facti, q retinetur cõniuentibus oculis abbatis. & allegauit extrauagãtẽ Io. xxij. q̃ incipit, ad conditorẽ. de qua q̃stione vide per gl. in l. per seruum. ff. de vsu & habi. & aut. ingressi. C. de sacros. eccle. Itẽ scias, q̃ verbum, vti, spectat ad vsuariũ: verbũ, frui, ad vsufructuariũ, capiẽdo, frui, pro eo quod est iuris: vt est text. in l. ij. in prin. ff. de vsu & habit. nõ aũt p eo, quod est pceptio fructuũ: vt dixi s. de vsufr. quiã vsusfruc. differt à fructu. l. vaccæ. de euicti. sed ius fruẽdi vtẽdi spectat ad vsumfruc. vt est tex. in l. vti frui. in prin. ff. si vsusfr. pet. patet ex diffinitione etiã vsusfr. quã supra retuli, quod fallit simpliciter, qñ cõcederetur vni res pleno iure, cum clausula ad vtẽdũ & fruendũ. Nã tũc clausula nõ continet cõcessionẽ: vt l. donationes in cõcubinam. §. species. ff. de donatio. nisi adijciatur, ad vtendum & retinendum in vita sua: vt l.

vt l.cùm hi. §.vni.de transaction.ita notat Bald.in l.j.in ij.col.versic.not. quòd fructus quando.C. de fructi.& lit.expen.quod not. bene. Itē aduerte, quandoq; quis habet ius vtendi fruendi: & alter habet facultatem percipiendorū fructuū.l. si vsusfr.ff. de iure dotium.& l.si vsusfru.sol.matr.& no.Ioan.An.in addi.Spec.in rubri.de præb:ad finē.Et aduerte, quia principalis differentia inter vsumfr. & vsum,est quòd seruitus vsusfruct. est plenissima. Nā ad vsufructuariū omnes fructūs pertinent:vt l.vsufru. legato.ff.de vsufru.Sed ad vsuarium illi tantùm pertinēt regulariter, qui sunt necessarij:vt Insti.de vsu & habita.in pri.& l.plenum. §.j.ff.eo.tit. &c.Ista tamē verba,vti frui, p se sumpta,vel simul, aliter capiuntur apud Theologos:vt per August.li.1.de doctrina Christiana, & libro x. de trinitate,& habetur etiā lib.1. sentētiarū. c.ij.li.xxiij. de quo vt ibi.

3 *Capitur autem vsus multis modis.Primò pro iure seruitutis,sicut dictum est.& ita loquitur totus titulus,ff.de vsu & habita.& Insti.eo.cum simili. Secundò capitur quandoq; pro vsufruct. vt est text. cum gloss. in authenti.de hæredi. quæ ab intestato. §. si verò cum ascēdentibus. & in aut. de non eligen.secundò nub. §.j.& §.prospeximus. Tertiò capitur pro cōmoditate vtendi, cùm tamen verè non sit vsus:vt l si quis binas.ff. de vsufr. & l.si alij ff.eo. ti. Quartò capitur pro eo quod quis pro suo vsu habet, vel sui vsus causa paratū est.& videtur in l.censoria.ff. de verborum significa.& l.cùm in testamēto.de auro & argen.legato.& per Ange. in l. ex facto.la secunda.ff.de hæredi. insti.vbi dicit, ea quæ ad vsum nostrū referimus,semper intelliguntur esse illicò vbi sumus,nisi aliter appareat. allegat nota.in l. sed si non inducta. C.in quibus causis pign.taci.contra. Quintò & vltimò capitur pro eo, quod dicitur vsus cōmunis, sicut est cōsuetudo:vt l.ij.C.q̄ sit longa consuetu.& in c.j.in tit.de feu.cogni.Et propterea dicitur cōmunis vsus loquēdi & intelligēdi. de quibus vide plenè per Bartol.in l.Labeo.ff.de supel.leg.& habetur in l. librorum. §. quòd tamē Cassius.de lega.iij.

4 *Sed sciēdum est,quid cōtineat in se vsus inquantum est seruitus. Dic in genere:vt colligitur de diffinitione quā suprà tradidi:& habetur Insti.de vsu & habit.per totum.& ff.eodem, per totum.& d.l.plenum. §.j.& l.per seruum. §.j.vsq; ad finē.l.diuus. §.j.eo.titu.

5 *Sed in specie,quid cōtineat in se vsus domus vel ædium? Dic vt l.j.& ij.ff.de vsu.& habit.& Insti. eodem tit. §.item is qui ædiū.& in l.diuus. §.j.vbi est casus nota.in l. si domus.& in l.si filiusfa.eo.tit. & in d.l. ij.est glo.no.quod not.quòd nō pōt inducere ganeas seu meretrices vsufructuarius, vel vsuarius, nec etiam scholaris socius in domo cōducta: sicut nec vicin' pōt inuita vicinia meretricem in domo: vt nota. Guil. de Cu.Bal.& Doct.in l.ij. de summa trinitate.Item nec socius potest tenere cōcubinam: vt not Bald.in l. si conuenerit.pro socio.nec inimicum socij:argumē.l.si pendētes. §.j.ibi, vel cōtumeliosè.de vsufru. nec aliquam personā,per quam possit inferri cōtumelia socio vel domino proprietatis,per illum text.quem bene not.

6 *Quid autem contineat vsus ędiū seu

seu domus, vide in l. arboribus. aliàs l. æquissimum. §. sed si ædium. cum seq. vsque ad finem. de vsufru. Itē quid contineat vsus habitationis vel habitatio, vide l. cū antiquitas. & l. habitatio. C. de vsufr. & Instit. de vsu & habita. §. sed si cui habitatio. & l. si habitatio. ff. eodem tit. de quo dic vt plenius dicam in sequenti seruitutis specie mixtæ. Item quid de vsu fundi, vide in d. l. si habitatio. §. si vsus. & l. fundi. ff. de vsu & habi. & Instit. eo. in princi. Item quid de vsu serui, vide Instit. eo. §. itē is ad quē. in l. per seruum. in princ. & l. seruus. & l. si legatus. §. seruo. ff. eo. Item quid de vsu pecoris, vide in l. plenū. §. sed si pecoris. Item quid de vsu boum & armenti & equi, vide in d. l. plenum. §. sed si boum. & §. equitij.

Itē quid de vsu aquæ, vide in l. diuus Adr. Itē quid de ministerij vsu & operarū serui, vide ī d. l. plenū. §. si vsus. & §. opas. cū l. se. ff. e. De istis duobus dicet in sequētibus. Hæc de seruitute vsus, q̄ est secunda species seruitutis mixtæ, dixisse sufficiant.

a Habitatio. *Adde Alex. in j. uolu. cōs. j in j. col. & in ij. uol. cōs. xx. per totū. Et Cor. cons. cluij. in iiij. uolu.*

De tertia specie seruitutis mixtæ, uidelicet de seruitute habitationis. CAP. VI.

1 *Habitatio ab usu in quo differat.*
2 *Legauerit, & promiserit si quispiā alicui habitationem, an proprietatem relinquere uideatur.*
3 *Domus ad habitandū, uel pro sua habitatione si alicui legetur, uel etiā alimenta, quid iuris.*
4 *Domus cōmoditas multis modis legari, uel concedi potest.*
5 *Testator si uxori dom⁹ habitationē reliquerit, de qua nō liquet, cū plures domos habeat, de qua sensisse uideatur.*
6 *Testator si domus sua habitationē uel usumfructū uxori reliquerit, deinde eodem testamento eandē domū alteri legauerit, an ex hoc legato usufru. uel habitatio eidem uxori adempta uideatur.*
7 *Testator si dixerit, relinquo uxori meæ habitationē in domo cum filijs suis, nū quid talis ex tacita defuncti uolūtate etiam alimenta habere debeat.*

DICEMVS nūc de alia specie seruitutis mixtæ, q̄ est species tertia, & vocat habitatio. Ista habitatio[a] est ius ꝓpriū & spāle, diuersum ab vsufr. & vsu: vt est tex. in l. cū antiqtas. C. de vsufr. & Insti. de vsu & habita. §. sed si cū habitatio. & est seruitus vsusfru. & vsus: vt ꝓbat Insti. de vsu & habita. in rubrica, & in §. pen. & ibi hæc de seruitutib⁹. & in rubri. C. de vsufr. Nec dicit seruitus ꝑsonalis, secūdū Azo. in summa. C. de vsufru. vers. nūc de habitatione vidēdū est. secūdū Cy. in rubri. C. eo. ti. probat in l. j. ff. de serui. & no. glo. in l. si qs binas. ff. de vsufr. Sed ꝓpriè dicit mixta, vt dixi, quæ debet à re personæ: vt no. gl. in rubrica. ff. de serui. & sentit gl. ij. Instit. eodē. & cōstituitur hæc habitatio, vt vsus, & vsusfruc. & vsus in domo, secundū Azo. in summa. C. de vsufr. nō tamē est vsusfruct. nec vsus, sed est quoddā ius ꝓpriū, & speciale, & diuersam habēs naturam: vt dicit tex. in d. l. cū antiquitas. 1 licet in quibusda cōueniant.* Nam differt habitatio ab vsufru. in hoc, qa vsusfru. capitis diminutione perit, & nō vtēdo: vt l. corruptionē. C. de vsufru. Instit. eo. §. fi. Habitatio autē nūquā nisi ꝑ solā mortē, vt l. si habita

tio.in prin.ff.de vsu & habitat.& l. habitatio.C.de vsufr.Et est rō:quia habitatio nō perditur capitis diminutione:quia est species alimētorū: & in alimētis potius attendit factū, quàm personæ cōditio,vt l.legatū. ff.de capi.dimi. Itē quia non perit nō vtēdo.Dic,ratio est propter fauorē alimētorū,ex quo est pars alimenti,vt dixi. Itē est alia ratio,quia vsusfructus recipit denominationē ab actu & ab vsu:& ideo per nō vsum tollitur:sed habitatio,put est ius,est seruitus,& nō recipit denominationē ab actu:sed ab habitu & potētia habitandi. Itē habitatio recipit magis denominationē à persona,secūdùm Guil.de Cu.& Bal.in d.l.cū antiquitas.sed in hoc cōcordat vsusfructus, & habitatio,quia sicut vsufructuari* 3 potest alteri locare vsumfru.Insti.de vsu & habita.in fi.princ.ita & qui habet habitationē:vt est tex.in dicta. 2 l.cū antiquitas.Instit.de vsu & habitatio.§.sed si cui habitatio. Itē seruitus habitationis differt ab vsu,seu seruitute vsus:quia vsuarius locare nō potest:vt Instit.de vsu & habitatio.in fine princ. sed ille qui habet 4 habitationē,sic,vt dicit l.cū antiquitas.& Instit.eo.§.sed si cui.& etiam cōmodare pōt.tex.est in l.prima,§. itē cōmodatum.& ibi Docto.ff.commoda.Vsusfr.autē habitatiōis significat idē quod habitatio.& idē importat vnum,sicut aliud:vt est casus in d.l.cūm antiquitas.& ideo quod de vno dicitur,de alio dictum esse 5 intelligatur. *Sed nunquid legādo vel promittendo quis habitationē videatur relinquere proprietatem? Dic secūdū glo.in d.l.cū antiquitas. quòd si legans vel promittens erat solitus domum suam vocare habitationē,sicut sunt quidā qui fundū appellāt possessionē,respiciendo potius ad proprietatē,quàm ad nudam possessionē:vt l.interdum.de verb. signifi.nam tunc proprietatē videt legasse vel promisisse,aliàs nō.prout ibi dicit Bar.esse menti tenendū. Vel dic secundū Bal.& Doct.ibi.Aut vocabulū attribuitur toti rei.verbi gratia,testator dicit,lego habitationē meam,& cōsignat domū.& tūc videtur legata proprietas.Aut non attribuitur hoc vocabulū toti rei,sed cuidam iuri in re:vt quia dixit,habitationē talis domus,tūc non videtur legata proprietas.allegat l.Seiæ.§. Caia.de fun.instru.& l.cōcubinā.§. qui quatuor.de legatis iij.& idē habetur per glo.& Doc.in l.j.ff.commoda. *Quid autem si legetur domus ad habitandū,vel pro sua habitatione,vel alimenta? vide plenè per Bart.in l.donationes in concubinam.§.species.de donatio.& per gl. Bart.& Doct.in l.cùm hi.§.si.de trāsactio.& in l.si mulier.C.de iure do. & per Flo.in l.Proculus.& in l.si quæ ita legauerit.de vsuf. *Ex prædictis omnibus collige,quòd cōmoditas potest multis modis legari vel concedi.Primò quādo relinquitur vsusfru.domus,& tunc idem quod in alijs rebus,in quibus relinquitur vsusfructus. Secūdò relinquitur aliquādo vsus domus.Et quid in hoc contineatur,dixi suprà in materia seruitutis vsus,in fine. *Et adde,quòd si testator relinquit vxori habitationē domus,de qua nō apparet.Dic quòd si habet vnam in domicilio,aliā extrà,in dubio videtur sensisse de illa, quæ est in domicilio:vt probatur in l.quæ

l.quæ est cōdi.§.primo,ff.de conditioni.& demonstrationi.& ita tenet Bald.& Imo.in l.si domus.de legatis primo.in prin.Et si plures essent in domicilio, electio esset hæredis,vt d.l.si domus.in princ. Tertiò solet relinqui habitatio talis domus,quā habeo in tali loco:& tūc non venit dominium, sed commoditas, quæ est ius separatum ab vsu,& ab vsufructu. l.cū antiquitas.C.de vsu.nisi ex cōmuni vsu loquendi legantis aliud appareret,vt s.dixi. Itē in tali legato habitationis nō veniret hortus, 7 licet aditū ad illū haberet per illam domū,vt est tex.in l.Olympico.ff.de seru. vrban.præd.Et ibi hoc notant doct.quòd intelligit ibi Floria.nisi iudicaret domū accedere,vt l.prædijs.de leg.tertio.§.pe.Et adde qđ dicam in versiculo,dubitari potest. Quartò nōnūquā relinquitur habitatio,quā quis habet in tali loco.vel dicitur, relinquo habitationē meā: & tunc venit proprietas,secundùm Guihel.Bal.& doct.in d.l.cū antiquitas.Et ꝑpterea sit cautus testator vel notarius, quomodo loquatur. Quintò quandoque relinquitur vsusfru. habitationis.& tūc idem est,ac si relinquatur habitatio talis domus. & tūc nō est propriè vsusfruc.casus est in d.l.cū antiquitas,&c. Sextò sæpe relinquit domus ad habitandū,vel ꝑ sua habitatiōe,& tūc dic vt p Bar. in l.libertis.de alim. & ciba. lega. & in alijs locis, de quib⁹ suprà. Septimò & vltimò relinquit aliqñ domus b in gaudimentū.& de hoc dic c vt dixi in materia vsusfru. *Sed cōtra prædicta dubitari potest. Quidā relinquit vxori habitationem vel vsumfructū domus suæ;deinde legauit in eodem testamēto eandē domum alteri,an per istud legatū videatur adēptus vsusfr. vxori vel habitatio?Dicas quòd nō.casus est no. in l.Sēpronio.in princi.de vsufruc. lega.& ibi ꝓbatur,quòd legato generali vsustr.vel habitationis,nō derogat per legatū speciale ipsius rei: & dicit ibi Bar.quòd iudicio suo ille tex.nō est alibi.Idem tenet Ludoui.Ponta.in suo singulari cccclxj.qđ incipit,an legato generali.qui allegat etiam ad hoc legē,si alij.in principio.eo.tit.quod no. *Item dubitari potest,quid si testator ita dixit,Relinquo vxori meæ habitationem in domo cū filijs suis,iuxta l.si mulieri cū liberis.de vsufr.accre.an ista debeat habere alimenta ex tacita voluntate defuncti,quæ in obsequio a filiorū esse debet?vt l.sed si homo.§. fi.de condit.& demon.ergo debet ab eis alitetiam proposito,quòd esset alia, quàm mater,puta amita.qa hoc est in recōpēsatione laboris:vt l.Seio.de an.leg.& ff.cōmo.l.in rebus.§.pe.& l.idemque.§.Labeo.ff. manda.& l.quoniā libri.C.de testi. secundū Bal.qui ita no.in l.fin.in ij. col.in prin.de indi.viduitate.Postremò scias,quòd ille qui habet habitationem, dicitur possidere,etiam si non habeat aditum ex publico.l.si duo.§.cæterum.ff.vti pos.Et ita hoc not.Barto.per illum text.qui dicit, quòd sæpe contingit quòd testator relinquit vxori habitationem certæ partis domus, etiā dicit quòd illā partē possideat,etiā si nō habeat aditum ex publico.quod est nota.

a Alimenta. *Vtrum alimenta debeāt præstari de fructibus,an verò de proprietate,vide Alex cōsi.c.in ulti.col.in*

 j.uolu.

j. uolu. Et utrũ ille, cui debent præstari alimẽta, in domo hæredũ debeat operari ad cõmodũ hæredũ, & quomodo intelligatur talis dispo. Alex in cõs. iiij. in j. col. in iiij. uolu. & in j. uol. cõs. c in j. col. per totũ. ubi cõcludit, quòd debet præstare seruitia in domo, secundùm qualitatem suæ personæ.

b. Domus. *Adde Cornẽũ in ij. uol. cõsi. ccxliij. inci. uidetur prima. Et domus sumitur in iure uarijs modis in cõs. lv. in j. uo. Et Ale. ĩ cõ. xlviij. in ult. co. ĩ fi.*

De seruitute ministerij seu operarum, an sit realis uel personalis. CAP. VII.

1 *Quoddã quid est, quod in facto cõsistit.*

2 *Operæ seu ministeriũ seruorũ qualiter & in quibus cõstituatur: & qualiter restituantur, & amittãtur, remißiuè.*

TRIA Seruitutum genera esse diximus, de quibus hactenus tractatũ est. Quidam tamen dixerũt aliud genus seruitutũ reperiri, scilicet ministeriũ, siue operã seruorũ, de qua dubitať vtrũ sit realis, vel personalis. & dicit Cyn. in rubri. de vsufruct. quosdã tenere, quòd sit realis: quia personalis seruitus nõ trãsmittitur ad aliũ: vt ff. de vsufru. legato. l. secunda, ergo, &c. Alij dicũt, quòd est psonalis: nã seruitutes reales sunt perpetuæ; vt ff. de cẽsibus. l. forma. sed seruitus illa nõ est perpetũa, sed mortuo seruo extinguitur: ergo, &c. Dicit Petrus de Bellapertica in d. rubri. de vsufru. vt ibi refert Cy. si volumus tenere, quòd sit seruitus, tutius est tenere quòd sit realis. sed tñ ipse credit, quòd nõ sit seruit*: sed est potius quædã modificatio, quã dominus cõpellit pati vti seruitutẽ in seruo, tamẽ nõ est seruitus. & hoc dixit lex. nã in libero hoĩe nulla seruitus cadit. de condit. & demon. l. Titio c. §. Titio centũ. & tamẽ ministeriũ liberi hominis potest legari: vt l. tertia, de vsufr. legato. & videť innui de operis seruorũ, l. j. vbi diciť, *quòd est quoddã quid, quod in facto consistit. vnde nõ est propriè seruitus secundũ eũ. & ita voluit in effectu gl. in l. si quis binas. de vsu. & ita tenet Cyn. & Bald. & communiter Doc. in dicta rubri. C. de vsufru. qui dicunt, quòd est potius quædã obligatio psonalis seu ius personale: & ideo cõtra impediente nõ datur actio confessoria, sed actio personalis & iniuriarũ, argumen. l. qui pendẽtẽ. de actio. empti. *Et de hac materia, scilicet qualiter ministeriũ siue opera seruorũ cõstituatur, & in quibus & qualiter restituantur & amittanť, vide plenè per Azo. C. de vsufr. in summa. in vltima col. versiculo, sequitur videre de ministerio. vsque ad finẽ. vbi vide, qui clarè loquitur. Dicitur etiam quòd aliud genus seruitutis reperiť, quę debetur à persona rei: vt puta, Relinquo Titio centũ, vt à monumẽto meo nõ recedat. l. Titio cẽtum. §. Titio. ff. de condi. & demõstra. & not glos. in rubrica. de seruit. & gloss. ij. Institu. de seruitut. in princip. sed illa non est propriè seruitus, put capiť in materia nostra; & ideo istam & præcedentẽ non cõnumerari inter gña seruitutum &c.

De quibusdam obligationibus, an illæ dicantur seruitutes. CAP. VIII.

1 *Constituat si quispiam mihi, quòd in fundo suo omni anno unũ frumẽti starium recipiam, uel unũ pomũ in uiridario, an huiusmodi seruitutes dicãtur.*

2 *Promiserit si quispiam mihi seruitutẽ*

pecco

pecorũ appellẽdi ad fontes, cã agri mei stercorãdi, an hoc seruit° esse dicatur.

3 *Promiserit si quispiam alicui seruitutem de coquendo panem in furno suo pro tota eius familia, an hoc etiam seruitus dicatur.*

4 *Promiserit si aliquis alicui, quòd per põtem suum sine gabella transire posset, sicuti promisere Veneti Placẽtinis, an hoc seruitus dicatur.*

5 *Pedagium colligere an seruitus debita colligenti existat.*

HIC videndum est de quibusdã, vt promisimus, obligationib°, an sint seruitutes. °Et primò, si aliquis constituat mihi, quòd in fundo suo recipiam omni anno vnum stariũ frumenti, vel quòd pomum percipiã in viridario suo. Et Pet. de Bellaper. rub. C. de vsufr. dicit quòd est seruitus innominata, ex qua oritur contra tertium impedientem actio confessoria: vt l. Mela. §. fi. de alimẽ. & ciba. lega. & idem tenet Bal. in l. si plures. in iiij. colũ. C. de condi. infer. Sed idem Bart. in dicta rubri. tenet, quòd nõ sit seruitus, sed obligatio personalis: & melius. de quo dic, vt ibi plenè, & per Cyn. & conclude, vt dixi suprà in illa q. quomodo cognoscatur an seruitutes sint reales & prędiales, in tertio casu principali, vbi plenius hoc declaraui. ° Secundò, quid si ꝓmisisti mihi seruitutem pecoris appellendi ad fontes causa agri mei stercorãdi, an sit seruitus? Gl. dicit quòd non. ff. de seruit. in l. pecoris. Bal. contrà in d. l. si plures. in iij. co. de hoc dic vtp Doct. in d. l. pecoris. & in l. vt pomum. de seruitu. & in l. Mela. §. fin. de alimen. & ciba. & dixi in dicto iij. casu principali. °Tertiò, quid si aliquis promisit seruitutem de coquendo panem in furno pro tota familia? Et Cyn. tenet, quòd non sit seruitus: quia non concernit res necessarias: & ideo vendito per ipsum furno, emptor non tenebitur me pati, quia seruitutes sunt inductæ propter necessitatem rerum: sed furnus non indiget pane, vt ibi malè decoquatur. & malè dicit secundùm Bal. in d. l. si plures. in quarta col. dè conditio. infer. quia secundùm eum, est seruitus, quæ debetur à re personæ: sicut est illa, quòd possim de agro tuo recipere millesimam fructuum, vel vnam corbam: & dic secundùm Pet. quòd erit seruitus innominata, quia genera seruitutum multò plura sunt, quàm quæ specialiter enumerata sunt, & nominata. l. tertia. §. genera. de acquirend. possessio. Ego credo, quòd possit dici seruitus vsus, ex quo est ad necessitatem familiæ introducta: per ea quæ dixi in quæst. quomodo cognoscatur seruitus realis. & adde quæ statim dicã in sequẽti diuisione seruitutũ. °Quartò, quid si promisisti, quòd per põtem tuũ possim transire sine gabella? sicut dicit quòd Veneti concesserunt Placentinis transitum per quendam pontẽ, qui tunc possidebatur per Venetos, absque solutione alicuius vectigalis. de hac quæstione vide per Bal. in d. l. si plures. C. de conditio. infer. in iiij. col. versicu. item seruitus est, si per pontem tuum. dic vt ibi. °Quintò vtrũ colligere pedagium, sit seruitus debita colligenti? Dic quòd non: quia seruitutis nostrę est pati, nõ exigere. vt l. quoties. la prima, de seruit. Sed est quædam iurisdictio ordinaria conscripta loco: & ideo ponte de-

structo sine spe restitutionis,nõ possent exigi vectigalia à trãseuntibus, nisi vbi erat põs de nouo sit refect': quia locus in quo erat iurisdictio limitata,id est,ipse põs,in rerũ natura deficit esse,& oĩa loca naturalia sunt libera transeuntibus.ff.quemad.seruit.amitta.l.si locus.§.finali.Si autem in loco veteri reficiatur pons, tunc vectigal ipso iure reuocatur,si tie restituit in integrũ:vt dicta l.si locus.vt no.Bal.singulariter in dicta l.si plures.in iij.col.versi.vidi dubitari.C.de conditio.insert.quod est no.Explicita est prima generalis diuisio seruitutũ,cũ his quę ad eã pertinere visa sunt:nũc de reliquis dicemus.

De seruitutibus nominatis & innominatis. CAP. IX.

1 *Seruitutes urbanæ & rustica quæ dicantur.*

2 *Seruitutes innominatæ quænam sint.*

3 *Seruitutes nominatæ quæ appellitur.*

SECVNDA diuisio seruitutum est.Nã quædã seruitutes sunt nominatæ:quædã innominatæ:vt notat gl.in l.penul.§.prædium.de seruitu.rustico.prædio.& ibi per Doct. & per Cy.& Bal.& Doct.in rubri.C. de vsufruc.& per Bal.in d.l.si plures.
1 in tertia colũna. *Et dic,quòd seruitutes vrbanæ nominatæ sunt illæ q̃ ponuntur in l.j.in principio,de seruitu. vrbano.prædio . innominatæ verò sunt illæ rusticæ,quæ ponuntur in d.l.j.§.in prædijs.eo.tit.Et nominatæ dicuntur secundũ Paul. de Castr.in l.j.proximè allegata, quia sunt nomina iuris,vt iter,actus,via, aquæductus,& similia:sed innominatæ ideo dicũtur,quia illa sunt nomina actus,nõ nomina ꝓpriè, sicut sunt aquæ,haustus pecoris ad aquã compulsi,ius pascendi,calcẽ coquendi,& arenam fodiẽdi:de quibus fit mẽtio in dicto §.in prædijs.Denominant ergo istę seruitutes ab ipso actu vtẽdi.sicut videmus,quòd qdã sunt maleficia nominata,vt furtum, falsum,& similia ,quę sunt nomina
2 iuris. *Quædã innominata,q̃ denominant:qa denominantur ab ipso actu:vt percutere,vulnerare,q actus possunt fieri cũ dolo & sine dolo. Primo casu sunt maleficia:secundo nõ.sed prima nõ possunt fieri sine dolo:vt notat Bart.in l.j.§.primo.ff. si quis testa.libe.esse iuss.fue.& l.j.in princ.versic.venio ad tertiã partẽ. ad Turpil.vbi hæc etiã infert ad quędã alia.Sed licet illa sint in se vera, tamẽ videtur, quòd illæ seruitutes, de quibus in d.§.in ꝓdijs.possunt dici nominatæ:tũ quia habet nomẽ ꝓprium,& elegans,sicut aliæ nominatæ:iuxta no.in l.iurisgen.in principio,ff.de pact.tum quia videntur esse nomina iuris,& nominari à iure,nõ ab actu,sicut est aquæductus,quæ videntur esse ita nominata,sicut aquæ ductus. Item ius pascẽdi,calcis coquendæ,& arenæ fodiendæ.nam illa nomina referuntur ad ius,non ad factum.Tamen denique dicit iurisconsultus in dicta l.prima.§.in prædijs.de seruit.rustic.ꝓdior. quòd in seruitutibus rusti.prædio.sunt computanda aquæ haustus,&c.quasi dicat,istæ sunt seruitutes,quæ ita nũcupantur,sicut & aliæ.idẽ probatur Insti.de serui.§.inter rust corũ.Et ideo posset forte dici,quòd illæ de quibus in dicto §.in prædijs.possent dici nominatæ,sed illæ quæ nõ repe-

reperiuntur habere nomē ꝓpriū: sicut est, quādo cōstituitur aliquid qđ posit fieri in prædio, quòd de iure nō posit facere fenestram in muro cōmuni: vel cū non posis id, quod de iure posses: vtputa ꝓmittis non facere fenestram in fundo tuo proprio: iuxta l. quoties. la prima. ff. de serui. & similes sunt nominatæ. *Il-
3 læ verò, quæ reperiūtur habere nomē proprium, à iure inuētū, sicut est in l. j. & ij. de serui. rustico. prædio. di cuntur esse nominatæ, per notata in l. iurisgen. in princi. ff. de pact. dicit etiam Petr. & Cy. in rubri. C. de vsu fruct. quòd nominatæ seruitutes nō sunt plures, sed bene plures sunt innominatæ. Quòd si aliquis concedat, vt mihi in fundo suo recipiam omni anno vnum starium frumenti, vel vnū modium bladi, vel quòd pomum ex viridario tuo percipiā: istæ tamen seruitutes similes consti tui possunt, vt l. vt pomū. de seruit. l. pecoris. & l. ergo. de serui. rustico. prædio. Et dici possunt seruitutes ꝑsonales innominatæ. Sed in hoc ego aliter dixi suprà in versiculo, hic videndū est. iuxta versi. quid si aliquis promisit seruitutem ei. suprà, in materia seruitutis realis. Et ideo teneas id quod ibi conclusum est.

De seruitutibus diuiduis & indiuiduis. CAP. X.

1 *Seruitus vsusfructus diuidua est, cæteræ autem indiuiduæ.*

2 *Ea quæ facti sunt, diuisionem non recipiunt.*

TERTIA diuisio seruitutum hæc est. Nam quædam sunt di-
1 uiduæ, quædam indiuiduæ. *nā ser
uitus vsusfructus est diuidua: & cæteræ seruitutes sunt indiuiduæ: vt est text. in l. j. prima. §. vsusfruct. ff. ad l. Falcidiam. & in l. stipulation. non diuiduntur. in princi. ff. de verbo. obligationi. Et quæ sit ratio differentiæ, dic quòd est ista secūdùm Doctores, in dictis iuribus: quia tantam vtilitatem affert vsusfructus respectu partis, quātā eorum respectu totius: quod nō est in alijs seruitutibus. Nam vsusfructus consistit in cōmodo fructuum, qui percipiuntur, vt si percipiuntur decem corbes frumenti, vel fœni, tantam vtilitatem habeo de vna corbe respectu vnius, quantam de decem respectu decem. Sed aliæ seruitutes tam reales quàm personales consistunt in commodo necesitatis. nam prædiales debentur iuxta necesitatem: vt l. pecoris. cum l. sequenti, de seruitu. ru. prædi. & personalis, cū vsus debetur secūdùm necesitatem personæ. vt l. plenum. ff. de vsu & habitatione. Necesſitas autem est indiuisibilis. Nam si ad sustentationem vnius necessarij sunt omni die duo panes, nō haben do nisi vnū continuò: nō haberet tātam vtilitatem ex illo respectu duorū. qđ ex duobus sustētaret, & viueret isolidū: sed ex illo nō sustētaret, qā pōt prò parte viuere, prò parte mori. & hæc est rō l. vsus pars. ff. de vsu & habi. Alia ratio asignata per Albe. de Ro. in d. l. j. §. vsusad l. Falc. inter vsumf. & vsum. qa vsusfr. ab initio. ff. de vsu. Vñ sicut dominiū potest diuidi, & ita vsusf. sed vsus plus habet facti quàm iuris: & ideo pars in eo venire nō potest. d. l. vsus pars.
2 *Ea enim quæ sunt facti, non recipiunt diuisionem. vt l. is qui ducenta. §. quædam. ad l. Falci.

De seruitutibus urbanis & rusticis, & quæ dicantur etiam seruitutes urbanæ. CAP. XI.

1 *Seruitutes urbanæ, & rustica quare dicantur.*
2 *Prædia urbana uel rustica, quæ nominentur.*
3 *Stabulũ an prædium urbanũ dicatur.*
4 *Hortus an prædium urbanũ uel rusticum appelletur.*
5 *Horreũ an prædium urbanum denominetur.*
6 *Cãpanea an prædiũ urbanũ uocetur.*
7 *Nauis an prædium urbanum existat.*
8 *Molẽdinum an prædium urbanum sit.*
9 *Area an prædium urbanũ dici possit.*
10 *Seruitus urbana qualis sit, & quomodo noscatur.*
11 *Habeam si ius eundi per fundũ tuum ad domum meam, an hoc seruitus esse dicatur.*

QVARTA diuisio principalis
1 seruitutũ est. * Quędã enim sunt seruitutes vrbanæ: quædã rusticæ: vt probaťin ti. de seruі. rusti. prędio. & cõmunia pręd. tam ru. & Insti. de serui. in prin. & §. vrbanorum. cũ ſ. & dicunť vrbanæ, & rusticæ, quia non possunt esse sine prædio vrbano vel rustico: tex. est in l. j. cõia pręd. & Insti. de serui. §. inter rusticorũ. ver. ideo aũt. qd intellige, vt not.
2 per glo. & Doct. in d. l. j. * Quæ autẽ dicũtur vrbana prædia vel rustica? Dic, vrbana dicũtur oĩa ædificia habitãdi causa facta, vbicũque sint, siue in villa, siue in ciuitate: quia vrbanũ prædiũ locus nõ facit, sed materia: tex. est in l. vrbana prædia. de verb. sig. & no. gl. in l. eo iure. §. stabula. quib. mod. pign. tac. contra. Rustica autem prædia sunt, quæ fructuum percipiendorum causa fiunt. vt probatur in d. §. stabula. Ita notat Azo
3 in summa. C. de serui. §. j. * Sed qd de stabulo? Si est iunctum domui, & sic gratia habitandi est prædium vrbanum: vt d. l. vrbana. aliàs diceretur rusticum. tex. est cum glo. in d. §. sta-
4 bula. * Quid de horto? Dic, si plurimum in reditu est, puta quia in eo sunt vites, olіneta, vel in eo seminatur frumentum, vel nascuntur fructus venales: & tunc dicitur rusticũ prædium, etiam si sit in ciuitate. secus, si esset sicut est viridarium, & fructus non venduntur: vt probatur in d. l. vrbana prædia. de verbo. sign.
5 * Quid de horreo? Dic esse pręd. vrba. vt l. si horreũ. cum seq. in qui. ca.
6 pi. ta. contra. * Quid de cãpanea? Dic ꝙ si est destinata ad vsum hominis, esse prædium vrbanum, vt in ea quis non posset capi pro debito ciuili, sicut in domo nõ posset. l. pleriq;. de in ius vocã. quia tunc venit appellatione domus. Si autem est destinata ad alium vsum, puta boum vel pecorum, & tunc est rusticũ prædium, & tunc posset in ea capi: vt probatur in c. ij. si duo fratres. in tit. de duobus fratribus. de nouo bene inuesti. & no. Ludo. de Ro. in l. j. §. domini. ad Syl. quod ego intelligo, nisi esset iuncta domui, vel esset campanea, in qua ab vna parte esset domus, ab alia stabulũ: per tex. cum gl. in d. l. eo iure. §. stabula. in qui. ca. pi.
7 tac. cõtra. * Quid de naui? Videtur quòd magis vrbano quàm rustico prædio comparetur: argumen. l. j. §. si quis de nau. de vi & vi ar. secundũ Bal. in l. certi iuris. in iij. col. C. loca. & hoc videtur probari in l. pe. §. fi. de his qui deie. vel effu. licet non sit propriè domus, quæ consistit ex solo

lo tecto & pariete: vt l. eũ qui ædes. de vsuca. de quo vide per Ludo. Põtanũ in d. §. domini. *Quid de mo
8 lendino a? Dic potius, ꝙ est prædiũ rusticũ, quàm vrbanũ. Idẽ in fundo rurali, secundũ Bal. in d. l. certi iuris. in iij. col. quod intellige, nisi coniunctũ domui: per no. in d. §. stabula. vel nisi in molendino habitaretur, sicut
9 multi faciunt. *Quid de area? Dic, si est causa fructuũ, in quo frumentum excutitur: & tũc rusticũ prædiũ reputat: vt l. j. §. fin. de serui. C. sed si esset area, quæ proprie curtis seu curia appellatur, quæ sit in domo vel domui coniuncta, credo, ꝙ vrbanũ prædiũ dici posset, ex qua pars domus reputatur vrbana. ꝓ quo facit quod not.
10 Azo in sũma. C. de seruit. §. j. *Sed quomodo cognoscetur quę sit seruitus vrbana? Dic ex qualitate prædij cui seruitus debetur, non ex qualitate eius qui seruitutẽ debet. Nã talis est seruitus, quale est prædiũ cui debetur: quoniã seruitus denominat à prædio dominante, cui debetur à b digniori: vt probatur ĩ l. j. §. area. & ibi hoc no. gl. Dy. & Ang. & Doc. de serui. rust. præ. & Alber. de Ro. in l. de pupillo. §. Sext⁹. de no. ope. nun. l. qui viam. eodẽ ti. & Paul. de Castr. in l. j. communia præ. & habetur per Doc. in §. æquè. Inst. de act. Sed vrbanæ seruitutes sunt, quæ ꝑdijs debẽtur vrbanis: rusticę, quæ debẽtur ꝑdijs rusticis. Nã ad hoc, vt sit seruitus vrbana, necessariũ est, ꝙ sit prædiũ vrbanũ, cui debetur seruitus, & quod ei debetur vt vrbano. Si enim iter, vel via, quæ rusticæ seruitutes sunt: vt l. j. de ser. ru. præ. debẽtur domui: tamen quia deberi possunt, nõ intuitu ædificij, sed soli, nihilomin⁹ rusticæ seruitutes dicerẽtur: arg. de ser. ru. præ. l. certo generi. Similiter dicendũ est in rustica seruitute. Nã & illa ideo tantũ dicitur rustica, qa debetur rustico prædio, nõ intuitu ędificij alicuius, vt ꝓbatur in l. j. de ser. vr. præ. vbi dicit, ꝙ stillicidiũ auertendi in tectũ vel in areã vicini, seruitus vrbana est: & quandoq; põt esse, ꝙ area sit prædiũ rusticũ in villa vel in vrbe: vt dixi in ver. qd de area. Sed tñ quia vrbanũ est prædiũ, cui seruitus debetur, dicitur vrbana seruitus: sicut si rusticũ erit prædiũ, cui seruitur, dicit rustica seruit⁹. Exemplũ, est ędificiũ gratia fructuũ ꝑcipiẽdorũ, & ei vrbana seruitus debetur, vel vt ipsũ liceat altius tollere, vel obijcere parieti vicini, vel vt cloaca habeat per vicini domum, ad quã aquæ fundi mei rustici accedãt, dicet seruitus rustica. de serui. rust. præ. l. ij. & no. Azo in summa, C. de
11 ser. §. j. *Sed qd si habeo ius eundi per fundũ tuũ ad domũ meã, an tũc dicet seruit⁹ vrbana b? Et videtur, ꝙ sic, per prædicta. Nico. de Ma. in §. ęquẽ. Insti. de act. tenuit cõtrariũ. scilicet, ꝙ sit rustica seruitus, qa debet à solo tuo meo: secus dicit ipse, si debeatur superficiei domus meę, & sic ędificio: quia tunc bene diceretur vrbana. allegatur l. ergo. cũ seq. de ser. rust. præ. l. seruitus in solo. quæ est l. ij. de ser. tit. generali. Ego autem in hoc sic puto esse dicẽdũ: Aut habeo ius eundi per fundũ tuũ in domum meã, quãtũ ad superficiẽ, aut quantũ ad solũ seu aream, aut simpliciter ad domũ meã. Primo casu nõ habet dubiũ, ꝙ est dicẽda seruitus vrbana. Secũdo casu, quãtũ ad solũ, seu areã tãtùm: & tunc aut est area gratia fru-

ctuum: iuxta l.6. §.fin. C.de ser. puta quia promisisti, quòd venire posset cum plaustro ad areã meam per fundum tuũ: & tũc quia talis area dicitur esse prædiũ rusticũ: vt dixi s. in ver. qd de area. & tũc erit seruit' rustica. Aut est area, seu curia, nec gratia fructuũ, sed animaliũ, sicut est curia animaliũ, anserũ, & simi. & puto, quod etiã iudicari debeat seruitus rustica: qa talis curia dicitur potius rusticũ, quàm vrbanũ, etiã si esset in ciuitate, per ea quæ dicta sunt suprà. & his duobus casibus potest procedere quod dixit Nico. de Ma. Aut est area seu solũ non gratia fructuũ vel animaliũ, sed pro vsu domus: vt qa per eã itur ad superficiẽ, sicut communiter sunt curiæ in ciuitatibus: & tunc teneo, quod sit seruitus vrbana: qa talis curia seu area debet dici vrbanũ prædiũ, vt dixi suprà, in versicul. quid de area. Tertio principali, quã t do simplicit habeo ius eũdi per fundũ tuũ ad domũ meã: & tunc teneo indistinctè, quod sit dicẽda seruitus vrbana, ex quo debet domui, & sic fundo vrbano, per ea quæ sunt dicta s.

a Molend. *Quæ sit ratio statutorũ disponentiũ quòd molendina nõ possint fieri nisi dimissa certa distantia inter unũ & aliud, Alex. cõs. xxij. in ij. col. ubi ponit de mensuratione fienda, hoc casu, an per aëre, uel quomodo. Et ex quo flumine licitè possit trahi aqua ad molẽdina, uide Cor. cõsil. cclxviij. in iiij. uol.*

b Seruitus. *Adde Alexan. conf. clxxvj. in ij. uolu. Et in j conf. cxlij. in j. col. Et quomodo ius seruitutis acquiratur, cõsil. cxiij. & consilio xxviij. in tertia columna. in principio. & in §. & est ratio.*

De seruitutibus realibus & prædialibus, & in quo simul conueniant, & quæ sit earum natura. CAP. XII.

1 *Natura omniũ seruitutũ quænam sit.*

2 *Aqua cadens in curte tua naturaliter, si per se ad curtẽ meã currat, an licitũ sit mihi aliquid facere, per quod aquæ decursus impediatur.*

3 *Promittens solam patientiam, aut per alia uerba seruitutem promittens, nõ uidetur seruitutem constituere, sed personaliter obligare.*

4 *Seruitus in bonis nostris non est, nec extra bona.*

5 *Seruitus nunquid locari possit.*

CIRCA istas seruitutes vrbanas & rusticas, q̃ reales sunt, & prædiales appellantur, vt sæpe dictũ est, aliqua videamus, quæ ipsis simul conueniũt, & cõmunia sunt: posteà de his tantũ hoc libro dicemus, quæ vrbanas seruitutes cõtingunt. *Et primò videamus, quæ sit harũ seruitutum natura. Et dic, quod in hoc est, vt quis aliqd patiatur: puta, quod possim mittere tignũ in pariete vicini, aut vt aliqd nõ faciat, puta altius nõ tollat: vt est casus in l. quoties. la prima, de seruit. & probatur in l.j. in fin. de aqua plu. arc. & in l. in testamento. aliàs incipit, põt cõia prædio. nõ autẽ est ea natura, vt aliquid faciat qs, vt veluti viridaria colat, aut amœniorẽ prospectũ præstet: vt est text. in l. quoties. §. fi. Fallit hoc in seruitutibus oneris debendi: vt l. eũ debere colũnam. de ser. vr. præ. de quo vide per Floria. & Doct. in d. l. quoties. & plenè per Bart. in l. ij. §. apud Labeonem. de aqua plu. arcen. Itẽ ea est natura harum seruitutũ realiũ, vt si intersit vicinorum, qui seruitutẽ sibi deberi

deberi volunt: aliàs si nec hominū, nec prędiorū interest, seruitutes nō valere, veluti ne per fundū tuū eas, aut ibi cōstituas: & ideo si mihi concedas ius tibi non esse in fundo tuo vti frui, nil agitur. aliter, si concedas mihi ius tibi non esse in fundo tuo aquā quærere, minuēdæ aquæ meæ causa: est tex. in d. l. quoties. in princip. & ideo si vendo tibi domū cum pacto, vt nō posis ibi exercere tales artes, si ex hoc cōsequor aliquam vtilitatē, quia in alia mihi remanente similē artem exercebā, valet pactū: aliàs secus. Nō valebit ergo talis cōuentio tanquā seruitus, cum non sit prædiū dominans: licet valeat talis conuentio, vt obligeris tu & hæredes tui: vt no. Bart. in l. venditor. cō- munia predio. Et eodē modo, si conuenisti mecū, vt nō posis facere fenestrā in tuo pariete, per quā posis inspicere me in arte mea, vel in camera: valet ista cōuentio, si mea interest propter honestatē: quia non possum liberè vti domo mea, cū homines nolint in omnibus videri. & iste casus poterit quotidie contingere secūdū Pau. in d. l. quoties. Sed si non interuenisset cōuentio, licitū est facere in suo, dūmodo non tangeret, ex alieno: licet ex hoc alienū incōmodaretur: vt l. altius. C. de seruit. ad quod vide quod dicam infrà, de seruit. altius nō tollendi. *Ex hoc sequitur, ꝙ si aqua cadens in curte tua naturaliter, & per se currit ad curiam meā, licitū est mihi aliquid facere per quod impediatur fluuius seu decursus aquæ, & remaneat in tua curte. arg. optimū in l. j. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flumi. publ. dummodo nil tangam de tuo. facit

2

quod no. de dāno infec. l. Proculus. secundū Pau. de Castro, ita not. in d. l. quoties. la prima, de serui. quod est not. Quod autē dixi, ꝙ nō est seruitus vel cōuentio, nisi intersit, procedit quando continet non fieri: in d. l. quoties. secus si contineat fieri: videlicet vt posim aliquid facere in tuo, nam tunc valet: licet tunc sit mihi inutile: vt l. ei fundo. ff. de serui. Et est ratio, quia saltē aliquid consequor penes me: & sic possum habere rem, licet mihi non sit vtilis: vt dicit tex. & ratio rationis, potest interesse mea in futurum habere: puta ducere aquam per fundum meum: aliàs secus, secundū Odofre. & Flo. Ibi. Item dum dixi, quòd natura seruitutis est pati: non credas, quòd per solam patientiam seruitus constituatur. *Nam ille qui promittit solam patientiam, aut per alia verba promittit seruitutem, non videtur seruitutem constituere, sed personaliter obligare: vt est text. cum gloss. in d. l. si sub vna. §. j. Bald. in c. j. §. si quis de. in v. col. in princip. in tit. de contro. inuesti. Item tertia natura seruitutis est, vt huius iuris seruitutis nulla sit vacua traditio: sed patientia de vtendo habetur loco traditionis. text. est in l. quoties. la secunda. de seruit. & pro hoc l. iij. §. dare. de vsufruc. de quo plenius dicam j. in quinta quæstione principali, quomodo & qualiter seruitus constituatur. & ex hoc potest colligi, quòd dicatur tradita posseßio vacua, licet res debeat alteri seruitutem prædialem: vt probatur in l. Mæuius. §. fundo. de lega. ij. & ibi hoc not. Bar. & Doct. nam dicitur in §. præcedenti, hæredem non liberari,

3

rari,nisi tradat vacuam possessionē. & in d.l.fundo.dicitur liberari,licet tradiderit fundum alteri seruientē: quod not.pro illis qui tenentur vacuam possessionem tradere : vt l.ij. §.ij.de actio. empti.& l.ij. C. vnde vi.secus si promisissent tradere vacuam & liberam possessionē : quia tunc non liberaretur, si traderet rē alteri seruientem, quod est not. Itē quarta natura est,vt in stipulatione

a vel seruitutis promissione [a] veniat ius & factū: ius,inquantū debuit seruitutem constituere:factum,inquantū patientia debet pstari:vt d.l.iij.§. dare.de vsufruct.& no. Barto. in d.l. ij.§.j.de verbor.obligat. & not.in l. corruptionem.C.de vsufruct. & vide per Barto.in l.stipulatio ista.§.si quis ita.de verborū oblig.Itē quinta est natura seruitutum realium,vt secundùm indigentiam prędij dominantis constituantur.text. est in l.ergo.§.si.cū seq. de ser.rusti. prædio. & not.per glo.& doct.in l.vt pomū. de serui.sed seruitus vsus secundùm indigentiam personæ cui debetur: vt Insti.de vsu & habi.§.j.& l.plenū. §.j.ff.eo.& not. Bartolus in l.iiij.§. Cato.in quinta quęstione principali.de verbo.obligat. Seruitus autem vsusfructus nō est secundùm indigētiam rei, vel personæ: imò eius est naturæ,vt omnes fructus spectēt ad vsufructuarium:tex.est in l.vsufruct. lega.in prin.de vsufruct. Item sexta natura est,qa seruitus possideri non potest : sed intelligitur possessionē earum habere,qui ædes possidet: vt est text.in l.si ædes meæ. §.si.de serui.vrban.prædio. de quo vide plenè per Cyn.in l.ij.C.de seruit.& plenissimè per Bal. Item septima natura,

4 *quia seruitus non est in bonis nostris,nec extra bona : lege prima, de vsufruct.lega. & ibi hoc declaratur per glo.& Doct. & habetur per glo. in l. si is. §.fina. ff. de pigno.& per gloss. Institut. de rerum diuisio. in princip.in versic.habentur. Item octaua est natura seruitutis, quia seruitutes seu seruitutum iura nō sunt substantia,sed qualitates prædiorū, & insunt prædijs:sicut iurisdictio dicitur esse qualitas territorij. C. vbi & apud quem.l.fina.& inest territorio.vt ibi not.& hoc vult Bald. in l. data opera. in xvj. colum in versic. sed nunquid iura sint substantia vel qualitates.C.qui accus.nō poss.& dicit Flor.in l.pecoris.de seruit. rusti. prædior.ꝙ seruitus est in fundo, sicut forma accidentalis,& sicut qualitas est in materia. Item nona, quia seruitus seu iura prædiorū vrbanorum non possunt pignori dari, nec conueniri potest,vt hypothecę sint. textus est in l.si is. §.fin.ff.de pigno. & ibi assignatur ratio in glo.penultima.sed rusticorū prædiorū sic.tex. est in l.sed an viæ.eodē titulo. & gl. ibi assignat hanc differentiæ rationem:quia seruitutes vrbanę debent constitui sub quadam perpetuitate, ne vrbs deformetur ruinis, vt in §. in suo.Institut.de rerum diuisio.& l. final.ff.ne quid in loco publico. nō enim esset cōueniens, vt postquàm misisti tigna,soluto pignore, cogaris tollere:quod secus est in seruitute rusticorum prędiorum,quia istud ibi cessat inconueniens.& ista ratio placet Bartolo,ibi,qui dicit,ꝙ si forte in seruitutibus vrbanorū prædiorum esset eadē ratio, quę est in seruitutibus rusticorū prędiorū,consisteret

ſteret obligatio, vt in hoc exemplo, Obligo tibi ſeruitutem alterius non tollendi, donec tibi credita ſoluatur pecunia: certè iſto caſu ceſſant ratio nes prędictę. ideo videtur, quòd valeat obligatio. *Sed nunquid ſeruitus locari poſsit? vide text. cum glo. & ibi Docto. in l. j. §. item cõmoda. ff. commo. & dicam in illa quęſtiõe qualiter quis debeat vti ſeruitute. Item eſt decima & vltima natura ſeruitutum, quia in earum prę̃ſcriptiõne non deſideratur titulus. tex. eſt in l. ſi quis diuturno. ſi ſerui. vendi. & not. per glo. in princip. in l. ij. C. de ſerui. & aqua. & ibi per Docto.

a Promiſsione &c. *Promiſsiones intelliguntur rebus ſic ſe habentibus. Vide Corneũ cõſil. cxvj. in iij. uolum. Et hoc uerbũ, Promiſsio, intelligitur per ſtipulationem, conſil. ccxxxviij.*

In quo conſiſtat ſeruitus ſeu ius ſeruitutis. CAP. XIII.

1 *Legem ſi fundum tuum ſeruientem, liberationem legare non uideor.*

2 *Seruitus ex parte fundi ſeruienti in patientia eſt.*

SECVNDO principaliter videamus, in quo conſiſtat ſeruitus, ſeu ius ſeruitutis[a]. Et videtur, quòd conſiſtat in fundo? vt l. eorum. ff. de damn. infect. & in l. in noxalibus. ff. de noxalibus. & ita tenet Iacob. de Are. Sed gloſs. in l. Meuius. §. fundo. de lega. ij. tenet contrarium. Barto. ibi dicit, & iſta eſt veritas, ꝙ ſeruitus in fundo dominante eſt ius: ei enim debetur iſta ſeruitus, & in eo ex hoc aliquid plus ponitur: vt l. qui aliena. §. fina. de nego. geſt. Sed in fundo ſeruiente non eſt ius poſitũ publicũ, ſed priuatũ: quia per hoc illi fundo & iuri detrahitur: vt l. ſtipulatio iſta. §. primo, de verborũ obligation. & l. arbor. §. fin. ff. communi diuidun. & ideo dicit Bartol. in d. §. 1 fundo, in fine. ꝙ *ſi lego fundũ tuũ ſeruientem, non videor legare liberationẽ: quia in eo nullũ ius habeo, quod ponat aliquid in eſſe: ſed illud ius eſt in fundo meo dominãte, qđ tibi nõ lego. quod not. Et adde quæ dixi in diffinitione realis vel prędia 2 lis ſeruitutis. *Ac etiã addas, ꝙ ſeruitus ex parte fundi ſeruientis eſt in patientia: vt l. quoties. la prima, de ſeruitu. & l. ſi ego. la prima, de public. & l. fin. de ſeruit. vrbanorũ prędiorum, vt dixi ſ. in prima & tertia natura ſeruitutum. & ex his quę dixi de natura ſeruitutũ, colligitur optimè, in quo conſtet ipſa ſeruitus, ſeu ius ſeruitutis.

a Ius ſeruit. &c. *Quomodo & quãdo acquiratur poſſeſsio ſeruitutis, uide Alex. cõſi. cxlij. ij. col. et quomodo ius ſeruitutis acquiratur per præſcriptionẽ, & quãto tempore, conſil. cxiij. per totum. in j. uolu.*

Qui poſsit conſtituere ſeruitutes reales. CAP. XIIII.

1 *Dominus qui non eſt uerus, ſed quaſi, ſicut eſt bonæ fidei emptor, an prædio alieno per ipſum bona fide empto ſeruitutem imponere ualeat.*

2 *Dominium qui utile habet, ſicut eſt emphyteota, uel liuellarius, an ſeruitutem imponere poſsit.*

3 *Vaſallus qui utile dominium in fundo habet, an huiuſmodi fundi feudali ſeruitutem imponere ualeat.*

4 *Superficiarius an fundo ſuperficiario ſeruitutem imponere poſsit.*

5 *Dominus directus an fundo ſuo ſeruitutem imponere ualeat.*

6 *Hæres rei legatæ an ſeruitutem imponere*

nere poßit.

7 *Dominus fundi, qui ipsum alteri aut fisco obligauit, puta si pecunia certo tẽpore soluta non fit, & uendi ualeat, an poßit seruitutem ipsi imponere.*

8 *Dominus fundi, in quo alius usumfructũ habet, an illi fundo seruitutem imponere poßit.*

9 *Fundo suo an quispiã seruitutẽ imponere ualeat, in quo alius habet seruitutẽ realem, in ipsius tamen praeiudiciũ.*

10 *Maritus an fundo dotali seruitutẽ imponere ualeat.*

11 *Vsufructuarius an fundo, in quo usumfructũ habet, seruitutẽ ĩponere poßit.*

12 *Ius inferẽdi in sepulcrũ qui habet, an sepulcro seruitutẽ imponere ualeat.*

13 *Dominus qui adhuc non est, uel quasi, sed de proximo, uel continuo futurus est, an seruitutem imponere poßit.*

14 *Imperator, seu princeps, uel senatus priuato concedere potest, per uiam publicam aquam ducere, sine tamen uicinorum incommodo. numero 15.*

16 *Seruitutẽ habens, alteri eam cõcedere nõ potest, nisi hoc ei permißum fuerit.*

17 *Conceßisti si aquã Titio, quae in fundo tuo oritur, ut eam ad fundum suũ ducere poßit, an postea eandem mihi concedere ualeas.*

18 *Princeps in mari seruitutem imponere potest.*

cit gl.pe.in ver.xv.quód illa l.nõ ser uatur.& verum dicit,ꝙ nõ obseruatur,inquantũ loquitur de mœniano vel alio ędificio facto iuxta aliud priuatũ.sed seruatur dispositio.l.si.fini. reg.licet gl.dixerit ĩ d.l.mœniana.ꝙ illa l.loqtur quãdo ædificatur iuxta agrũ vel sepẽ,quã ego nõ teneo: vt dixi suprà ď pariete siue muro,circa prin.Sed ĩquãtũ loqtur d.l. mœniana.qñ ædificat iuxta ædificiũ publicũ,puta muros ciuitatis, vel horrea publica,tũc debet dimitti spatiũ xv. pedũ:vt est ẽt tex.in l.si cui.& ibi gl. iij.C.de ædifi.pri.& dicit Ang.ꝙ ita obseruatur,qa iuxta muros ciuitatis vel castri non permittitur ædificari, nisi tanta latitudine intermissa, ad hoc vt nihil mali vel sinistri excogitari possit,vt propter periculũ incẽdij & ruinæ,aut proditionis:quia habens ædificium suum iuxta muros, ex parte sui posset clã murũ suũ perforare,& ingressum dare hostib*.& ita dicit se pluries vidisse & audiuisse.subdit tñ, ꝙ in qbusdã locis hoc nõ seruatur.tu dic sicut est in ciuitate Nea.sed hoc in ciuitate Paduę bñ seruatur. stãdũ est itaq; ĩ hoc cõsue. vt in l.j.& in l.an in totũ. C. de ædi.

4 pri. *Vbi autẽ nõ sit aliqua cõsuetudo,an sit standũ illi l. mœniana. videtur ꝙ nõ:quia sicut q̃stio gl.dicit, ita seruatur de cõsuetudine:quia habetur pro lege,vt habetur in auten. hoc locũ.C.de secũdo nup.mu.& per 5 Bar.ĩ l.Titia cũ testamẽto.§.fi.de le. ij.ita videtur seruari ecõtra,qñ gl.dicit,ꝙ nõ seruatur de cõsuetudine.& maximẽ,qa videt,ꝙ lex tollat̃ p consuetudinẽ:vt tenet gl.in si. in princ. procemij.in §.igitur.ver.de cõsuetudine.& in l.de qbus.de legi. & gl. in ca.si terra.extrà de pri. & vide ad hoc gl.optimã.xv.q.fi.c.cũ multa.in ver.cũ dubio.in fi.Ego aũt teneo in hoc cõtrariũ,quia lex per cõsuetudinẽ nõ tollitur.l.fi.in prin.& ibi not. Cyn.C.de iu.do.impe. sed per contrariã cõsuetudinẽ bñ tollit̃:& ideo ego ĩ hoc sic cõcluderẽ. Aut q̃rimus de ædificio,qđ fit iuxta ædificia publica,vbi nõ sit aliqua cõsuetudo certa : & tũc puto esse standũ d.l.si cui. C.de ædi.fi.pri.ex quo variẽ,vt dixi, obseruat̃ de cõsuetudine. Aut quærimus,de ædi.pri.qđ fit iuxta ædificiũ priuatũ:& tũc nõ est standũ d.l. mœniana.siue ædificiũ fiat ex obiectu alterius,siue ex latere,quia nullo casu hoc seruatur:& ideo standũ est decisioni.l.si.fini.regũ.de quo dic, vt dixi s̃.de pariete siue muro . Cõcludo ergo ex p̃dictis, si quæritur quantũ debeat distare mœnianũ, seu aliud ædificiũ ab alio ędificio priuato uel publico.Aut cõstat ex statuto uel cõsuetudine sup hoc dispõnẽte, & illis standũ est: vt l.j.& l.an in totũ .C.de ędi.pri.& no.per gl.in rub.in si.C q̃ sit lon.cõsu.q̃ loquitur de porticib*. Aut non constat de cõsuetudine vel statuto : & tunc quæritur, quando ædificatur iuxta ædificiũ publicum, & stãdum est decisioni dictæ l.mœniana.& l.si cui.C.de ædi.priua.aut de ædificio quod fit iuxta aliud ædificiũ priuatũ:& tũc seruatur l.si.fini. reg. *Secũdò principaliter q̃ritur, an quis possit sub mœniano siue solario aut põticello extẽdere pannos seu linteamina,aut alia per q̃ auferatur lumẽ vicinis.In hoc sic distĩgue: Aut vult ponere in suo tãtũ,ita ꝙ so nõ p̃tẽdit extrà : vt puta, qa vult extendere in altũ, vt faciũt illi q̃ habẽt

pont

pôticellũ supra tectũ:vt ē Venetijs, & maxime ꝓpter emptores, & sicut cõiter inuenitur in ciuitate Neapo. & potest: quia quatenus durat solũ suũ,põt ædificare,& ponere, & facere regulariter qcqd vult vsq; ad cœlũ.l.fi.in prin.de ser.& l.si vitem. in §.pe.quod ui aut clã.& probatur in l.ij §.pe.& ibi gl.eo tit.etiã si ex hoc tolleretur lumen vicino,nisi hoc faceret in despectũ vicini,vel ad eius æmulationẽ:vt l.opus.cũ gl.de ope. pub.in dubio nõ ꝓsumitur mal⁹ animus,vt est gl. notab. in l.fluminũ.§. fi.de dã.infe.circa quod vide quę dicam in sequẽ.ti.ver.ij.fallit,si vellet. Aut qs vult ponere supra suũ,& extẽdere vltra suũ:sicut quando quis super vno ligno extendit linteamina, vel similia q̃ ꝓtendũtur extra mœnianũ,vel solariũ,vel fenestrã:& tũc aut vult extendere supra solũ vicini: & nõ potest:per d.l.fi.in prin.de ser. cũ alijs simil.suprà alle.aut vult extẽdere supra solũ publicũ: & tunc aut non fit damnum aliquod vicinis vel trãseũtib⁹:& tũc potest: quia ita seruatur,vt ibi de cõsuetudine. Aut fit damnũ vicino,puta quia aufertur sibi lumen.exẽplum,quis vult extẽdere pãnos à latere mœniani seu pôticelli versus fenestrã vicini ex obiecto,ita ꝙ eius lumen obscuret,vel ingressum solis auferat.vel qs vult extendere pãnos per directũ vltra mœnianũ vel fenestrã,ab alio latere est fenestra vicini,quæ per hoc obscuraretur.vel si quis habet solarium superius,& pars inferior est alterius,& superior vult extendere pannos super pôticello ab extra super longitudine,qui panni pendẽtes descendũt extra pôticellũ, ita ꝙ auferrent lumen, vel solem fenestris partis inferioris:& istis casibus nõ potest:vt est tex.qui in omnibus istis casibus potest exẽplificari, in l.ij. §. cũ quidã. ne quid in lo.pu.

6 Tertiò principaliter quæritur, quæ actio cõpetat cõtra protẽdentes huiusmodi pannos. Dic utile interdictũ,ne quid in loco pub.immittas:vt est tex.in d.§.cùm quidã.& ideo cõpetit vtile & directum,quia in suo,nõ in publico facit,licet in publico ꝓtẽdatur:vt not. ibi glo.in ver.vtile. Vltimò circa istam materiam adde quæ dixi in ti. præcedenti, & suprà de pariete siue muro,post principium, & de seruit. tigni immittendi.in vj.quæstione.

De fenestra. CAP. LXII.

1 *Fenestram in suo an quis facere possit, etiam si per eam in uicini fundum inspiceret.*

2 *Regula,quòd quis in suo inuito uicino murum facere possit, quas fallentias patiatur.*

3 *Fenestrã in muro cõmuni,ignorãte uel inuito socio,an quis facere possit.*

4 *Fenestram in muro communi eleuato pro sua utilitate tantùm,an quispiam facere possit.*

5 *Domũ si quispiã uicinus eleuare uelit iuxta murũ socij eleuatum,& ponere culmẽ æqualiter cum culmine domus uicini,uel etiã supra,obscurando fenestras uicini,ipso inuito,an possit.*

6 *Fenestram in alieno,domino inuito,an quis facere possit.*

7 *Fenestram de ligno, quod dicitur balconus,an facere licitum sit, & ipsam aperire in publico supra solum uicini.*

8 *Promiserim si uicino sub certa pœna non facere fenestram in muro domus meæ:& posteà illam domũ uendam, an emptor fenestram facere poterit.*

9 *Domus dominus an possit obscurare lumina domus locatæ alteri: uel in quo alius de domo locata usumfructum habeat.*
10 *Fenestras uitreas, ligneas, et papyreas, quæ uulgò spera dicuntur, an quis do mui suæ apponere possit.*
11 *Fenestras uitreas, ligneas, et papyreas, an quis imponere cogatur, & in fenestris sui parietis tenere.*
12 *Fenestrarū uitrea, uel tela si fracta essent, adeo quòd in alterius domo uideri possit, an debēs seruitutem ius sumptibus reficere teneatur.*
13 *Fenestrarum & balconorum materia ubi nam sit remißiuè.*

1 VIDEAMVS* primò, an quis in suo posit fenestram facere, etiā si per eā inspiceret in fundū vicini. Et dicendū est, ꝙ sic regulariter: vt ꝓbatur in l. alti⁹. in prin. C. de ser. & aqua. & ibi hoc no. Bald. Et Doct. Et est ratio, qa in sua re qs pōt ædificare, dūmodo nō mittat in alienū, ēt si noceat uicino. l. fluminū. §. fi. cum duabus seq. de dam. infe. in re enim sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mādata. C. man. Et intellige etiā, si quis haberet murum iuxta fundū vicini factū iam c. annis, & in eo nūquā fuerunt fenestrę, quia pōt dñs fenestrā facere. arg. glo. in l. qui luminibus. de ser. vrb. prædi. quia licet murus ille steterit longißimo tēpore sine fenestris, non propter hoc tollitur dño facultas ipsas faciendi, nisi quando voluisset facere, & per vicinū fuisset impeditus, & propter hoc destitisset, per l. hęc autem iura.
2 cum ibi no. de seru. vrb. præd. *Sed ista regula, quòd quis posit in suo murum facere inuito vicino, fallit in quibusdam casibus. Primò, quando esset imposita seruitus, vt in tali muro nō posset fieri fenestra. Nam possum ibi constituere seruitutē, vt nō posim in meo facere fenestram, per quā in domo tua prospicere possim: vt est casus in d. l. altius. secūdū vnā lect. in ver. pariete. C. de serui. & ibi no. Bal. qui dicit se hoc vidisse de facto in ciuitate Perusij, in domibus quæ nūc sunt comitis, aliàs dñi Iulij. & idē tenet Paul. de Ca. in l. quoties. de ser. tit. generali, vbi dicit, ꝙ talis conuētio valet, si tua interest ꝓpter honestatē, quoniā non posses vti domo tua liberè, cū homines nolint in omnibus videri. & iste casus poterit cōtingere quotidie inter fratres diuidētes inter se domos. pro hoc etiā facit l. venditor. in prin. cōia prædi. & quod ibi no. Bart. per illū tex. qui dicit, ꝙ si ego vēdo tibi aliquam domū cū pacto, ꝙ nō posis exercere talē artē, valet ista conuētio, vt obligeris tu & hæredes tui, licet ista non sit seruitus, cū nō sit prædiū dominās: de quo dic, vt dixi suprà, de ser. proijciēdi. in iij. q. Secūdò fallit, si vellē in meo facere vnā fenestrā in loco, in quo esse non consueuit, qñ facerē hoc ad ęmulationē uł in despectum vicini: puta quia vellem videre omnia secreta sua: per l. opus. cū ibi not. de oper. pu. & ita tenet Pe. Cyn. & Pau. de Cast. in d. l. altius. In dubio tamen non est præsumendum, quòd faciat ad æmulationem vel despectū, vt est glo. not. in l. fluminum. §. fina. de dam. infe. nisi quando per eā possent videri secreta vicini, & nullā ex hoc faciens fenestram perciperet vtilitatem: quia tūc crederem, quòd hoc faceret in despectum: & ita sentit Paul. de Cast. in dicta l. altius. Po-

to

to tamen, quòd hoc sit remittẽdum arbitrio iudicis, qui cõsiderabit qualitatẽ uicinorũ, si sint amici uel nõ: & maximè qualitatẽ faciẽtis fenestrã & si verisimiliter fecisset eam, etiã si essent amici: arg. l. j. §. j. de iure de lib. & c. de causis. de offi. deleg. & l. iij. §. j. de testi. cũ simi. & si faciẽs fenestram, est solitus facere in despectum uicini: tũc cõtra eũ est præsumẽdũ. arg. l. nõ omnis. §. à barbaris. de re milit. Quibus adde omnino, quæ dixi suprà, de solo siue area, ut in v. fal. uer. sed dubiũ est. Tertiò fallit, quãdo qs habet parietẽ iuxta domũ uel hortũ cuiusdã puellæ, vel religiosarũ, uel monialiũ, ut possit uidere illã puellã, aut moniales aut religiosas: qa si hoc faciat ad inhonestatem vel æmulationẽ, hoc nõ põt. arg. d. l. opus. de oper. pub. & in l. in fundo. de rei vẽd. vbi dicitur, q̃ malicijs hominũ obuiãdũ est. & ita tenet Cyn. secũdùm Pet. quẽ sequitur Bal. & cõmuniter Doct. ĩ d. l. altius. C. de ser. quod bene not. cõtra uicinos ædificãtes ad despectũ alterius vicini: quia si hoc faciũt, vt noceãt, nõ possunt etiã in suo: secus si faciũt principaliter ad suã utilitatem, licet noceãt: qa tũc possunt, vt not. in d. l. fluminũ. §. fi. de dãno infect. & hoc vult etiã Pau. de Cast. in d. l. altius.

3 *Nũc dicam*, an qs possit facere fenestrã in muro cõi ignorante uel inuito socio. Et dicas regulariter, q̃ nõ: vt probatur in l. quidã Iberus. de serui. urba. præ. & ibi hoc no. Ang. & Docto. & idem not. Ange. in l. inter quos. in iiij. col. uer. ex his infertur, q̃ in pariete. de dã. infe. dicens, q̃ ratio est, quia p eã, puta fenestrã, mutatur facies, puta parietis, & debilitatur paries, & per consequẽs nocet socio. & idẽ in effectu tenet Bald. in d. l. altius. in ij. no. C. de serui. & Pau. de Cast. in l. quoties. de serui. & in l. parietẽ. in fi. de serui. urba. præd. & ĩ l. pe. quæ incipit, eos. eo. tit. Dixit tñ no. Paul. de Cast. in d. l. eos. q̃ socius põt in re cõi facere fenestrã, vel aliquid aliud, qđ alterat rẽ, nisi aliqđ afferat nocumentũ. p d. l. quidã Iber*. & l. fi. in prin. de seru. vrb. præd. Qđ nõ credo esse uerũ indistinctè, quia vix põt esse, quin afferat damnũ vicino, si alterat parietẽ, vt dixi suprà, secũdùm Ange. vnde in hoc puto sic esse distinguendũ: Aut murus est cõmunis, quo ad omnia, quia sic actũ fuit inter eos, & põt. aut ĩter eos est cõmunis, quo ad certũ usum tantũ: puta pro diuidẽdo hortũ cõmunẽ, & tũc non poterit facere fenestrã in muro vnius ex socijs: p ea, quę dixi s. de pariete siue muro. in pe. q. ver. occurrit mihi. Aut est cõis simpliciter, & tũc aut faciẽdo fenestrã facit damnũ muro cõi, & nõ põt. d. l. qdã Iberus. in princ. aut nõ facit damnũ muro, sed põt respicere in domũ uicini de pręsenti vel futuro, si in area vicini posteà ædificaretur domus, & nõ potest, eadẽ ratione, vt per regulam l. Sabinus. cõmuni di. Aut nullo modo facit damnũ, nec facere potest, qa murus est fortissimus, & sic propter fenestrã alterari nõ potest, nec etiã propter dictã fenestrã põt fieri in terra seu fundo vicini, nec de præsenti nec in futurũ, ita vt socij nullo modo intersit, nec ĩteresse potest, & tũc æquũ est dicere vt possit. argu. d. l. quidã Iberus. §. fi. & l. fistulã. §. pe. & ar. gl. in l. Sabinus. in prin. præalle. aut sumus in dubio, si

nocet uel nocere pōt.& tūc stādum est regulæ d.l.Sabinus. quæ dicit,ꝙ in re cōmuni melior est cōditio pro hibentis.Et prædictis adde,quę plenè dixi s.de scalis.versi.qd aūt dicē s dum.& quæ dicā j.de camino. & de
4 necessario, & de solario. *Sed circa prędicta vidi dubitari,qa vnus ex socijs pōt murū cōmunē altius tollere:vt s.dixi de pariete siue muro, ver.tertiò principaliter est vidēdū, a &c.an ille,q alti⁹ tollit murū cōem, pōssit in muro eleuato fenestrā facere & pro sua tantū vtilitate?Et ista quęstio depēdet à prędijs.nā murus cōmunis altius eleuatus p vnū tātū ex socijs,efficitur cōmunis: vt est casus in l.hoc qđ dictū.§.si ex trib⁹.secundū vnā lect.gl.de ser.vrb.præ. & tenet Bar.Ang & Flo.in d.l.qdā liberus.& dixi plenè supra de pariete siue muro. versi. tertiò principaliter est videndū.Ergo in casib.in qb⁹ in muro cōmuni pōt fieri fenestra per vnū ex socijs tātūm:i illis casib⁹ poterit murū eleuās in eo fenestrā facere, & nō alius: vt patet ex p̄dictis: qa sæpe cōtingit,ꝙ vnus vicinus eleuat murū cōmunē, & facit fenestrā versus vicinū à latere supra culmen ipsius vicini. Cōmuniter tamē vidi obseruari cōtrariū in facto,quia indistinctè dictæ fenestræ fiunt,& maximè in ciuitate Veronæ,vbi infinitis domibus eleuatis hæ fenestræ reperiuntur: & ita fuit aliàs iudicatū, & vbi esset consuetudo, in hoc illi standū eslet,vt dictū est.l.de mœnia nis.& prędicta intellige in muro cōmuni pro indiuiso:secus si esset pro diuiso cōmunis:qa tūc quilibet posset partē suā eleuare, & in parte sua fenestrā facere,sicut quis pōt in muro proprio ædificare regulariter: vt est dictū suprà,in prin.& hoc quādo grossities muri pateret: vt no. Bar. in l.dāni.§.cū parietē.de dam.infe. & dixi s.de parie.siue muro. *Sed posito ꝓ cōstanti, ꝙ dictæ fenestræ in muro altius eleuato fieri possint p vnū tātūm de socijs, siue de iure, siue de cōsuetudine: vt qa tanto tēpore ibi fuerint à parte, ꝙ indicta sit præscriptio³, ꝙ ibi stare possint, an si alter vicin⁹ socius vult eleuare domū suā iuxta dictū murū pri⁹ eleuatū,& ponere culmē domus suæ æqualiter cū culmine domus vicini, vt̄ etiā suprà,an possit obscurādo dictas fenestras vicini ip̄o inuito?& videt̄ ꝙ sic.l.cū eo.de ser. & l.eos.e.ti. & p l.altius.C.eo.ti.licet illa l.alti⁹. loquat̄.n ædificāte in suo tātū:nā d. l.cū eo.& d.l.eos.loquūtur gñaliter in quecunq; ædificāte,siue in muro ꝓprio, siue in cōi.l.j. §. & gñaliter. de le.p̄stā cū si.maximè cū videatur esse eadē ratio: qa qđ cōe est, ꝓ eo iure,qđ ad me spectat,meū est.l.pupill⁹.§.si.de ver.sig. & audio, ꝙ ita de facto seruat̄ Veronæ. In cōtrariū videt̄,ꝙ nō possit: nā cū ille murus primò eleuat⁹, ī quo sunt fenestræ, sit cōis:videt̄ ꝙ alter soci⁹ nō possit ædificare domū suā,quæ est à latere claudēdo,vel obscurādo dictas fenestras:q regula est,ꝙ soci⁹ inuito socio nō pōt aliqd ędificare ī muro cōmuni,ꝓpt̄ qđ fiat dānū aut īcōmodū alij socio.l. Sabinus. cōi diui. & An.& Doc.ī d.l.qdā liber⁹.& ꝓ hoc vide q̄ dixi s.de ser. ne luminib⁹ officiat̄. in vij.q. Ego aūt teneo primā ptē, videlicet ꝙ possit maxīē p istā rationē.Nā cū ille mur⁹ sit pricipaliter destinat⁹ ad recipiēdū tigna, vt cul

culmẽ dom^9: poterit eleuari domus sua depressa, etiã obscurãdo lumina alterius vicini, p l. si cões ædes. & qd ibi no. cõi diu. & qd no. in l. Sabinus. p gl. eo. ti. & ideo si esset iã ædificata dom^9 vtriusq; vicini sup dicto muro, & vnus ipm prius eleuasset: & alter possit eũ iterũ eleuare, etiã obscurãdo lumina vicini, q pri^9 eleuauit, & i muro eleuato fenestras fecit. Nã si aliter dicerem^9, tolleret si bi p directũ potestas altius tollendi domũ suã, & vtẽdi re sua & cõmuni, ad vsum destinatũ: quę essent cõtra pdicta iura. Sed vbi murus nõ esset destinat^9 ad ædificiũ dom^9, sed fortè ad diuidẽdũ tãtùm: & vni pmissũ est, vt in muro eleuato supædificet domũ: tũc alter nõ poterit nõ tantũ reficere fenestras, sed etiã qa nõ poterit vti re cõi ad vsum nõ destinatũ, maximè nocẽdo vicino p no. per gl. in d. l. Sabinus. & qa cõcessio ibi facta prius, nõ debet tolli sibi sine facto suo, per regulã l. id qd nostrũ. de re. iur. qd bene no. qa quotidie de fa-
6 cto cõtingit. *Superest nũc, vt dicam^9 si qs põt facere i alieno fenestrã b dño inuito. Et dicas breuiter, ꝙ nõ, nisi esset imposita seruitus, ꝙ fieri põt: vt est casus secũdùm vnam lect. glo. in l. altius. C. de ser. de qua vide quæ dixi suprà. de serui. luminum, versic. item est alia differentia, &c.
7 *Vltra prædicta potest quæri, an sit licitũ facere fenestrã de ligno, qd dicit balconus, & ipsum aperire in publico supra solũ vicini. Et dic breuiter ꝙ sic: vt dicitur de ianua: quia quatenus se protẽdit stillicidiũ põt, vltrà nõ: vt ꝓbatur in l. fi. §. fi. & ibi no. p glo. de ianua. de ser. vrb. prę. de quo dic, vt dixi suprà, de ostio siue
8 porta. *Itẽ quæri põt, si promisit vicino sub certa pœna nõ facere fenestrã in muro dom^9 meæ, & posteà illã domũ vẽdo, an emptor poterit facere fenestrã. Videtur ꝙ sic: qa ista non fuit seruitus, sed obligatio quædã psonalis, qd apparet ex forma obligatiõis, in qua nõ cõtinet causa, qua re ꝓmisit. Si eñ causa aliqua exprimeret, puta ne aliqs vsus vicini ipediret, tũc seruitus pręsumeret. ita dicit Spe. in tit. de emp. & ven. ver. sed pone cauit. & Flo. refert in l. porbũ. in princ. de ser. & vide no. in l. iij. §. opus. & ibi Bart. de alie. iudi. mu. cã fac. & in l. fi. de no. ope. nũ. & in l. fi. de cõtrahẽ. em. Et vide oĩo dictũ Pau. de Cast. in l. pe. q̃ incipit, Lucius Titius. de ser. ru. prę. & in l. ij. §. itẽ si in facto. circa mediũ. de verb. ob. adde qd dixit Spec. vbi idẽ tenet, & vide oĩno q̃ dixi s. in princ. huius l. in illa q̃stiõe, quomõ cognoscat an sint seruitutes reales, vel psonales, vbi ple-
9 nẽ hoc examinaui. *Itẽ quęri põt, an dñs dom^9 põt obscurare lumina dom^9 locatæ alteri, vł in quo ali^9 habet vsumf. de domo locata. Dic ꝙ nõ licet domino obscurare, & si obscuraret, etiã ab extraneo, etiã dñs teneretur. l. si merces. §. fi. ff. loca. & ibi vide no. & idẽ tenet gl. i l. si is q binas. & ibi no. Doc. de vsuf. De domo verò, in qua alius habet vsumfr. dic aut domin^9 pleno iure vult ædificare in sua domo propria, & põt, licet obscuraretur domus vsufr. d. l. si is q binas ædes. aut vult ædificare in domo, in qua alius habet vsumfr. & nõ põt: vt no. ibi Flo. & vide l. Scaurus. alias incipit, binas. de ser. vr. prę. & qd no. in l. j. §. fi. si vsusfr. pe. Et adde quòd vsufr. potest bene fenestras

 aperi

aperire fundi fructuarij.tex. est in l. æqssimū. §.sed si ædiū.de vsufr. Sed nō pōt claudere:ut eadē l. §.Nerua. & ibi hoc no.glo.ī ver.obscurare. & no.gl.ī d. §.sed si ędiū.

10 *Quid aūt est dicēdū de fenestris vitreis,ligneis,& papyreis,q̄ vulgo sperę dicunt, an qs pōt eas fenestras domui suę apponere? Et dic regulariter q̄ sic,qa ī suo pōt qs ædificare:ut dixi s̄.in pri. nisi esset seruitus imposita, q̄ fenestra stet aperta,ut vicinus ex ea possit lumē habere & recipere.l. lumē. de seru.vr.præ.vel nisi talis fenestra ꝓtēderetur extra parietē, & stillicidiū supra solū uicini, qd debet esse liberū.l.fi.in prin.eo.tit. circa quod vide quę dicā in tit.seq.de specularibus.ver.circa ista specularia.

11 *Sed an qs cogaī dictas fenestras imponere,& tenere in fenestris sui parietis? Et dic regulariter q̄ nō, nisi seru:t* esset imposita: vt probaī in d.l.alti*. secūdùm vnā lect.C.de seru. qd no. qa sæpe cōtingit inter fratres diuidentes inter se domū:qa qñ vni obuenit pars domus, quæ habet fenestras respiciētes ī hortū uel partē alterius,fratres cōueniunt, q̄ ipse debeat tenere clausas fenestras cū fenestris, puta vitreis: quoniam valet ista conuentio,vt dixi.

12 *Sed qd si aliqua vitrea esset fracta,vel tela,vel papyrea,ita q̄ in domo alterius fratris possit videri,an debens seruitutē,teneatur reficere suis sumptibus? Dic q̄ sic, p l.eū debere col.in fi.de ser.vr.præ.cōiūcta l. & si fortè.si ser. vē.qd no.qa est quotidianū.

13 *Vltimò circa istā materiā de fenestra & balcono, vide s̄. de ser. stillicidij auertēdi,in ix.q.in fi.de ser. ne prospectui officiaī,cū trib* tit.seq. & de pariete siue muro,ver.scdò principaliter est vidēdū.& de stillicidio siue tecto,in ij.q.& de pen.in prin.& per Saly.in l.altius.C.de ser.& ibi etiam per omnes Doct.

a Præscript. *Sed qd dicem* de fundo dotali, q iā icœperat p̄scribi, antequā dareī in dotē? Respō.q̄ præscriptio nihilomin* curret,licet nō poterit ichoari,postq̄ est fact* dotalis: sec* erit de pupillo alteri succedēti, cōtra quē non currit præscriptio durāte pupillari ætate:licet antea fuisset icœpta, sed defert usq; post pupillarē ætatē.l. fin.C. de annu. præscript.*

b Domo loc. *Aduerte,q̄ cōtract* locationis & cōductionis, est cōtract* bonæ fidei:ut instit. de ac. §.actionū.& ideo merces debet conuenire arbitrio boni uiri.l. si in lege locationis.in prī. ff.loca. aliter restituere obligaī. Et q̄ locatio facta alicui artifici ī dubio intelligaī facta ꝓpter artificiū suū. uide Alex.ī iij.uol.cōsi.cxxxj.in ul.col.ī fi.*

De specularibus. CAP. LXIII.

1 *Specularia sunt, quæ uulgò gelosiæ dicuntur.*

2 *Dom* usumfructū si qs habeat,an etiā sibi specularia tanquā domus instrumēta ueniāt,ita q̄ proprietari* nō possit prohibere usufructuariū illis uti.*

3 *Specularia an indistinctè fenestris apponi possint.*

1 SPECVLARIA*sunt, quę vulgò gelosię dicūtur,ab inspiciēdo dicta:vt est tex.cū gl.in l.sed si quid. §.ꝓprietatis.in versi. specularibus. de vsuf.& in l.q̄situ. §.specularia.de fun. inst. & instrumēta sunt dom* lignea, quæ in fenestris poni solēt,vt ibi stātęs maximè mulieres videre, & nō videri possint:& si sunt affixa fenestris,pars domus sunt,& domo vendi

vẽdita cõtinentur, etiã si sint in ædificio posita, & ad tps detracta reponãtur: vt est tex. in d. §. specularia. & ibi gl. & ꝑ hoc l. fundi. §. fi. cũ l. se. & l. granaria. de ac. emp. Sed si sunt de nouo facta, & nõdũ imposita: sed ad hoc facta, vt imponãtur, & suppleãtur, si q̃ desunt: tunc nõ sunt pars domus, sed instrumẽto dom⁹ cõtinẽt: vt est tex. in d. §. specularia. ver. sed
2 si non sint. *Et ideo si quis habet vsumf. domus, veniunt etiã specularia tanquã domus instrumẽta: ꝓprietarius nõ põt ꝓhibere fructuariũ illis vti: vt est tex. in d. l. sed & si quis. §. ꝓprietatis. de vsuf. & ꝓpterea videt esse legata vel vẽdita dom⁹ sine instrumẽto: ideo nõ veniũt dicta specularia, q̃ nũquã fuerũt apposita fenestris, qa illa sunt instrumẽta domus, vt dixi, sed specularia affixa vel ad tps detracta vt reponant, bñ cõphẽderet, qa vt dixi, ista pars dom⁹ nõ sunt instrumenta, vt probat in d. l. q̃-
3 sitũ. §. specularia. de fun. istru. *Circa ista specularia posset dubitari, an indistinctè possint poni in fenestris. Distingue breuiter. Aut quis vult ea ponere in fenestris suis, & tũc regulariter põt: nisi esset seruit⁹ cõstituta: vt dixi suprà de fenestris, ver. supest nũc vt dicam⁹. & ver. sed an qs cogat. Aut vult ponere in cõi fenestra socio inuito, & nõ põt, per l. Sabin⁹. cõi di. & per ea q̃ dixi suprà tit. ꝓxi. versi. nũc dicamus. Aut qs vult ea ponere in fenestris alienis, & nõ potest regulariter, nisi esset seruitus constituta, vt dixi suprà de fenestris, versi. supest nũc vt dicamus. & ver. an qs cogatur. Aut vult quis ponere in sua fenestra ꝓpria: & tũc aut specularia nõ excedũt pariete suũ proprium: & breuiter potest, sicut etiã in suo fenestrã facere: vt l. altius. C. de ser. nisi esset sibi seruitus imposita, vt nõ possit ibi tenere specularia, ad hoc fortè, vt ex illis fenestris possit haberi lumen in domo vicini: vt habetur in l. lumẽ. de ser. vrb. prędi. & dixi suprà de ser. lumi. ver. itẽ est alia differẽtia. & in ti. præce. in prin. in ver. superest nũc. & in ver. quid autẽ. Aut specularia excedũt pariete: & tũc aut sunt super solũ publicũ, & de consuetudine seruatur vbiq; quòd possint fieri: ergo dicendum est quòd possint. l. j. & l. an in totũ. C. de ædi. priua. cum si. Aut sunt supra solum vicini priuatũ: & tunc sub suo stillicidio, quatenus protendit stillicidium, vel circà fieri possunt, sed non vltrà: per l. fi. §. fin. cum ibi no. per gl. & Doct. de ser. vr. præ. & per idem quod dixi de fenestra, de ligno, suprà ti. præce. ver. vltra prædicta potest quęri.

De camino. CAP. LXIIII.

1 *In camino quot principaliter consideranda sint.*

2 *Ignis super solario facientis fieri potest, nisi uicinus incendij periculum timeat.*

3 *Solarium si cõmune sit, & ille qui est inferior, incẽdij periculum timeat, cautio damni infecti peti potest.*

4 *Murum sub solario uicinus inferior occasione incendij euitandi, quibus expẽsis facere possit.*

5 *Caminum faciens an uicino inuito murum in solario communis facere possit.*

6 *Ignem iuxta parietem communẽ etiã maximũ, sicuti solet nuptiarũ tempore fieri, quo casu socius facere possit.*

7 *Cappa camini an & quo casu a socio fieri possit.*

8 *Socius quilibet muri communis in qualibet ipsius particula portionẽ habet.*

9 *Caminum quandocunq; aliquis in pariete communi ædificare uelit, & murus ita debilis existat, ut pro faciendo ignem tẽperatũ etiã pro usu suo torreretur: an possit facere unum murum paruum à parte sua unius pedis altitudine, ut communiter ipsa flamma ascendere possit.*

10 *Murum iuxta alienum etiã nõ dimisso spatio unius pedis, quis ꝗ iam alium murum sine fundamento, uel etiam modico facere potest.*

11 *Camini tubus an, ubi, & quomodo fieri debeat.*

12 *Fumus qui de tubo camini exit, quomodo manifestet, an murus proprius com munis existat.*

1 IN camino * quinq; prĩcipaliter cõsiderari possũt: primũ camini locus, in quo ignis fit: alterũ ipse ignis q fit in eo: tertiũ cappa ei*: quartum tub*: qntũ fum*, q exit de camino.
2 de singulis videam*. *Et primò de loco vbi fit ignis, dicas si fiat super solario, & solariũ est ignẽ faciẽtis: & põt facere qñ vult: qa quis põt vti re sua pro volũtate, nisi vicinus timeat
3 periculũ incẽdij. *Itẽ qñ solariũ est cõe: & ille qui est inferior timeret periculũ incẽdij: qa solariũ nõ haberet sub se murũ: & tũc põt peti cautio dã. infe. l. fluminũ. §. ꝑtereà. & ibi no. Bar. & Doct. de dã. infec. & l. si seruus seruũ. §. si fornacarius. ad l. Aq. cũ gl. & p ea q̃ dixi suprà de furno: imò pl* posset facere vicinus inferior murũ sub solario. ar. l. j. in fi. de
4 aqua plu. ar. *Sed cui* expẽsis? videtur ꝙ faciẽtis: ar. d. l. j. in fi. nisi esset seruit* apposita illius oneris ferẽdi: qa tũc deberet fieri expẽsis cõibus. ar. l. & si fortè. §. etiã. si ser. vẽ. Aduerte tñ quia nec hæc seruitus oneris fe rẽdi esse potest hic in re cõmuni & indiuiso. l. in re cõmuni. de ser. vrba. præ. & ideo nõ potest dici, quòd fieri debeat expẽsis cõmunibus: fiet ergo murus sub solario per ędificãtem caminũ expẽsis suis, & nõ domini inferioris, qui solũmodo pati tenetur:
5 ar. l. quoties. la j. §. j. de ser. *Sed nũquid faciẽs caminũ põt facere murũ in solario communi inuito vicino? Credo quòd sic: qa vt dixi, nedũ est vtile, sed etiã necessariũ, ꝑpter peri
6 culũ incẽdij. *De secũdo verò, scilicet de igne, qui fit in camino: dic ꝙ murus à latere est ita grossus, qui est cõis, ꝙ ex igne non põt recipere detrimẽtũ: & tũc alter ex socijs põt facere ignẽ iuxta parietẽ cõmunẽ, etiã maximũ, sicut fit tẽpore nuptiarũ. & ita tenet Ang. & Pau. de Ca. in l. qdã Iberus. de ser. vr. præ. aut paries non est ita grossus: & tunc aut vult facere ignẽ familiarẽ & tẽperatũ, & potest, etiã si aliquod dãnũ faciat: ex quo vtitur ad vsum destinatũ. ar. l. fistulã. in pri. e. ti. & l. sicuti. §. si si ser. vẽ. & ita tenet Ange. in d l. qdã Iberus. circa prin. etiã ꝑ hoc allego optimũ tex. ĩ l. arborib*. §. si nauis. de vsu fr. & qd ibi no. p gl. & Do. & maximè Flo. Itẽ quia vtit re ad vsum destinatũ: vt no. in d. l. si cões ędes. & l. Sabinus. cõi diui. aut vult facere ignẽ nõ familiarẽ, nec tẽperatũ, propter quòd fit dãnũ parieti cõmuni, & nõ potest: per d. l. qdã Iberus. p gl. in ver. adijciatur. & hoc tenet ibi Bar. Bal. & cõiter Doc.
7 Ang. in l. inter quos. de dã. infe. *De tertio, scilicet cappa camini: dic aut ædificium fit in muro proprio ædificantis, aut in alieno, aut in cõmuni. Primo casu, quãdo fit in proprio, nõ habet dubium: quia potest, nisi sit in

con

cōtrariū seruit* cōstituta:per ea quę dixi suprà de fenestra,in prin.Secundo casu,quando fit in alieno:& breuiter non potest.l.sed si inter me.in prin.de ser.vr.præ.& l.quemadmodum.§.fi.ad l.Aquil.cum si.nō ūtū esset seruitus imposita:per ea quæ dixi suprà de fenestra,ver.nūc supest.Tertio casu,quando fit ędificiū in cōmuni pariete:& tūc subdistingue:Aut paries est cōmunis ad vnū vsum tātū, puta ad hortū diuidendum,& in eo nō potest fieri caminus:per id quod dixi suprà de pariete sine muro,î pe. q.& suprà de fenestra,in versi.nūc dicamus.Aut nō est communis ad vnū vsum tātū,sed ad oīa vel simpliciter: & tunc si quęritur an possit cauare murū,& tūc aut mur* est pro diuiso, & potest vsq; ad dimidiā,& vsq; quō durat pars sua:quia tūc dicitur facere in suo,& pro hoc gl.in l.hoc quod dictū.§.j.in ver.paries.in prin.de ser. vr.prę.Aut est cōmunis pro indiuiso:& tūc etiā potest vltrà:quia in omni parte muri dicitur laborare in re

8 cōmuni. *Habet em̄ qlbet portio nē in qualibet particula ꝓ indiuiso: vt no.gl.in l.q Romę.§.duo fratres. de ver.ob.& in l.si familię.C.fa.er.& in §.quidā.Insti.de act.Fallit hoc in tribus casibus.Primò quando paries nō potest cauaturā pati:per l.cui ædificiū.de ser.vr.prę.Secūdò fallit,quādo alter socius velit ab altera parte sua facere caminū:quia vnus plus iuris nō habet,q̄ alius,vt dixi,& habetur in d.l.quidā Iberus.maximè per Ang.q dicit circa pri.q̄ ita seruat cōsuetudo:quoniā videmus in pariete cōmuni quēlibet sociorū caminū habere in parte sua.Tertiò fallit,quando mur* esset ita debilis,q̄ etiā faciē do ignē itatēperatū pro vsu suo torreretur,& sibi dānū fieret:p d.l.qdā Iberus.in prin.cū ibi no.per glo.& Doc.in ver.nō licet.Et adde omnino quæ dicam j.in ver.sed hic potest dubitari.Aut q̄ritur de ipsa cappa camini tātū:& tunc aut vult mittere tigna vl lapides sustinētes cappā vltra dimidiā muri:& nō potest,si est cōmunis pro diuiso:secus si pro indiuiso:p ea q̄ ꝓxi.dixi de cauatura. Aut vult mittere tigna vsq; ad dimidiam vel citrà vel vltrà,quādo est cō:s pro diuiso:& tūc aut p talē ędificationē nō fit dānū muro:puta q̄a p eā mur* cōis non debilitatur, neq; mutatur eius facies:& tūc potest.arg.l.fistulā. de ser.vrb.prę.& no.Bar.Bal.&Doc. in d.l.quidā Iberus.Aut fit dannum muro cōmuni,& nō potest:per d.l.qdā Iberus.in prin.cū ibi no.& ibi,si vellet apponere lapides magnos in muro cōi pro sustinēda cappa camini,qui destruerēt murum cōmunē ꝓpter pōderositatē,nō posset:per d.l. cui ędificiū.& p ea quę dixi suprà de fenestra,ver.nūc dicamus. *Sed hic 9 posset dubitari,quādo aliqs vult ędificare caminū in pariete cōmuni, & murus est ita debilis,quòd faciendo ignem temperatum,etiā pro vsu suo torrerēt:vt dixi suprà ver. tertiò fallit.an hoc casu possit sibi prouidere, faciēdo,scilicet vnum murū paruū à parte sua,puta vnius pedis,& altitudinis,quātum potest cōiter ascēdere flāma ignis,sicut sæpissime vidi. Et videtur quòd nō:q̄a prope murū cōmunē nō est licitū vni socio facere aliū murū proprium:per d.l.qdā Iberus.in prin.ver.ad parietē.secundū lec.vltimę gl.quæ dicit,quòd debet distare p duos pedes vel vnū:per l.fi.

l.fi.fini.reg.& ita vult Ang.Et intelli ge de duobus pedibus,quãdo ędificatur murus cũ domo:sed quãdo est mur⁹ simplex,sufficit dimissio vni⁹ pedis,per d.l.fi.& ita videtur in casu nostro,quòd debeat ille mur⁹ dista re per pedẽ à muro cõmuni:& sic d. l.fi.locum habet nõ solũ in ædificãte iuxta murũ alienũ,sed etiã iuxta murum cõem,quod est notãdũ.In cõtrarium tamẽ videtur tex.in l.fistulã. §.iuxta.de ser.vrb.prę.Ego puto in hoc esse distinguẽdũ.Aut quis vult facere murũ ꝓprium iuxta murũ cõem,ita quòd incumbat,& non põt.d.l.qdã Iberus.in prin.& ita tenet gl.i §.iuxta.ver.manet.Aut vult facere murum iuxta cõem,ita quòd cõi nõ inhæreat,& ꝙ sublato pariete cõi remanere possit,si paries cõis refectionẽ nõ impedit,põt.casus est in d.§.iuxta.& licet ille text.loquaꝛ de camera ex figulo opere facta iuxta parietẽ cõem.& gl.ibi exponit, ex figulo,id est,ex lateribus nõ coctis,& lutosa materia:& sic non videtur loqui de muro:tamen credo qđ idem sit in dicto muro paruo:qa est eadẽ ratio in vtroq; cas.Nec ob.l.fi. fini.re.& glos.in d.l.quidã Iberus.in ver.ad parietẽ.in fi.qa intelligiꝛ quãdo qs vult ædificare murũ fodiẽdo in terra,propter quod verisimiliter possit dãnũ inferri muro cõi:tũc enim debet distare per pedẽ:qa ita taxatũ est per d.l.fi.Sed quãdo est murus ædificatus super solario vel etiã in terra ꝓ dicto camino ad defendẽdũ murũ cõem:& sic pro eius vtilitate:qa ex eo nõ potest socius dãnũ pati ex illa modica fossione,imò vtilitate:tunc potest.Nec habet locũ d.l. fi.per d.§.iuxta.facit ad hoc l.si Titius horreũ.de acq.re.do.& quod dixi suprà de pariete siue muro.Et qd si esset paries ligneus?& vide suprà quæ dixi de scalis,ver.videamus de

10 muro cõi.*Ex quo etiã infero ea rõne,quòd qs potest iuxta murũ alienum etiã nõ dimisso spatio vnius pedis facere murum sine fundamento vel modico,puta pro sedẽdo,vel causa ponẽdi supra horticellos,dummodo humorẽ nõ faciant muro cõi:per d.l.quidã Iberus.in prin.quæ oĩa bene no.pro intellectu d.l.fi.fini.regũ.

11 *De quarto principali,scilicet de tubo camini:dic aut in totũ ille tubus est extra murũ cõem à parte faciẽtis caminũ,& per eã solam fumus ascẽdit,& ignis nõ appropinquauit, & potest:per l.fistulã.de ser.vr.præ. & ita tenet Bar.Bal.in d.l.quidã Iberus.in prin.& Ang.in d.l.inter quos. in prin.in iij.col.de dã.infec.Aut illa est cauata ĩ muro cõi:& tũc aut ꝑ illã cauaturã flãma ignis torrereꝛ,& deterior fieret murus,& nõ possit:per d.l.quidã Iberus.in princi.& ibi per omnes Doct.& per Ang.in d.l.inter quos.Aut per illã torreretur murus cõmunis,nec ꝑ hoc deterioraretur. & tũc distingue:aut illa cauatura est vltra medietatẽ muri vel citra:& tũc dic in omnibus,vt suprà dictũ est de

12 cappa. *De quinto & vltimo principali,scilicet de fumo,qui exit de camino siue de eius tubo:dic vt dixi suprà de fumo,ver.adde quæ dixi suprà de pariete siue muro.versi.secũdò principaliter est videndũ.vbi dicitur quòd ex cappa camini potest cognosci an murus sit proprius vel communis.de quo dic vt ibi plenè dixi.& vide quæ dixi suprà de ser. stillici.auerten.in xj.q.in fine.

De

De necessario. CAP. LXV.

1 *Necessarium quot partes habeat.*
2 *Fenestra siue locus necessarij ad sedendum, an, & quando in muro proprio uel communi fieri possit.*
3 *Necessarij cauea, an et quomodo i pro prio uel communi muro fieri possit.*
4 *Necessarij cauea an in muro proprio su pra solũ publicũ uel uicini fieri possit.*
5 *Necessarij fouea an & qualiter in mu ro communi uel proprio fieri possit.*
6 *Necessarij fouea an pro uoluntate domini fieri possit.*
7 *Necessarij fouea murata, uel nõ murata, si humor uel putredo exeat, et in puteũ uel uicini cisternã descendat, uel in eius uenas, aut etiam in penu, an cogi poterit ad reficiendum dictã foueam, ita & taliter, quod puteo uel cisternæ, aut alij uicini loco nocere non habeat.*
8 *Necessarium plenum habens, si ipsum purgare uelit, an possit.*

1 NECESSARIVM* tres habet partes. prima est fenestra, ĩ qua locus fit ad sedẽdũ: alia est caua eius quæ solet ex vasis fictilibus fieri: tertia est fouea, ad quã omnes immũditiæ descẽdũt.
2 * De fenestra siue loco necessarij ad sedẽdũ an & qñ posset fieri in muro ꝓprio, vel alieno, aut cõi, distingue vt dixi suprà, de cappa camini, in ti. precedenti. & vide quę dixi suprà, de fenestra.
3 * De secunda parte necessarij, videlicet de ipsi* caua, an illa possit fieri: distĩgue, aut qs vult facere cauã necessarij in suo ꝓprio, aut in alieno, aut in cõmuni. Si fit ĩ suo ꝓprio, regulariter licet, nisi fiat iuxta parietẽ vicini: qa si tũc lędatur paries vicini, fieri non põt. l. fi. §. fi. si ser. ven. & idem dicas, si noceret puteo vel cisternæ vicini: vt dicetur infrà, de fouea necessarij.
4 * Tamẽ vi di dubitari an illa possit fieri in muro ꝓprio supra solũ publicũ vel vicini. Dic de puteo, ꝙ nõ põt, nisi aliter fit de cõsuetudine a, Supra solũ autẽ priuatũ vicini etiã nõ põt, nisi habeat supra stillicidiũ domus: p l. si vi tẽ. §. fi. quod vi aut clã. & l. fi. de ser. Sed si habet stillicidium, põt sub eo, quatenus durat, dictã cauã ꝓtẽdere. l. fi. §. fi. de ser. vr. præ. circa q̃ vide q̃ dixi suprà, de ser. stil. auer. in 12. q. & suprà, de fenestra, ĩ ver. vltra ꝑdicta. & de specularibus, in fin.
5 * De tertia verò parte necessarij, videlicet ipsi* fouea, an illa possit fieri, distingue: aut qs vult facere eã ĩ suo ꝓprio, aut in cõmuni, aut in alieno. Si vult facere in suo proprio, regulariter licet, nisi fiat iuxta parietẽ vicini, qui ex hoc lædat: vt l. si qñ. §. fi. si ser. ven. & idẽ si noceret puteo vel cisternæ vicini: vt dicã infrà, de fouea necessarij: vel nisi esset seruitus imposita, ꝙ in suo facere nõ possit. ar. l. altius. C. de ser. Si verò vult facere in cõi muro dictã cauã necessarij, videtur ꝙ nõ possit: qa in re cõi melior est cõditio ꝓhibẽtis. l. Sabinus. cõi. di. In cõtrariũ, ꝙ possit: p l. fistulã. de ser. vr. præ. & per gl. in d. l. si quãdo. §. fi. Ego autẽ ĩ hoc sic distinguo. Aut est aliqd cõuentũ inter socios: & illud est seruãdũ. l. semp ĩ stipulationib*. de reg. iur. Aut nihil est cõuentum: & tunc aut est cõsuetudo in loco super hoc, & illa est seruãda, per dictã l. semper. & per l. an in totum. C. de ædific. priua. Aut nulla est conuẽtio vel consuetudo: & tunc aut murus est communis ad vnũ vsum tantùm, & non potest: vt dixi suprà, de cappa camini, ĩ ti. ꝓcedẽ. Aut est cõis ad omnia simpliciter: & tũc aut ex dicta

caua

caua necessarij non fit aliquod dānū muro cōi,& pōt.arg.d.l.fistulā. & d. l.qdā Iberus. §.fi.eo.ti.& p no. in d. l.si quādo. §.fi.& hoc tenet Ioā. Pet. de Papia in suo vltimo lib.in glo. in versi.& in futurū pcipiēdis.versi. an autē socius. Aut infertur dānū muro cōi:puta qa murus est subtilis,& nimiū debilitaretur:& nō pōt,p l.cui⁹ ædificiū.de ser.vr.præ.vel qa ꝓpter humorē cauę necessarij murus cōis debilitatur,per d.l.qdā Iberus. ī pri. cū ibi no.& p l.fistulas.si ser.vē. & d. l.si qñ.§.fi.cū glo.eo.ti.& hoc tenet etiā dictus Ioā.Pet.ī loco pallegato: q dicit idē,si ex dicta caua erit putredo vel malus odor:& ad hoc n.hil allegat.sed tu allega text.cū gl.ī l.ij §. idē ait,si odore.ne qd in loco publico.& text.cū glo.in l.pe.§. pe. qd vi aut clā.& vide quæ dixi suprà de cloaca,in antepe.q.Idē etiā dicas, si ex dicta caua exit humor vel putredo in domo vicini: quia qs nō pōt etiā laborando in suo immittere aliquid in alieno:vt not.glo.in d. l. si qñ. §. fin.& dicā infrà,de fouea necessarij.

6 *De quarta parte & vltima, scilicet fouea necessarij,posset quęri,an possit illa fieri pro voluntate domini. Dic aut vult facere foueā subterraneā etiā vltra suum solū sub solo vicini,& nō potest:vt dixi suprà de penu,versi.quid si vn⁹ vult facere. Aut vult facere quatenus durat solū suū, & potest,nec tenetur dimittere spatiū aliquod.l.si.fini.regū.vt dixi suprà,de penu,& de puteo. nec etiam hæc seruātur de cōsuetudine, vt dimittatur aliquod spatiū, & præsertim qñ fiunt huiusmodi fouex, vndiq; remurātur,quæ volgò le volte

7 dicuntur. *Secundò quęri pōt,quid si ex fouea murata, vel non murata, exit humor vel putredo, & descēdit in puteū vel cisternā vicini,vel eius venas, aut in penu, an poterit cogi ad reficiendū dictā foueā ita & taliter,q nō noceat puteo vel cisternæ aut alij loco vicini? Dicas quòd sic: quia nō est licitū quēquā facere in suo per qd aliud immittatur in alienum.l.sicuti.§.Arist.si ser.vē. & d.l. si qñ.§.fin.si ser.ven.l.fluminū.§.fi. in gl.pe.in fi.de dā.infec.& ita tenet Io.Pe.de Papia,in suo vl.lib.in loco prællegato. & ita not. Flo. in d.l. si quādo.§.fi.qui dicit per illū tex.vbi aliquis cōstruit loca cōmunia iuxta domū vicini, ex quibus causetur ad illā humiditas,cogi poterit ad talia loca purganda & purgata retinēda. Aduerte tamē qa gl.in d.l. si quādo. §.fi.videtur tenere secūdū Azo. q sit licitū sterquiliniū in suo ponere: licet alius sentiat inde humorē. per l.sicuti.§.idē ait.si ser. ven. & per l. fistulā.in prin.de ser.vr. præ. quā gl. intell go,quādo rarò humorē faceret:secus si assiduè:p l.fistulā. in prī. & adde quæ dicā in tit.j.post prin.& infrà de sterquilino. *Sed pone, q habens necessariū plenū,vult ipsum purgare,an possit.Credo quòd nō, propter fœtorē: & ideo de nocte tātum fieri debet, per ea quæ dixi suprà de fornace,versi. & prædicta teneo.vbi vide,& adde quæ dicam in titu.sequen.

a De consuet.*Vtrū consuetudo praua excuset? Respō.d.secūdū gl.iuij.dist.j.c. denuq; q sic,qd uerū intelligo,q nō excusat quoad deū,qñ ignorantia prauæ cōsuetudinis esset crassa,ut puta cōtra ius naturale.xxxij.q.iiij.flagitia. secus ubi esset probabile dubiū sup cōsuetudinis*

dimis ualiditate.nã tũc ignorãtia legis nõ est peccatũ:ut in l.regulã.ff. de iur. & fac.igno.& in c.cũ dilectus.de cõsue.& quod no.Innocen.in c.per tuas. de simo.& gl in c.uno.de postu.pla.li. vj.ĩ uer.de cætero.Et utrũ consuetudo interpretetur priuilegia, & statuta.sicut & legẽ?Respõd.q sic.e cũ dilect°. *de cõsue.l.si de interpretatiõe.ff. de le. & qd ibi no Io. An ĩ c.qd dilectio. de cõsang.& affi.& unde Alex ij.uo.cõs. cvij.in ult col.uersi cõfirmant.et cõs. lxviij.ĩ vj.co.in fi.& i j uo cõ.cxxxij. in ij co.in prin.et i iij,uo cõs.cxxxiij. in prin.ubi ponit quæ requirantur ad esse consuetudinis.*

De seclario. CAP. LXVI.

1 *Seclariũ qd sit,& quot partes habeat.*
2 *Seclarium si quis iuxta parietem communem ædificare uelit,an possit.*
3 *Seclario si aqua spargatur,et descẽdat per solariũ ad partẽ uicini inferiorem, uel solariũ cõe madefaciat, an prohiberi possit ne amplius spargat.*
4 *Seclarij murus si cõmunis esset,et propter pondus supellectilis appensæ debilitaretur,an prohiberi possit.*
5 *Seclarij foramen,& fouea,ac eius camera qualiter se habere debeant.*

1 SECLARIVM *quinq; habet partes. Prima est lapis, siue lignũ,super quo lauatur supellex.Altera est similiter alius lapis vel lignũ desup in quo pẽdent situlæ,& his similia, ac etiã supellectilia coquinæ ponuntur. Tertia pars est foramẽ, p quod aqua descendit.Quarta est fouea,ad quã aquę & ceteræ immũditię discurrunt.Quinta est quandoq; camera,in qua statur ad lauãdum super prima parte de lapide seu ligno seclarij,sup quo lauari solẽt supellectilia.Si quęrit an imponi possint in muro pprio,aut in cõi,aut ĩ alieno, dicẽdũ est breuiter,sicut dixi de cappa camini.

2 *Sed qd si vult ædificare iuxta parietẽ cõmunẽ,ipsũ nõ tãgẽdo? distingue:Aut p talẽ ædificationẽ seclarij nõ fit dãnũ vicino seu socio,nec impedit refectio cõmunis vel alieni parietis,& põt.ar. l. quidã Iberus.ĩ prin.& l.fistulã. §. iuxta. de ser.vr.præ. Aut impedit refectionẽ, & nõ põt,per d. §.iuxta. Aut nõ impedit refectionẽ, sed nocet vicino: & tũc aut nocet assiduè : qa assiduũ humorẽ emittit,& nõ põt,p d.l.fistulam.in princ.& ita tenet Ang. in d.l. inter quos.in vl.co.ver. si autẽ qs nõ velit ędificare.de dã.infec.& adde q̃ dixi suprà de camino, versi. sed hic posset dubitari.& in ti.præ.

3 *Itẽ qd si ex seclario spargitur aqua,descendit p solariũ ad partẽ inferiorẽ vicini,vel madefacit solariũ cõe:an põt prohiberi ne amplius spargat? Dic aut spargit pro vsu quotidiano suæ familię,& põt.ar.l.sicut. §.fin.si ser. ven.& l.fistulã.in prin.de ser.vr.prę: Aut vltra vsum quotidianũ,& nõ potest,vt dictis iuribus.circa qd vide q̃ plenè dixi suprà de ser.proijci. in ij. q.

4 *De secũda parte seclarij dicendũ est in omnib*°,sicut d*° prima:sed in hac secunda in primis cõsiderandũ est,si murus esset cõmunis,& ppter pondus supellectilis appẽsę debilitaretur:prohiberi posset,p l. cuius ędificiũ.de ser. vr.præ.

5 *De iij. iiij.& v.parte seclarij, scilicet de foramine,& fouea,& eius camera: dic in omnibus & per omnia vt conclusum fuit suprà titul.præceden.de necessario. & adde quæ dixi suprà de seruitute proijciendi, & quod dicã in sequenti titulo.

De

De aquarolo siue canali.

CAP. LXVII.

1 *Aquarolus quid propriè sit.*

2 *Aquarolum si quis in suo habeat, et aquā per unā tegulā ducat, qua cadat in suū, puta in curiā uel hortū: deinde illa aqua paulatim in fundū uel penū uicini uel communi descēdat, an cogi possit, ut dictam aquā in suo retineat, ne in alienum ueniat.*

3 *Aquarolo uicini mei si aquā descēdētē uideā, & ex suo ad curiā meā cadentē: an aliquid in meo facere possim propter quòd aqua fluxus impediatur, ita quòd in uicini solo remaneat.*

4 *Aquarolo uicini si aqua in fundū meū descendat, quid iuris.*

5 *Aquarolo tuo si aqua ī uia publica descendat nunquid ego uicinus contra te agere possim.*

6 *Pariete in communi an sit licitum mittere canale recipiens aquā de cœlo cadentē, uel aquam de cisterna discurrentem, aut de aliquo aquæ receptaculo, quod castellum appellatur.*

DIXIMVS de ista materia suprà, in titu. de fistula: verū quia multū cōuenit seclario, ideo eā hic
1 cōmemorare cōstitui. *Et appello aquarolū paruū seclariū, vel vas lapideū in muro immissum, habēs fistulas ferreas ad similitudinem capitis serpētis, vel leonis, aut hois, de quo exit aqua pro manibus lauādis. Si qs autē aquarolū siue canale in suo aut alieno fabricare voluerit, ea, quę de seclario dicta sunt, obseruare tenet, p iura in duobus titulis pcedentibus
2 allegata. *Sed iuxta ea dubitari posset, qs habet aquarolū in suo, & ducit aquā p vnā tegulā q̄ similiter cadit in suū, puta ī curiā vel hortū: deinde illa aqua paulatim descēdit in fundū vel penū vicini vel cōmunē, an cogi possit vt dictā aquam in suo retineat, vt in alienū nō veniat? Et videt q̄ nō, per gl. ordi. in l. si quādo. ff. serui. ven. In cōtrariū videtur l. fluminū. §. fi. in gl. pe. in fi. de dā. infec. Puto q̄ sit dicēdū, aut illa aqua assiduè descendit ī fundū vicini, vel cōmunē, & prohiberi pōt per l. fistulā. in pri. de ser. vr. pd. Aut nō discurrit assiduè. & tūc secus p d. l. fistulā, & p hoc vide q̄ dixi in tit. pceden. circa primā partē. *Quid autē si ego
3 videns aquā vicini mei descendere & cadere ex suo ad curiā meam, facio aliqd in meo propter quod impeditur fluxus aquæ, ita q̄ remaneat in solo vicini, an possim? Dicas q̄ sic: argu. l. j. §. sunt qui putant. ff. ne quid in loco publico. & vide quæ dixi suprà in iiij. diuisione seruitutum, versi. & primò videamus. & s̄. de curia. in fi. *Itē qd si aqua descēdit ex
4 canale vicini in fundū meum? Dic q̄ eū prohibere possim: per l. sicuti. §. Arist. ff. ser. ven. & per ea quæ dixi s̄. de serui proijci. in j. & ij. q. *Itē qd si
5 ex aquarolo tuo descendit aqua in via publica: an ego vicinus possim agere cōtra te? Dic q̄ sic, si nocet, vł nocere potest mihi trāseunti. ar. l. ij. in prin. ne quid in loco publico. circa qd vide quę dicam ī. ti. seq. & quę
6 dixi s̄. in tit. præcedenti. *Item nunquid in pariete cōi sit licitū mittere canale recipiens aquam de cœlo cadentem, vel aquā de cisterna discurrentem aut de aliquo receptaculo aquæ quod castellum appellatur? Dicas quòd non: per l. fistulam. de ser. vrb. præ. Et est ratio: quia per talem discursum aquarum parietem corrumpi verisimiliter est: secundum

Ange.

Ang. in l. inter quos. in princ. in iiij. col. de dam. infe. Reliqua circa istam materiam vide suprà de fistula.

a Via pub. *Adde Alex. iij. uo. cōs. lxxiij. in j. co. §. fi. et quasi p totū. et Corn. ij. uo. cō. cliij. & in iij. cō. cclxxxij. & qd significet uia, dicto uol. cō. ccxcv. & in iij. cō. ccxij. anci. pramittendum.*

De aquæ proiectu siue aliarū rerum. CAP. LXVIII.

1 *Aquam in uicini fundum an immittere licitum sit.*

2 *Aquā uel alias immundicias in stratā publicā, uel aliū locum publicum, an proijcere liceat.*

3 *Putredinem aliquā, puta lauaturam, uel aliud putridum, si pedissequa uel famulus proiecerit, & super uestē uel caputium transeuntis per uiam publicam, uel ibi stantis descenderit, an eius dominus teneatur.*

4 *Aquam ut illuc proijcias, si duos tibi terræ pedes concedam, an proprietas uel usus concedi uidetur.*

1 QVAERO *primò nūquid sit licitū immittere aquā in fundum vicini. Et dic quòd non, nisi sit seruitus imposita. l. sicuti. §. Aristo. si ser. vend. de quo dic vt plenè dixi de seruitute proijciendi. *Quæro 2 secundò, an liceat proijcere aquam vel alias immūditias in stratā publicā, vel aliū locū publicū. Et puto q̄ sic, dūmō nō noceat vsui publico, vł trāseūtibus, vel in ea existētibus: ar. l. ij. in prin. ne qd in lo. pu. iūcta l. j. ī prin. de his qui deic. vel effu. nisi ex lege, vel statuto, vel cōsuetudine aliter esset ꝓuisum, d. l. ij. in prin. Nam cōiter circa hoc p statuta locorū est prouisum, & aliter q̄ sit de iure cōi.

6 *Nã dictio In,aliquãdo ponitur pro De:vt est tex.cũ glo. in l.si cui tigna.de ędi.edi.probatur in l.q̃ro.§.fi.ibi,in domo.eo.ti.& sic dictio In, non requirit tactũ loci. Itē q̃ verbũ Arbor nõ extēdatur ad radices, qñ coniũgitur cum verbo quod aliud importat,est casus in l.j.iũcto ver.si quis radicibus.arb.fur.cæ.& q̃ istud sit verum,q̃ hoc casu nõ cõpræhendantur radices arborũ ex mēte edicti, patet in l.j.C.de interdict.ibi,dũ dicit,ad exēplum alicuius,nõ est idē cũ illo ex mēte: sed est per extensionē,quæ fit per eandē rationē. cõcludo igitur ex prædictis,quòd hoc interdictũ,de quo in d.l.j.scilicet quãdo radices crescunt sub fundamēto domus vicini,debet esse vtile & nõ directũ:quia nec verba,nec mēs edicti de arb.cæ. fuit de ipsis radicibus, sed solũ de arbore,q̃ suprà pēdet:& sic de frondibus & ramis. sed quia si fuisset interrogatus prætor quid de radicibus propter eandē vel maiorē rationē idē dixisset:arg.l.tale pactum.cũ sim.po.per gl.in l.fi.de pact. ideo ad exemplũ interdicti de arboribus cędendis dabitur,& hoc vtile.
7 quod no. *Itē datur hoc interdictũ de arboribus cædēdis tam directũ,q̃ vtile,competēs in tribus casibus, de quibus s.dixi in ver. circa prædicta. quod datur nõ solũ dño ædium,sed etiã ei qui vsumfructum habet, quia ipsius interest arborē ipsam nõ pendere.l.j.§.nõ solũ.de arb.cæd.
7 *Itē datur hoc interdictũ, si arbor cõmunib[9] ædibus impēdet,& cuilibet dominorũ insolidũ,quia & seruitutum vēdicationē singuli habēt.d.l.j.§.pterea.Itē an pro opere facto in arbore possit agi,& qua actione:vide l.si alius.§ notauimus. quod vi aut clã.& plenè no.per Bar.in l.j.§.hoc aũt edictũ.de no.ope.nũ.Itē.si arbor ex vicini fundo inclinata in tuũ fundũ sit,ex lege xii.tabula.de amouenda ea rectè agere potes,ius ei non esse ita arborē habere.l.fi.de arbo.cæ.& cõpetit actio in factũ vel negatoria, secundũ glo.ibi,& Bar. Si aliquis cauit mihi de dãno infe.& arbores ex suo agro vi tēpestatis cõfractæ,& in meũ agrum ceciderũt,eo q̃ facto vitibus meis vel segetibus nocerēt,vel ædificia demoliũtur, stipulatio non cõmittitur:secus si vetustate arborũ hoc accideret:tex.est in l.fluminum.§.itē apud Iulianũ.de damno infecto.
8 *Item quid si arbor ex fundo tuo in viam publicam sic caderet,vt itineri sit impedimento, eamq; pro derelicto habeas?Dic quòd non teneris: sed si actor sua impensa arborem tollere paratus sit, rectè tecum agere poterit de via publica reficienda,sed si pro derelicto non habes,tecum agere poterit,ne quid in loco publico.& adde quod not.Fede.de Senis in consilio cij.Dictum est suprà de arboribus quæ intrant murum vicini vel eius fundamentũ.

Sed

9 *Sed quid si arbor[a] porrexit radices in vicinū fundū, an vicino liceat eas icidere? Dic q nō: sed agere poterit negatoria, ei non esse ius, sicut nec tignū aut protectū habere: vt l. si plures. §. si arbor. arb. fur. cęs. *Itē qd si radicib* in fundo vicini arbor alitur, cuius videtur esse arbor? Dic eius vicini, i cui* fundo origo arboris est. d. l. si plures. in fi. qd intellige qn alitur à solo vicini, nō tamē occupauit, vt qa per latitudinē & lōgitudinē tāgit: & quādo poterat viuere ex radicibus quę erāt in solo, vnde ducit originē: aliàs secus. & ita intelligitur §. si Titius. Inst. de rerū diuisio. & ibi no. p Ange. in d. l. si plures. in fi. & vide omnino l. si vitē. in pri. & quod ibi not. p Doct. quod vi aut clam.

10

11 *Itē si quis plātauit arbores alienas in suo, vel suas in alieno, cuius erūt? Dic vt habetur in dicto §. si Titius. & in l. idē Pompo. scribit si frumentū. §. de arbore. de rei vend. & in d. l. si vitē. in prin.

12 *Itē incidens arbores alienas, tenetur Aquilia, & arborū furt. cæs. l. j. & pe. ff. arbor. furt. cæs. & hoc siue qs suis manibus incidat, siue alij incidēdū mādauerit: vt l. si furtū. §. siue autē. eo. tit. & etiā si colonus arbores cęciderit, ex locato tenet. l. si colonus. eo. tit. & si plures eandē arborē furtim cęciderūt, cū singulis insolidum agi poterit: & si eadē arbor plurium fuerit, vniuersis in simul vna pœna præstabitur. l. si plures. in princi. arborū fur. cæs. & cōpetit ista actio emphyteotæ, nō autē vsufructuario. l. cædere. §. pe. eo. ti. Et quę & quāta sit ista pœna, & aduersus quē cōpetat, & quibus, vide in l. furtū. §. fin. cū seq. arb. fur. cæs.

13 *Et qa facta est sæpius mētio de arbore, sciendū est qd veniat appellatione arboris. Dic q cōtinētur etiam vites. l. ij. & iij arbor. furt. cæs. l. j. §. arbores. de arbo. cæd. Item multa alia continētur appellatione arboris, de quibus vide in l. vitem. per totā. cū seq. arbo. fur. cęs. & vide omnino Bar. in suo tract. de alueo. vbi ponit, qd sit ꝓpriè arbor, & qd sit herba.

14 *Itē qd si ex arbore mea fructus in tuū fundū cadāt? Dic q vsq; ad tertiū diē licitū est mihi colligere, nec vim facere potes. l. j. d glā. leg. & vide omnino qd ibi not. Bar.

15 *Itē si vendidi fundū, & excepi arborē, & ea cecidit, & posteà radices ei* pullos emiserint: an eos possim vēdicare? Ista est q. sabatina, de qua vide p glo. in l. obligationū fere. §. pe. de ac. & ob.

16 *Vltimò adde, q vsufructuarius[b] nō pōt excidere arbores etiā infructuosas, quę deābulationes opacas & amœnas reddūt. l. æquissimū. de vsufr. & adde quę dixi suprà, ne luminibus officiatur, in iiij. & v. q. & de serui. protegēdi. v. q.

a Arbor. *Adde Cor. iij. uolu. consi. cclxxxvij. incip. dominus.*

b Vsufruct. *Et si usufructuarius rē deteriorauit, an hæres eius teneat? Vide Cor. ij. uol. cōsi. cxix. Et locare fundū, in quo habet usumfructū, pertinet ad usufructuariū, nō ad heredē. dicto uo. cōsi. clxxxvij. Et utrū usufructuarius omniū bonorū teneatur soluere legata, uide in iij. uol. cōsi. cxcv. Et utrū usufructuari* possit cadere uel uēdere cōmoditatē usufruct*? Respō. Bar. in l. interest. C. de usu & habi. q sic: sed nō ius usufructus. Similiter ille, cui legata est in testamēto dom* ad inhabitandū, poterit alteri locare, & finiet solùm morte ipsius, cui legata est. l. si*

habitatio.ff.de usu & habi.& Inst. eod §.fin.

De sepulchro. CAP. LXXXII.

1 *Sepulchrum est locus, ubi corpora, ossaue hominum condita sunt.*

2 *Locum religiosum unusquisq; sua uoluntate facit, dum mortuum infert.*

3 *Sepulchrũ si quispiã effodere uoluerit, quantum spatij relinquere debeat.*

4 *Viam ad sepulchrũ qui nõ habet precario, à uicino impetrare potest, & si concedere noluerit, qua actione cogi poterit.*

5 *Religiosi non habentes in loco suo locum eis congruũ, petere possunt, quòd propter religionis fauorem loca eis cõdecentia assignentur.*

6 *Porticum aut stillicidium si quisp iam in sepulchrum immiserit, qua actione contra eum agi possit.*

7 *Sepulchra antiquorum quæ erant, & quid recentioribus temporibus de cadaueribus sepeliendis cautum fuerit.*

8 *De sepultura loco quantum ad effectũ non curatur, quoniam domini est terra, & plenitudo eius.*

9 *Sepeliri apud quam ecclesiam unusquisque debeat.*

1 SEPVLCHRVM est loc⁹ vbi corpus ossaue hominis condita sunt.l.ij.§.sepulchrum.de religi. & sump.fu. & varia nomina sepulchri vide per glo. in l.cuiuscũq;.§.idem ait.de inst.t.& per Flo. in l.familiaria.cum seq. in §.si adhuc. de relig.

2 Locum religiosum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuũ infert in locũ suum: vt Inst.de re.diui. §.religiosum. vide etiam ibi postea quid de loco cõmuni vel alieno, vel in quo aliquis habet vsumfru. & ille locus dicitur religiosus, in quo est caput hominis.l.cum in diuersis.de religiosis. Et si caput diuisum est in plures partes, & positum in diuersis locis: ille locus dicetur religiosus, in quo est melior pars capitis, & si partes sint æquales, neuter erit religiosus.gl.est no.in d.§.religiosum. quam not.pro ludentibus ad plastellam, vel ad par & impar: quãdo plastella scinditur, & minimus scissus reperitur, inspicitur vbi est maior pars, & si partes sunt æquales, neuter valet. 3 Si quis sepulchrũ effodere voluerit, quantum profunditas est, tantũ relinquat.l.fi.in fi.fin.regund. quod expone sicut dictũ suprà de fouea, in prin. Seruitutis itineris ad sepulchrum priuati ius manet, & ideo remitti domino fundi seruitus põt, & acquiri etiã post religionẽ sepulchri hęc seruitus potest.l.seruitutes. la grande.§.seruitus itineris. de seruitu. 4 Qui nõ habet viam ad sepulchrum, potest illã impetrare precariò à vicino. & si concedere noluerit, poterit cõpelli nõ iure actionis, sed extra ordinẽ officio iudicis, id est, officio iudicis vendere iusto precio iter cogitur, per eũ tamẽ locum, per quem vicinus minus lædatur.l.si quis sepulchrum.in princ.de relig.per quã l.dixit ibi Guil. quẽ sequitur Flo. 5 q̀ religiosi nõ habẽtes in loco suo locũ eis conuenientem vel sufficientẽ, possunt petere, quòd loca eis cõdecentia assignẽtur propter fauorem religionis, & hac ratiõe cogit vicin⁹ eis vẽdere domũ, qa fauore publicæ vtilitatis cõpellit qs vẽdere rẽ suã.l.ij.in princ. de his q sunt sui vel alieni iur. & idẽ tenet Flor.in l.iij.§.locus.de relig. Et idẽ tenet Ang.in l.j.ad fi.solu.matr.q dicit ita de facto obtinuisse Guilie.de

Cum.

Gun.vt refert ipse Guil.in l.decerni
mus.de epis.& cle.& idē tenet Bald.
in d.l.j.solu. mat. & idem tenet Ioā.
de Ana.in c. apostolicæ.in prin.ex-
trà.de do.qui dicit,ꝙ hoc procedit,
nō tantùm in ecclesia ædificata, sed
etiam ædificanda: quia magis faue-
tur ecclesijs de nouo fundatis,quàm
iam constitutis, & ratio esse potest:
quia de nouo constituenda religio
magis viget: facit quod habetur in
c.fin.de rescrip. in vj. & in cle.fi.eo.
tit. Ego plus dico, ꝙ ista procedunt
non solùm in ecclesijs ædificandis,
sed etiam pro claustro & pro domi-
bus de nouo faciendis, aut agendis
necessarijs pro monasterio virorū,
& monialium eadem ratione: & ita
aliàs obtinui in ciuitate Veronæ,qd
singulariter & perpetuò tene mēti:
& idem dicas pro scholis fabrican-
dis,vt no.Flo.in d.l.si quis.de sepul.
in prin.& no.Doct.in d.l.j.sol. mat.
6 *Si quis porticum aut stillicidium
in sepulchrū immiserit,etiā si ipsum
nō tangat, rectè cum eo agi potest,
quod vi aut clam in sepulchrū factū
sit:quia sepulchri est,nō solùm is lo
cus,q recipit humationē, sed omne
etiā supra id cœlum:ideoq; nomine
sepulchri violati agi potest.l.si vitē.
7 §.pe.ꝙ vi aut clam. *Vltimò not.
ꝙ olim solebant corpora maiores
nostri in domibus proprijs sepelire.
sed propter cadaueris fœtorem sta-
tutū fuit,ꝙ extra ciuitatē sepeliren-
tur, & pœna statuti contrafacientis
sepulchra in ciuitate, & magistratus
patientis hoc fieri, est in l.iij.§.Di-
uus Adrianus.de sepul.vio.& l. mor
tuorum. de religiosis.permittebant
enim sepulchra vel in cœmiterio,
vel in alio loco ad hoc deputato,vel
sacrificato, vel in proprijs prædis,
& quicunq; locus per illationē cor-
poris mortui religiosus efficieba-
tur.l.ij.in prin.& §.prætor ait.de re
ligio.Verum quia per hoc damnifi-
cabatur dominus loci, fuit proui-
sum,per d.tit. de religio. vt l.ij.§.j.
& §.is qui.eo.ti.nunc verò permit-
titur in ciuitatibus sepeliri, & alijs
locis consecratis, secundùm condi-
8 tionem personarum. * Quantùm
autem ad effectum, nō curatur de lo
co sepulturæ:quia domini est terra,
& plenitudo eius.xiij.q.v.vbicunq;.
facit c.sacrum.de sepul.& no.Flo.in
9 rubrica,de relig. *Apud quam ec
clesiam quis debeat sepeliri? Dic a-
pud illam,quam elegerit:vt habetur
xiij.q.ij.in summa.dummodo relin
quat ecclesiæ parochiali partem.ex-
trà,de sepu.c.de his.& c. cum super.
& habetur in c.fi.eo.titu.lib.vj.& in
cle.dudū.§.verùm. de sepul. Sed in
sepulturis parentum filij collocan-
di sunt:de quo dic vt habetur xiij.q.
ij.ædium.& c.placuit.

FINIS.

TRACTATVS DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRAEDIORVM,

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE I. V. DOCTORIS.

1 *Seruitutes rusticorũ prædiorum quæ sint.*

1 ERVITVtes* rusticorum prędiorũ sunt hæ: Iter, Actus, Via, Aquæductus, Aquæ haust*, Pecoris ad aquã appulsus, Ius pascẽdi, Calcis coquendæ, Arenæ fodiendæ, Licere altius tollere, & officere prędio vicini, Domũ[a], vel prętoriũ, vel ꝓtectũ habere, Licere habere iter, vt boues ꝑ quos fundus colatur, & in vicino agro pascãtur, coactiq; habeantur. Itẽ vt pedamẽta ad vineã ex vicini prædio sumãtur. Itẽ vicino cuius lapicidinę fundo tuo immineãt, posse cædere. Ius ei esse terrã in fundũ iacere. Saxa posita habere, & vt in tuum lapides puoluantur, ibiq; positi habeãtur, indeq; exportẽtur. Itẽ tuguriũ mihi licere habere in tuo, &c. his simi. vt est tex. in l. ij. & iij. & l. vel uti. in fi ff. de ser. rust. pręd. & Insti. de serui. in prin. & §. inter rusticorum pręd Nũc de singulis videam*. Et primò de itinere.

a Domum. *Quomodo capiatur uerbũ dom*, uide Ale. j. uo. cõs xlviij. in ult. col. in fi. Et dom* sumit in iure uarijs modis, uide Corn. j. uol. consi. lv. & in iij. uol. consil. cxcviij. & in iiij. uolu. consi. xlj.*

De seruitutibus itineris. CAP. I.

1 *Iter est ius hominis eundi, ambulãdi, nec nõ iumentũ agendi, uel uehiculũ.*

2 *Ire ab Ambulare in quo differat.*

3 *Promittat quis uni iter, an ius & seruitutem sibi promittere uideatur, secus quis factum promittit.*

4 *Itineris seruitutem qui habet, an possit ire, nedum pedes, sed etiam eques.*

5 *Seruitutẽ itineris habẽs, si uelit ducere iumentum, & plaustrum oneratũ iumento, uel alijs rebus, & etiam ipse ascendere, an super seruientis fundum transire ualeat.*

6 *Loco seruitutis itineris si dubitetur, arbiter, uel comunis amicus, qui hoc dirimere debeat, assumi debet.*

Seruit

7 Seruitutē itineris habens, si locū elegerit, licet amplius uariare nō poßit, ille tamen qui seruitutem cōceßit, bene potest, si absq; alterius incommodo fiat.

8 Iter uel alia seruitus si legetur sine ulla loci determinatione, electio ad quem spectabit, an scilicet ad promittentem, seu eius hæredem, an illi, cui seruitus legata, uel promißa fuerit.

9 Iter ad prædium duorum commune si legetur, nec legatarij de itineris loco cō sentiant, quid iuris.

10 Itineris latitudo quanta eße debeat.

11 Via cuius latitudinis eße debeat.

12 Iter aut actum per certū locū si quispiam alicui ceßerit, an poßit uni uel pluribus per eūdem locum, uel iter, uel actum cedere.

13 Aquaductum si aliū conceßero, an alteri iter per eundem locum dare uel cedere potero.

14 Itineris seruitus sicut in certa fundi parte constitui potest, ita etiam pro certa temporis parte.

15 Fūdi seruientis & dominātis dominus qualiter seruientis fundo uti poßit: & ad quid domin⁹ fundi seruiētis teneatˉ.

16 Iter, actus uiæ & aquaductus per fundum tuum si emerim, an ad uacuæ poßeßionis traditionem tenearis.

17 Fundus uenditus si seruitutē alteri debeat, an in hoc emptori uēditor teneatˉ.

18 Fundi uēditor qualiter teneatur, quando seruitutem nō expreßit, quæ in fundo uendito debetur, uel fundi uenditi conditionē, & eam emptor ignorauit.

19 Poßeßionem qui tenetur uacuam tradere, an liberetur, si rem tradat, quæ alteri seruitutem prædialem debeat.

20 Iter si excipere deberem, puta quia sic in contrahēdo cōuenerā, & tamē fundum liberum per errorē tradidi, quomodo mihi succurratur.

21 Fundus seruitutem itineris debens alluuione occupatus, quomodo in pristinam seruitutem restitui debeat.

22 Fundum per alienum an quis ire seu transire ualeat, & an dominus nolentes ire uel transire per fundum suum prohibere poßit.

23 Fundū meū ingredi uolentem propria manu & autoritate repellere poßum.

24 Agrum per alienum ire fas est, si dominus non prohibeat: ius tamen non est, si dominus ire prohibeat.

25 Itineris, siue eundi in fundum meum, ut quis in quasi poßeßione sit: itaque eum quo minus eat, impedire non poßim & si impediā, de interdic. actuq; priuato tenear, quot requirantur.

26 Seruitutem inter affirmatiuā & negatiuam quæ differentia sit.

27 Iure aliquo suo quod quispiā usus fuerit, quomodo probatur.

28 Itinere per seipsum quòd aliquis usus fuerit, an sufficiat, & an satis sit, quòd alius per se iuerit.

29 Itinere per uicini fundum si quispiam usus fuerit, usq; ad illū locū, ad quē est ingreß⁹, est in quasi poßeßione, et ei cō petit interdictū de itinere actuq; priua.

30 Via usum sciente & patiente aduersario an retinere neceße sit.

31 Itinere uel actu si quispiam usus sit, sufficit: nec desideratur, quod seruitus constituta fuerit. uel debeatur.

32 Itinere uel actu quod quis usus fuerit nō ui, nō clā nec precario, qūo probatur, & cui hoc onus probādi incūbat.

33 Seruitutem habenti rusticam, iure magis consulitur, quàm habenti seruitutem urbanam.

34 Fundum per alienum quòd quis iuerit saltem per xxx. dies, & propter hoc in quasi poßeßione eße dicatur, quæ utilitas resultat.

sa.ibi, vel etiã plures eadẽ rõne.qd no.maximè pro nobilibus, qui sæpissime se ducere faciũt per rhedas aut currus cũ quadrigis: quia si habẽt in fundo alterius seruitutẽ itineris, possunt transire per dictũ fundũ cũ suo curru vel rheda. Et intellige prædicta, quãdo habens seruitutem itineris, ascendit equum vel currũ. Secus fuisset, si duceret equũ vel iumentũ aut currum ante se vel post se, qa nõ posset, vt l.j.in fi.ff.de serui.rustico. præd.& no.gl.in l.qui sella.in princ.

5 * Sed qd si habẽs seruitutẽ itineris, vult ducere iumentũ & plaustrũ oneratum frumento vel alijs rebus, & etiam ipse ascendere, an transire possit per fundũ seruientis? Si consideramus personam quæ est eques, vel super curru, & potest, per d.l.qui sella.in princip.& l.inter. Si consideramus, quòd equus vel currus est oneratus alijs rebus, videtur ꝙ non possit per dicta iura. Ego credo quòd sit considerandum, quòd principaliter agitur. si enim principaliter intendit ducere equũ vel currum oneratum, vt faciunt milites qui onerãt equos suos herbis, vel fœno aut frumẽto, & ascendunt super sarcinã, vel sicut faciunt molendinarij: & tunc licet videatur esse eques, tamen quia principaliter hoc non agit, sed tantũ vult sarcinã ducere, & potest.arg. l.si qs nec causam.cum ibi no.ff.si cer.pe.si verò principaliter intẽdit ire eques, vel in curru: tũc etiã super equo vel curru portet alias res, sicut fit sæpissimè pro illis qui vadunt ad uillã, quãdo portant super equo carneriũ vel sacculũ vel similia: vel ciues q mittũt vxores suas vel familiã sup rheda vel curru, & faciũt etiã onerare rhedam vel currũ lecto vel alijs supellectilibus & alijs rebus sibi necessarijs in villa: tũc attẽto ꝙ principaliter persona defertur, teneo ꝙ ire potius dicatur, quàm agere. & si habet seruitutẽ itineris in fundo alterius, nõ poterit prohiberi trãsire cum dicto curru vel vehiculo cũ persona & rebus. pro quo facit l.pe.ff.ad exhi.& istud allegatur ad cõcessionẽ trãsitus factam armigeris, vt intelligatur ciuili modo, hoc est, vt transeant per partẽ minꝰ dãnosam. & isto casu debet eligi locus, per quẽ habens seruitutem itineris ire debeat: vt d.l.si cui.& l. certo generi. §.si totus.ff.de ser.rusti.præ.& debet eligere locũ minus domino fundi seruientis nociuũ: vt d.l.si cui. 6 *De quo si dubitetur, debet assumi arbiter, vel cõis amicus, qui habeat hoc dirimire. vt d.§.si totus.ibi, arbiter dandus est.& in §.si locus.in fi.in ea.l.vt no.do.Pau.in d. §.si totus.& postquã facta erit electio de vno loco, nõ poterit amplꝰ variari: vt d.l.si cui.imò cęteræ partes liberæ remanebunt.vt §.si totꝰ. & ita tenet gl.in d.l.si cui.& l.nã satis.§.cæterũ atq;.ff.quẽad.ser.amit. & vide quæ dicta sunt circa prędicta in pręcedenti lib.ix.q.prin.in prin.

7 *vbi dixi, quod licet habens seruitutem si eligit locum itineris, non possit amplius variare, tamẽ ille, qui cõcessit seruitutem, bene potest variare, quando variat sine incõmodo alterius: vt l.ij.§.pen.ff.de sump.fu.& ita habet gl.fi.in d.l.si cui.ff.de serui. quæ est no.& eas sequitur ibi Bar.& Doc. Quartò & vltimo casu principali, quãdo est cõmissa vel cõstituta seruitus per certã & determinatam partẽ fundi, & tũc nõ habet dubiũ,

q̃ per illã tãtũ partẽ debet ire,& nõ
per aliã,quoniã aliæ partes fundi ab
ipso principio sunt liberæ,& non ca
det hæc electio Per locũ enim desi-
gnatũ bene possum ire,secũdũ quod
mihi placet,& potest mihi constitui
seruitus ad certã partem fundi ꝓ di-
uiso: ut l.ad certã.ff.de ser.& l.qui p
certũ.ff.cõmunia prædio.licet nõ ad
incertã pro indiuiso,vt l. ij.& l. pro
pte.ff.de ser. & adde l.certo generi.
§.latitudo.ff.de ser.rust.præ.Puto ta
men quòd liceat cõcedenti seruitu-
tem,mutare locũ,dummodo faciat si
ne incõmodo illius,cui seruitus est
ꝓmissa:ita quòd nõ minus cõmodè
per aliũ locũ designatũ seruitus con
stituat̃.ar.l.ij.§.pe.ff.de reli.&sump.
fu.quę hoc probat in gl.in d.l.si cui.
8 ff.de ser. * Quæro etiã,quid si legat̃
aut ꝓmittitur iter vel alia seruitus si-
ne illa determinatione loci,ad quẽ
spectabit electio?an ad ꝓmittẽtẽ seu
eius herædẽ,an verò illi,cui est ser-
uit* ꝓmissa vel legata?Et videt̃ quòd
electio sit ꝓmittẽtis vel hæredis,per
l.si via.ff.de ser.rusti.præ.in cõtrariũ
videtur d.l.si cui.Sed dic circa istam
quęstionẽ,vt plenè dixi in præceden
ti lib.in ix.q.princip.in versi.sed du-
bium est.& adde quæ dicã,in versic.
9 item quomo.in fin. * Sed quid si le-
gatur iter ad prædium commune
duorum,nec legatarij de loco itine
ris consentiant?Dic quòd seruitus
nõ acquiritur,nec deperditur.vt l.iti
neris.ff.de ser.vrb.præ.& sic discor-
dia ĩter collegatarios eiusdẽ seruitu
tis impediuit acquisitionem ipsius.
quod intellige secundũ gl.& Angel.
ibi,donec discordia durat.Nã cõpel
li possunt per iudicem ad cõcordiã,
per l.fi.in fi.in prin.C.cõmunia de le.

10 & l.huiusmodi.§.fi.ff.de lega.j.* Itẽ
quæro,quanta debet esse latitudo iti
neris.Conclude sic breuiter. Aut à
prin.est expressa certa & determina
ta latitudo à partibus,& illi standum
est:vt l.certo generi. §. latitudo. in
prin.ff.de ser.rust.præ.Aut à prin.nil
determinatũ est expresiè per partes,
& tunc si partes postea concordant,
quanta debeat esse latitudo,& p quẽ
locũ fundi:& istud est seruandum &
quãprimũ determinatũ est,seruitus
est in eo loco,id est,ea latitudine cõ
sistit:cęterę partes fundi liberę sunt.
d.l.certo generi.§.si totus.versi.at si
iter.Sed si partes nõ cõueniũt:& tũc
aut locus per quẽ sit eundũ,non adie
cta latitudine nominatus est:& tunc
p eũ locũ qualibet parte ire poterit:
vt d.§ si totus.in prin.donec conue
niat aliter:& si nõ conuenit.arbiter,
id est,cõis amicus dãdus est,qui hoc
determinet:vt d.l.certo generi. §.si
totus.in fi.& §.latitudo.in prin.Aut
est nominata latitudo,sed nõ locus:
& tũc qualibet parte fundi ire pote
rit seruata latitudine in pacto cõpræ
hensa.vt d.§.si totus.Aut loc* p quẽ
iri debeat,non exprimitur à partib*:
nec etiã latitudo adiecta est:& tũc p
totũ fundum:sed arbiter,id est,com-
munis amicus dandus est,qui ex offi
cio suo determinet & locum p quẽ
iri debeat,& latitudinẽ: vt probatur
in d.l.certo generi.§.si tot*.& §.la-
titudo.cum §.seq. Et ea quæ dicta
sunt de loco & latitudine itineris,ha
bent locum etiam in seruitute actus:
vt probatur in d.§.si totus.& §. la-
11 titudo.* Quid autẽ in via,cuius la-
titudinis esse debeat?habetur ĩ l.vię
latitudo.& d.l.certo generi.§.fi.&
l.via cõstitui.in prin.ff.de seruit. ru.
præ.

12 præ.dicam infrà de ser.viæ. *Quæ-
ro circa prædicta,qd si quis per cer-
tum locũ iter aut actũ alicui cedat:
an posit posteà alij vel pluribus per
eundẽ locũ vel iter vel actũ cedere?
Dic quòd sic.l.qui p certũ.ff. cõmu-
nia præ.& potest cedi pluribus vel
simul vel separatim:vt l. Lucio. ver.
respondi.ff.de aqua quo.& æsti.sicut
potest etiã cõcedi pluribus ius aquæ
ducẽdę.vt d.l.Lucio.& l.ij.§.fi.ff.de
serui.rustic.præ.& no.per gl. in l.a-
quam.C.de seruit. de quo in iure a-
quæductus.Et hoc intellige, quãdo
primo cui cessit,non nocet: aliàs se-
cus,cũ causa prioris concessionis sit
potior, qa nõ potest à posteriorib*
impediri: vt l.ij.§.fi.& l.p locũ.eod.
tit.& not.glo.in d.l.qui per certũ.ff.
13 cõmunia prædi.& d.l. aquam. *Sed
quid si aquęductũ alij concessero,an
alteri iter per eundem locũ dare vel
cedere potero? Dic quod non: vt d.
l.per locum.& est ratio,quia per iter
secũdo loco cõcessum impediretur
ius aquæducendæ. aliàs nõ. puta qa
vno tempore vnus habet ius aquæ-
ducendę,alius alio tẽpòre habet ius
itineris.Et si per iter non impeditur
seruitus aquæ primò cõcessa,tũc be-
ne valeret.arg.l.in cõcedendo.ff.de
aqua plu.arcen.& l.hoc iure.§. is q.
& l.Lucio.& l.fin.ff.de aqua quo. &
14 æsti.& no.gl. in d.l. per locum. *Ex
quo no.quòd sicut ĩ certa parte fun
di potest seruitus itineris constitui,
ita etiã pro certa parte tẽporis: puta
quòd de die tantùm ire posit: vt l.
inter.ff. cõmunia præ. de quo vide
quod dixi in superiori lib. in tit.de
seruitu.itineris siue aditus. in princ.
facit l.si sic cõstituta.& l. si cõmunẽ.
§. fin.ff.quẽadmodũ seruitus amitt.
& l.seruit.§.modũ. ĩ fi.& l. via. §.j.
15 ff.de seruit. *Quæro vlterius, qua-
liter dominus fundi seruiẽtis & do-
minantis posit vti fundo seruiẽtis,
& ad quid teneatur dominus fundi
seruientis.Et pro declaratiõe pone,
vbi debetur seruitus per aditũ, quo
nisi opere facto iri nõ potest, an li-
ceat fodiendo & obstruendo iter fa
cere.Dicas,ꝙ sic,vt l.iter.ff.de seru.
& si non est aditus de plano,puta qa
fundus seruiens est altior,potest ille
cui debetur seruitus itineris,vel gra
dus vel clivos in fundo seruientis fa
cere.& de fundo seruientis demoli-
ri,quantũ necesse est,itineris causa:
vt est tex.not.in l.seruitutes quæ in
superficie.§.si domo. ff. de seruitu.
vrb.præ.quæ licet loquatur de seru.
vrba.tamen idem est in rusticis,pari
ratione:de quo vide omnino quę di
xi in præcedenti lib.in principio, in
ix.q.prin.versi.item licitũ est ei cui
seruitus debetur. Itẽ potest ille cui
debetur seruitus,deprimere & ele-
uare locũ seruientis,vt cõmodè ser-
uitute vti posit,si hoc est sibi neces
sariũ,nisi aliàs actũ sit expresè: vt l.
refectionis.ff.cõmunia præ.vel nisi
hoc fiat cũ magno incõmodo domi
ni fundi seruientis:& ita põt intelli
gi l.j.§.fi.ff.de riuis.& l.iij §.pe. ff.
de itin.actuq; priu.& ita dixi in d.ix.
quæst.princ.in fin. Itẽ locũ seruien
tis sternere,& arborẽ impendẽtẽ, id
est, valde pendentẽ incidere licet,
quando iter inhabile redderetur: vt
l.loci corpus.§.si quis mihi.ff.si ser-
uitus vend.& si sternere aut reficere
impediatur,potest agere confesso-
ria, vt ibi. Salicem autem sternere
non licet,nisi conuenerit: vt dicitur
in d.§.si quis mihi.in fi. Item potest

reficere locum feruientis accedēdo etiã ad loca quæ non feruiunt: vt d. l. refectionis. & d. §. si quis mihi. vt dixi in d. ix. quæstio. vbi omnino vide. Itē pontē quo ire vel agere possit, extruere poteſt, ſed nō arcũ, hoc eſt pontē lapideũ: imò nec dominus fundi ſeruientis ſupra iter alienũ, id eſt, ſupra eũ locũ, in quo alij iter debetur, arcum ducendi aquã tunc iure facere poteſt: vt l. ſupra iter. ī princip. & ibi vide glo. Bart. & Docto. ff. de aqua plu. & vide quõ dixi ſuprà de ponte, in princip. in præced. libr. Item prædicta poſſunt fieri nõ ſolũ per illũ cui ſeruit* debetur, ſed etiã per eius magiſtros, fabros, & operarios. qui ſi prohiberentur, dominus fundi ſeruientis prohiberi videtur: vt d. l. refectionis. ff. cõmunia præ. & dixi in d. ix. q. prin. vbi etiã poſui cu ius expenſis hoc fieri debeat. dominus autē fundi ſeruientis nen põt in eo loco, per quē mihi iter debetur, ædificare: & ſi ædificare velit, poſsũ impedire per conſeſſoriã, ne ædificetur. ſed ſi iam ædificatũ eſt, & probauero ſeruitutē itineris in eo loco mihi conceſſam, potero petere quicquid ædificatũ eſt cõtra debitã ſeruitutē ſimiliter per conſeſſoriã deſtrui: vt eſt tex. quē omnino vide in l. ſi eo loco. ff. ſi ſer. vēd. poſſum tñ ſi mihi ire, agere licet per fundũ tuũ, & eo vti frui, remittere, vti frui mihi non liceat, & ibi concedere ius tibi eſſe ædificare. per talē conceſsionē non intelligit vt poſsis ędificare, ita ꝙ impedias me ire, agere per dictũ fundũ tuũ. vt l. ſi mihi eodē tēpore. in prin. ff. de ſer. ru. præd. de quo vide quod plenè dixi ſuprà de ſer. ſtillı. auerten. in x. q. vbi plenè hoc examinani. Itē locare ſeruitutē itineris vel aliã & ſimilē nemo poteſt: ſcilicet nec dominus prædij dominãtis, nec ſeruiētis: vt eſt text. cũ gl. in l. locare ſeruitutē. ff. loc. ſecus eſt in ſeruitutibus perſonalibus & vſufr. vt l. arboribus. §. vſufructuarius. ff. de vſufr. & ibi vide per gl. quæ ponit rationē differentiæ, & declarat d. l. locare.
16 * Ad quid autē tenetur dominus fundi ſeruiētis? puta ſi iter, actũ, viã, aquæductũ, per fundũ tuũ emero, an tenearis ad traditionē vacuæ poſſeſsionis? Dic ꝙ nõ, ſed caueas ꝑ te nõ fieri quominus vtar: vt l. vero. §. ſi iter. ff. de ac. em. Et eſt ratio ſecũ dũ gl. ibi, qa ĩcorporalia traditionē nõ recipiunt. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acq. re. do. itē ſi tibi iter vēdidero, ita demũ teneor, ſi tuus eſt fundus, cui acqrere ſeruitutē volueris: alioquin ſi propter hoc acqrere ſeruitutē nõ potueris, qa dñs fundi vicini non fueris, non teneor. Sed ſi fundũ tibi vendidero, & ei fundo iter acceſſurũ dixero, omnino tenebor itineris nomine: qa vtriuſq; rei quaſi vnus venditor obligatus ſum: vt eſt tex. in l. tenetur. §. ſi iter. ff. de act. empt. & vēditor ꝑſtare: qa eius ſeruitus itineris vel alia ſeruitus realis nõ debet, niſi aliter dictũ ſit: vt l. in vēdēdo. §. j ff. de cõtrahen. emp. & l. pe. in fi. ff. de euict. etiã ſi eſſet dictũ in venditione, vti optimus maximuſq; eſt: vt l. qui vti optimè. ff. de ver. ſig. & no. gl. in l. ſi cũ vēderes. ff. de cõtrahen. empt. Itē vēdito fundo, ita vēditus videt, ꝙ ei ſeruit* nõ põt imponi. & ſic in dubio res videt vendi libera, & nõ cũ aliqua ſeruitute. l. in tradēdis. §. interpoſitis. ff. cõmunia præd. & l. via cõſtitui. §. ſi. de ſeru.

seru.rust.præ.Secus est in legato:qa in dubio videt̃ res legata c,ꝙ hæres possit trāsire p eā,sicut testator poterat.l. testatrix.ī prin.ff.si seru. vend. & ita not.Pau.in l.si quis ex fundo. ff.queād.ser.amit.de quo vide quod plenissimè scripsi suprà de seruit. iti. seu actus,in versi.no.vnū aliū casum pulcherrimū.cū versi. seq. Itē dicti fundi iter trāsit in emptorē,quod ei fundo debetur:etiā oīs alia seruitus realis,etiā si nihil in vēditiōe sit dictū:vt l.si aquędu&us.ff.de cōtrahē. emp.& no.gl.in l.in vēdēdo. §. j. ff. eo.ti.& probat in l.via cōstitui. §.q-
17 cunq;.ff.de ser.rust.prę. *Sed si fundus vēditus debet seruitutē alteri, an in hoc vēditor teneat̃ emptori? Dic aut nō fuit tacita seruitus, sed expressa in vēditiōe,& nō tenet̃: ar. l.quærit̃. §.si venditor.ff.de ædil.edic.& l.pe.in prin.ibi,si tacitè.à contrario sensu.ff.de euic.& d.l.in vendēdo. §.j.ibi,nec commemorauerit vēditor.à cōtrario sensu.& no. in l. cū vēderes.eo.ti.Aut seruit[d] nō fuit
d in vēditione [d]expressa,sed tacita:& tūc videtur ꝙ vēditor nō teneatur, qa nō videt̃ vēdidisse seruū liberū, sed qualis esset:vt d.l.cū vēderes.& l. q tabernas.ff.de cōtrahē.em.In cōtrariū videtur,& istud est verius, scilicet ꝙ p emptorē agi possit contra vēditorē,ꝓpter hoc:vt d.l.pe. ff. de euict.& d.l.in vēdēdo. §.j & l.Iulianus.in prin.ff.de ac.em.& est ratio, qa vēdēs rē in dubio, si nihil dicat̃, intelligit̃ vēdere rē liberā, & libera præstari debet onere seruitutis:vt l. in vēditione.ff.de act.em.& no.glo. notabilis in d.l.cū vēderes. & est similis gl.in d.l.si ex pdijs. C. de euic. no.Bal.in rubr.C.de cōtrah.emp. vt suprà dixi.imò etiā debet pstari propria,nō autē libellaria,seu emphyteotica:vt no.Bal.in l.mater.circa fi. C.de rei vē.& ibi etiā Ang.& Bal.in l.si testamētū.C.ad leg.Fal.& vide Zaba.in c.q̃ in ecclesiarū.in xij.q.extrà,de consti.qđ intellige,si emptor ignorauit seruitutē,secus si sciuisset: vt est tex.in d.l.j. §.fin. quē omnino vide circa hoc.ff.de act.emp. facit l.
18 quærit̃. §.fi.ff.de ædi.edic. *Sed dubiū est,quomodo & qualiter teneatur venditor,qn̄ nō expressit seruitutē quæ debetur in fundo vēdito,vel cōditionē fundi vēditi,& emptor eā ignorauit.dic aut vēditor sciuit fundū tēpore venditionis alteri seruitutē debere,& eius cōditionem, aut ignorauit.Primo casu quādo vēditor sciuit rē venditā esse subiectā alicui seruituti,puta itineris, vel in ea habebat tātū vtile dominiū, quia erat emphyteota[e] vel vasallus, & tunc si
e nō certificauerit emptorē ignorantem, ei tenetur ad interesse:vt l.j. in prin.& §.j.ff.de ac.emp. & ita tenet gl.in l.pe.ver.tacitè.ff.de euic. Secūdo casu,quando venditor ignorauit seruitutē,vel qualitatē rei venditæ, qa credebat in ea habere plenū ius: & tunc nō tenetur emptori,ad interesse.sed quāto minoris emptur[e] fuisset,si sciuisset,vt rē nō esse pleno iure vēditoris,vt l.quoties. ff. de ædil. edi.& ī d.l.j & l.Iul.ī pri.ff.de ac.em. & l.quod ad ser.ff.de eui.& ita tenet ibi gl.ī ver.tacitè.& gl.ī d.l.quoties. & in l.cū vēderes.ff.de cōtrahē. em. quod tamē intellige,quādo ignorauit,& nihil promittit.secus si asseruisset eū optimum maximūq; esse:quia tūc ad interesse tenetur.in l.Iulia. §. qd tamē.ff.de act.emp.& tenet gl.in dicta

d.l.quoties.Et prædicta procedunt, qñ quis vẽderet rem cũ titulo oneroso,secus vbi esset terminus lucratiuus,puta donatiõis, vel legati,aut fideicom.quia tũc donatione vel legato rei simpliciter intelligitur solũ trãsferre ius,quod habet, & sic cum seruitute,si debetur, vel vtile dominiũ,si non habet plus iuris: vt l.si domus. §.si.& l.seruo legato. §.si fundus.& l.si serui electione. §. si. ff. de leg.j.& l.Mœuius. §.fundo.& ibi no. ff.de leg.ij.& l.ad res donatas. ff. de Aedil.edic.& c. pastoralis. extra de dona.cũ si.quod est verũ,qñ simpliciter legatur, vel donatur fundus : vt in dictis iuribus. Secus si legetur vel donetur vti optimus maximusq; est: quia tunc liber à seruitute prçstandus est:vt est tex.in d.l.seruo legato. §.si fundus.ff.de leg.j.ibi no.& in l. pen.ff.de euic.& in l.cũ vendẽtes.ff. de cõtrahen.emp.& ita tenet Bar.in d. §.fundo.

19 *Sed iuxta pdicta quçritur,an ille q tenetur possessionem vacuam tradere, liberetur, si tradat rem quæ debet alteri seruitutẽ prædialẽ.Et dicas quòd sic: vt probatur in d.l.Mçuius. §.fundo.Nam ibi dicitur,quòd hæres non liberatur,nisi tradiderit possessionẽ vacuã rei legatæ.tamẽ ibi dicitur, ꝙ si tradiderit fundũ legatũ alteri seruientẽ, liberatur,& ibi hoc not.Barto. vbi omnino vide,quod no.ꝓ illis qui tenentur vacuã possessionẽ tradere, sicut est venditor:vt l.ij. & iij. ff. de act.emp.qa ex hoc solo,non tenetur tradere fundũ liberum à seruitute. Sed si promisisset tradere vacuã, & liberã,nõ liberaretur, si traderet rẽ alteri seruiẽtẽ.vt no.Pau.in d.l.Mçuius. §.fundo,de lega.ij.qđ no.

20 *Itẽ circa prædicta quæritur, quid si iter excipere deberẽ,puta qa sic conuenerã tecũ in contrahendo, fundũ liberũ p errorẽ tradidi,quomodo mihi succurritur?Dic incerti cõdictione, vt iter mihi cõcedatur:vt est tex. in l.sed & si me putẽ. §.cũ iter.ff. de cõdi.inde.ibi.vide de hoc plenè per gl.& Doctor.

21 *Itẽ no.ꝙ fundus debet seruitutẽ itineris, & locus p quẽ iter aut actus,vel via debet, impetu fluminis occupatus esset,& intra tẽpus qd ad amittendã seruitutẽ sufficit,alluuione restitutus est: ĩ pristinum statũ restituitur:vt l.si locus.in prin.ff.quéad.seruit.amit.& intellige,qđ restituitur, scilicet ipso iure: vt no.ibi gl.p l. cũ vsumfruct. & l. si ager,cui⁹.ff.quib.mod. vsusfr. amit. & põt intelligi secũdũ Flor. ibi sine noua possessione.& hoc est qđ vult dicere illa l.si locus.in prĩ. Sed si tps præterierit,antequã alluuiõe locus restituaf,& seruitus amittaf, renouare cogẽdus est:vt est tex.in d.l.si locus.in si.prin.Et intelligit ibi glo. ꝙ cogẽdus sit,scilicet ille cui accreuit ille loc⁹,q debebat seruitutẽ.Itẽ gl. ibi intelligit,ꝙ cogẽdus sit p restitutionẽ in integrũ.vt l. & Atticinus. in si.ff.de seru.rusti.præd.& l.j. §. si qs ꝓpter.ff.de itin.actuq; pri. sed si locus debẽs seruitutẽ itineris, est in vndatus aquis vel impetu fluminis, vel aliter destruct⁹,ita ꝙ p illũ locũ nõ habẽs seruitutẽ itineris nõ possit ire,an ꝓ tẽpore quo impedif ꝓpter inundationẽ aquarũ,vel aliter,possit ire p aliã partẽ fundi,vel aliũ fundũ vicinũ?Ego in hoc sic dicerẽ: Aut iste cui debef seruitus,põt ire p aliũ locũ,aut nõ.Primo casu autẽ imposita seruitus ĩ vno fundo, q est ĩ totũ destru

destructus,& tũc per aliũ fundũ cui nulla est seruitus īposita, ire nõ põt: quia quantũ ad hoc, liberũ fundũ habet. ar. l. loci corpus. in §. competit. ff. si serui. ven. Aut seruitus est imposita in vno fundo, qui pro parte est inundatus, vel aliter destructus: & tũc aut seruitus est imposita simpliciter sine determinatione loci: & tunc intelligitur toti fundo esse seruitus imposita. vt l. certo generi. §. si tot⁹. ff. de ser. rust. prædio. Et in hoc subdistingue: Aut fuit dictũ, ꝙ possit ire per totum fundũ, modò per vnã partem, mòdò per aliam, vel simpliciter per totũ fundũ: & in his duobus casibus poterit ire per aliam partẽ fundi: quia licet semel elegerit ire per illã partẽ, quæ est occupata aquis vel destructa, tamẽ poterit intrare & eligere aliã. vt l. nam sicut. ff. quẽad. ser. amit. & dixi s. in ver. quęro an habẽs seruitutẽ. Aut nõ fuit aliquid dictũ expressè in constitutione seruitutis, sed simpliciter fuit promissa seruit⁹ in fundo: & tũc aut fuit determinatus certus locus, per quem ire debetur. & tũc aut illa determinatio fuit facta demõstratoriè, nõ causa limitãdæ seruitutis in certo loco, puta qa fuit dictũ, Volo ꝙ tu habeas seruitutẽ itineris in toto fundo: sed ꝓpter meram cõmoditatẽ, volo, ꝙ eas per talem partẽ: & tunc quia durat seruitus in toto fundo, illa parte designata occupata, vel destructa, poterit sine dubio ire per aliã. Aut illa determinatio loci fuit facta causa limitãdæ seruitutis ad illũ certũ locum: & hoc casu quia cæteræ partes liberæ remanẽt: vt l. certo generi. §. si tot⁹. ff. de ser. rust. præd. videtur ꝙ semel facta ista electione & liberato fundo à seruitute in alijs partib⁹, ꝙ per alias ire non possit. per l. si cui. ff. de ser. & per ea quæ dixi suprà in d. ver. quęro an habẽs seruitutẽ. Aut stam⁹ in dubio, quia nõ facta fuit illa determinatio vel assignatio loci causa liberandi cæteras partes fundi à seruitute: per d. §. si tot⁹. Aut nulla vnquã determinatio facta fuit: & tũc aut ille locus per quẽ cœpit ire, nõ erat solitus ad eundũ, sed habens seruitutẽ itineris illũ sic constituit, iter dirigẽdo: & non põt amplius mutare volũtatẽ: quia cæteræ liberæ remanẽt: vt d. l. si cui. ibi, qui primã viam direxisset. ff. de ser. Aut ille locus, per quẽ incipit ire, prius erat solitus ad iter faciẽdũ, ità ꝙ nullũ iter de nouo cõstituit. & hoc casu credo, ꝙ per hoc nõ videatur illũ pro itinere elegisse, & cæteras partes à seruitute liberasse: quia ista nõ videt̃ esse electio, sed simpliciter itineratio. & ita limito dictã l. si cui. vt habeat locũ, qñ iter seu semitã de nouo facit, aut à principio fuit imposita seruitus itineris, nõ in toto fundo, sed tantũ certæ & determinatæ parti, & tũc si illa pars determinata est destructa, per aliã partem fundi ire non poterit: quia oẽs aliæ partes fundi in principio fuerũt liberę à seruitute: vt d. l. certo generi. §. latitudo. Secũdò casu principali, qñ ille cui debetur seruitus, non potest ire per aliũ locum, quàm per illum cui seruitus debetur, vel per alium vicinum: & tunc subdistingue. Aut est totus destructus fundus, qui debet seruitutem, aut pro parte. si totus, non est dubium, quòd ipse non tenetur: sed vicin⁹ debet in vno fundo suo præstare seruitutem. argu. l. si quis sepulchrum. in prin. ff. de reli.

& sumpt.fun.secundùm do. Paul.& infrà in l.si locus.§.fin.ff.qneadmodū seruitutes amittātur.& dixi in libro pręcedenti in x.& vltima quæstione princ.in fi.& intelligo soluto sibi precio per illū, qui vult habere iter, vt probatur in d.l.si quis sepulchrū.in princi.ibi, iusto pretio iter ei præstare.Item intelligo,dūmodo iudex opportunitatē loci respiciat, ne vicinus magnū patiatur detrimētū:vt dicit ibi tex. Aut locus qui debet seruitutem itineris, est in parte destructus:& tūc aut in alia parte remanet seruitus:quod qn̄ fit,suprà dixi.Et iure seruitutis per illā aliā ire poterit. Aut in alia parte non remanet seruitus.secundùm ea quæ dicta sunt,& tūc per aliā partem fundi,in qua nō fiat detrimentū domino fundi,poterit ire prestito prius ei iusto pretio itineris,sicut dixi de vicino, per d.l.si quis sepulchrū. in princip. Aut si via publica est destructa, an possit ire per fundū vicini? vide tex. cū glo.& ibi per Doct.in d.l.si locus. §.fin.ff.quemadmodū seruit. amitt. & vide gloss.j.di.c.omnes ll.in versi.fas.in fin.& dixi in d.x. quæstione princip.in fin.quæ omnia bene no-

22 ta, quia sunt quotidiana. *Quæro penultimò,an quis possit ire seu

f transire fundum [f] alienum. & an dominus possit prohibere uolentes ire,transire per fundum suum.& dic, ꝙ ire per agrum alienum fas est,ius non est.vt nota.in d.c.omnes ll.j.di. & no.glo.in l.per agrum.C.de seru. & no.Flo.in l.diuus.ff.de seruit. rusti.prædiorū.qui sic exponit, fas est, id est,equū est.cū subest causa,innoxius est transitus.vt xxij.q. iij.c. vlti. Itē de iure diuino licitū est comedere vuas in agro alterius, sed non exportare,& cōterere spicas:sed nō immittere falcē.de conse.di.v.discipulos. Sed licet sit fas, & sit æquum de iure diuino,tamē non est ius:id est, ius non dat ciuilem actionem. vbi enim aliquid mihi prodest & tibi non nocet, æquum est vt me non prohibeas,licet ius ibi deficiat.ff.de aq.plu.arcē.l.in summa.§.idē Var*. & ita notāter exponit gl.in d.c. oēs ll.j.di.Alio modo pōt etiam exponi, vt dicā infrà in alio arti. & sic stat regula,ꝙ non pōt quis de iure ire per agrum alienum,& per dominum potest prohiberi: vt est casus in le.diuus.præallega.nec etiā causa in eo aucupandi vel venandi,vt ibi,& potest per dominū fundi,si præuiderit, prohiberi ne ingrediatur.vt instit. de re.di.§.planè.& l.iij. §. planè.ff.

23 de acq.re.do. *Itē possū volētē ingredi fundū meū vel per eum transire,propria manu,& autoritate repellere,& resistere,vt l.quemadm.circa prin.ff.ad l.Aquil.& no.gl.in d.l. iij. §.planè.& possum etiam si me inuito ingrediatur vel transeat,agere actione iniuriarū.l.iniur. §.si qs me. ff.de iniu.& not.gl.in d. §.Fallit ista regula in pluribus casibus,qui monstrantur per gl.in d. §.planè.& insti. de re.di. §.planè.& in l.per agrū.C. de serui.& per gl.magistram.j.di.omnes ll.in ver.fas.in fi.Et alij etiā casus habentur. Primus casus est,quādo qs vellet ire p fundū alterius domino nō ꝓhibēte siue sciuerit, siue ignorauerit: quia tūc pōt ire. vt l.diuus.ff.de ser.ru.præ.ibi,non volentib* dominis.vbi probatur,ꝙ per alienum fundum quis potest transire, nisi à domino prohibeatur seu cōtradicatur.

tatur. & ita tenet Pet. & refert Cy. in
14 d. l. per agrum. *Et sic concordat ius diuinum cum iure nostro, videlicet ꝙ ire per agrum alienũ fas est, si dominus nõ prohibeat: ius nõ est, si dñs prohibeat. & ita etiam seruatur in practica. Et intelligo, ꝙ in dubio nõ videatur velle prohibere, qñ eundo nõ fieret domino fundi aliquod
g damnũ: puta quia iret per semitã factã, & non essent ibi fruges. Secus si nõ posset ire sine dãno, puta in faciẽdo de nouo semitã: quia tũc etiã nesciens dñs videtur prohibere. arg. l. q vas. §. vetare. ff. de fur. vel qñ clausisset fundũ muro, vel sepe, aut alio modo: quia per illam clausurã videtur declarare animũ suũ, ꝙ non vult aliquẽ igredi vel trãsire per illũ fundũ. facit ad hoc quod statim dicã de domo. Et ꝙ per agrum alienum ire licet. donec dominus prohibeat: tenet etiã Cy. in l. j. in vj. q. C. de ser. & do. Pau. in d. l. per agrum. eo. ti. & ibi per Doct. quod intellige, quando sine damno domini fundi vellet ire & transire: quia cũ sit nullius praeiudic. j, cõpetit cuilibet istud ius eundi, etiam per fundum alienũ iure cuiusdã facultatis, secundũ do. Pau. in d. l. per agrũ. & ratio potest esse, quia dominus p̃sumitur nõ dissentire. secus si esset cũ aliquo damno dñi fundi: vt suprà dixi. Itẽ intellige, quãdo sum* in dubio de volũtate domini: sec*, si cõstaret verè vel praesumptiuè, ꝙ dominus nollet, puta claudendo fundũ, vel aliter: vt supra dictum est. Itẽ hoc intellige in fundo rustico, secus in domo, quia per domũ alienã nõ licet ingredi, ẽt domino ignorãte, maximè p loca, vbi possunt videri secreta domus. & cõtrafaciẽtes tenẽtur actione iniuriarũ. l. is q in domũ. ff. de iniu. q̃ est i vl. char. ti. & ita tenet do. Pau. in d. l. p agrũ. & maximè hoc pcedit de nocte: quoniã de nocte nõ licet ire p alienas domos: vt est glo. no. in l. iter. ff. cõ. p̃. & dixi supra de ser. iti. seu adi. circa prin. Secundò casu principali fallit, qñ qs haberet seruitutẽ itineris vel actus aut viae. d. l. per agrũ. C. de ser. Tertiò fallit, si qs thesaurũ suũ vel offendere, vel pecuniã ibi absconditã vult recipe: vt ff. a d exhi. l. thesaurus. in fi.

Quartò, si glãs mea, id est, fructus mei ceciderint in agrũ tuũ, & volo eos colligere, vt l. vnica. ff. de glan. legẽ. qd intellige, vsq; ad tres dies, vt ibi. Quintò, si volo quaerere seruũ meũ fugitiuũ: vt l. diuus. ff. de ser. fu. & l. requirendi. & ibi no. C. eo. ti. & has tres vltimas fallẽtias ponit ẽt gl. in l. i. j §. planè. ff. de acq. re. do. & i §. planè. ist. de re. di. Sextò fallit i alio casu q habet c. vl. xxiij. q. ij. Septimò, qñ via publica est destructa. l. si locus. §. fin. ff. quemadm. serui. amit. & no. gl. in d. l. per agrum. & has sex vltimas fallẽtias ponit j. di. oẽs ll. in versi. fas. in fi. sed dicit Cy. in d. l. per agrũ. quòd glossae ibi nesciunt quid dicant, quia in dicta l. si locus. §. fin. de agro fit via publica, non in agro. & adde quod dixi in quest. praece. in fin. Octauò fallit, si vindemiam quã emi, volo tollere, quia possum ingredi propter hoc fundum venditoris, in quo est vindemia: vt l. qui pendentem vindemiam. ff. de actio. em. & no. gl. in d. l. ij. §. planè. & insti. de re. di. §. planè. Et propter hoc dico, quòd idem est, si decima debet solui in fundis, quia potest decimari* ingredi causa decimãdi & aspor

tandi decimam:per d.l.qui penden. vindemiam emit. Nonò fallit,quando quis sepulchrũ habet: sed iter ad sepulchrũ nõ habet:quia põt ire per fundũ vicini dato iusto pretio : vt l. si quis sepulchrũ in prin.ff.de reli.& sum.fu.& no glo.in d.l.per agrũ C. de ser.Et idẽ,qñ esset ecclesia vel monasteriũ,& nõ posset haberi iter vel aditus per viã publicã, vel per loca ecclesiæ vel monasterij:quia tũc poterit per fundũ vicini dato sibi iusto pretio,dũmodo vicinus nõ patiatur magnũ detrimentũ:per d.l.si quis sepulch.circa prin.& idẽ,qñ quis non haberet aliũde iter ad suũ fundũ priuatũ:quia põt eodem modo ire per fundũ vicini per d.l.si quis sepul.de quo dic vt dix. in præce.q.prin ante fi. Decimò fallit,qñ quis iuisset per fundũ alienũ xxx. diebus saltem in vno anno.quia tunc iterũ non poterit,nec posset per dominũ fundi ꝓhiberi: quia ibi dicitur esse in quasi h possessione[h] itineris:& si prohibeatur,posset cõuenire dominũ interdicto,de iti.actuq; pri.vt l.j in prin. coniũcto §.hoc interdicto.ff.de iti. actuq; pri.& ibi est glo.in ver. concludit vsu.in princip.quę dicit,ꝙ ad hęc duo requiruntur:certũ tp̃s,scilicet ꝙ iuerit per annũ,& xxx. saltẽ dies, quorũ si vnũ defuerit,cessat illud interdictũ de quo dicam plenius in ij. q.qđ tene mẽti,& nõ permittas vicinũ trãsire per fundũ tuũ xxx. die-

25 bus in vno anno. *Vltimò principaliter quæro, quot requirantur,vt qs sit in quasi possessione itineris, siue eundi in fundũ meũ,ita ꝙ eũ impedire non possim quominus eat:& si impediã,tenear interdicto de iti.ac. priua.Et dic ꝙ plura requirũtur.Primũ,ꝙ infra annũ iuerit.Secundũ,ꝙ fuerit saltẽ per xxx.dies, vt statim dicã in q.præce.in fi.Et ratio,quare nõ sufficit ire semel,sicut sufficit semel aquã ducere per fundum alterius:vt d.l.j.§.ꝙ aũt.ff.de aqua quot.& ęsti. & quia ire per fundũ alienũ, potest fieri per modũ cuiusdã familiaritatis vel amicitiæ.l.qui iure familiaritatis.ff.de acqu.pos.& est licitũ ire p fundũ alienũ,quod põt fieri per modũ cuiusdã familiaritatis , sicut dixi in q.præce.& ideo per primũ actum vsus nõ acquiritur quasi possessio. Sed diuertere aquã per fundũ vicini non est permissum,nisi ei,qui habet ius faciẽdi.vt l.aquã.C.de ser.iõ per vicinũ actũ acqritur quasi possessio huius iuris ducendi aquã:quia istud nõ põt dici fecisse iure familiaritatis vel amicitiæ.vt no Bar.ĩ l.j.§.sed hoc interdicto.in prin.ff.de iti.act. pri.& no.in d.l.j.C.de ser . & hoc in seruitute affirmatiua,secus in negatiua,quia in illa reperitur factũ hoĩs prohibẽtis:per not.in l.qui luminibus.ff.de ser.vr.præ.& not.do.Paul. in d.l.j & dixi s.in præce.lib.in xiij. q.principali, in ver. quãtũ reqritur.

26 *Sed aduerte ad istã differẽtiã inter seruitutẽ affirmatiuam & negatiuam quantum ad hoc vt requiratur factum hominis prohibẽtis, vel nõ: quia tex.& Bar.in l.hæc autem iura. ff.de ser. vrbano.præ. per alia verba loquuntur,dicunt enim, aut est seruitus vrbana : & requiritur factum hominis prohibentis.& ita intelligatur.l.hęc autem iura.& gloss.in d. l.qui luminib⁹.& in l.j.C.de ser. Aut est seruitus rustica . & tunc non requiritur aliquod factũ hominis prohibentis,sed solùm negligentia vel scien-

7 *Ius aquæ ducendæ ad piscariam meã, uel cisternam, aut puteum, an sit seruitus rustica uel urbana.*

8 *Ius aquæ ducẽda ex fundo tuo ad hortum meum irrigandum, an realis seruitus sit.*

9 *Ius aquæ ducẽdæ ex fundo tuo ad hortum meum, &c an sit seruitus rustica uel urbana.*

10 *Fundus rusticus aut urbanus quando dicatur.*

11 *Aquæductus in seruitute quid ueniat, & quid non.*

12 *Regula, In re sua quilibet est moderator & arbiter, quomodo intelligatur.*

13 *Seruitus aquæductus est sicut anima intellectiua tota in toto, et tota in qualibet parte.*

14 *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*

15 *Distributiones quotidianæ qualiter*

præstanda sint.
26 Expensas quotidianas uiritim collegij prætor dare debet: dato quòd unus plusquam alter comederet: ut faciebat Bononiæ scholaris unus Polonus, qui solus comedebat tantùm, quãtùm quatuor alij.
27 Seruitutis à principio cõstituta si fundus dominans aqua indigebat, & nũc ex aliqua causa non indigeat, an serui tus in perpetuum competere desinat.
28 Seruitus aquæductus si fundo meo qui est decem iugerum, debeatur, & postea auctus fuerit, an propter hoc aquæ ductus seruitus crescere debeat.
29 Seruitutem aquæductus habens an riuum in seruientis fundo facere possit, per quem aquam ad fundum dominantem ducat.
20 Riuum an quispiam simpliciter cauere possit.
21 Riuum esto quòd aliquis de iure uel ex permissione facere possit, an prædij dominãtis dominus illum purgare & reficere poterit.
22 Ius ducendi aquam per fundum alterius si quispiã habeat, quando & quomodò ipsam aquam ducere poterit.
23 Seruitus aquæductus in concessione, sine alterius damno subintelligitur.
24 Aquæductus seruitus quõo acquiratur.
25 Aqua per seipsam fluẽs an præscriptionem uel cõsuetudinẽ inducere poterit.
26 Aqua si in certo fundo superiore oriatur, & per quendam alueum ad partes inferiores descendat, aquisq; aliquãdo pluuialibus adeò crescat, ut in alueo contineri nequeat: an tũc ille qui est in parte superiori, ripas ita eleuare cogatur, ut usque ad mare discurrat.
27 Aquæductus seruitutem totam quis habere & concedere possit, & quis etiã ad aquam ducendam cogi ualeat.
28 Flumen priuatum tribus medijs potest dici alicuius esse.
29 Aquæductus seruitus, cui, uel quibus concedi possit.
30 Aquæductus seruitutem si uni concessi, an alteri posteà concedere possim.
31 Aquæduct⁹ seruitutẽ si tu, cui primò cõcessi, uis posteà alijs cõcedere, an possis.
32 Aquæductus seruitus, quomodo, qualiter, & quando, & per quem locum cõstitui uel acquiri possit.
33 Digiti mẽsura secundũ Isidorũ qd sit.
34 Fundi seruientis per quam partẽ aquã ducere possit, si non exprimatur: quid iuris.
35 Aquæductus seruitus si ex flumine debeatur, & ipsum flumen alueum mutauerit, quid iuris.
36 Flumen si alueũ mutauerit, ius aquæ uno impetu perditur, & tunc aliud flumen uidetur.
37 Fluminis aluei per mutationem in casibus in quibus aquæductus seruitus amittatur, an de æquitate restituẽda sit, ut ex noua uel nouis alueis debeat.
38 Flumen si ad antiquum alueũ redierit, an seruitus amissa restitui debeat.
39 Aquam ex flumine, an cuilibet ducere licitum sit, per occupationem factam propria autoritate.
40 Bononienses licitè de flumine Recij aquã ducũt, quæ posteà in Padũ intrat.
41 Aqua si de unius molendino exeat, & alter eam capere uelit, & ad molendinum suum ducere, adeò quod primum molendinum non impediat, an possit.
42 Forma seu formula, uallum, & seriola, an idem sint.
43 Aquam si duo ex flumine publico ad fundum suum ducere uelint, & seinuicem impediant, quis præferetur.
44 Cautela ducendi aquam ex flumine.
45 Occupare uel ædificare incœpisse, uel aquã

aquā ex pub. lec. ducere, qd remißiuè.

46 *Consequentia non ualet, aliquis habet potestatem uel ius ducēdi aquā ex flumine publico uel priuato, ergo habet seruitutem aquæ ducendæ.*

47 *Aquæductus seruitute quomodo, & qualiter quis uti poßit.*

48 *Aquæ ducendæ seruitutem ad molendinum si quispiam habeat, propter aquarum abundantiam aliud molendinum construere non poterit.*

49 *Aquæ publicæ de ductu inter duo castella quæstio erat, et inter se fuit lata sententia: demum Imperator unum de illis castellum mihi conceßit: nunquid illam sententiam seruare tenear.*

50 *Vicini incommoditas aquæ ducendæ quæ dicatur.*

51 *Fons si ex aliquo fonte oriatur per tempus longißimum, cuius non extet memoria in contrariū: & aqua per inferiores partes discurrere cœperit patiētibus illis, quorum fons erat, an habentes superiorē fundum, in quo aqua oritur, ipsam pro libito uoluntatis suæ diuertere poterunt.*

52 *Longa consuetudo ueluti iure imposita seruitus uidetur.*

53 *Patientiam solam qui permittit, nec per alia uerba seruitutem constituit, an seruitutem cōstituere uideatur, uel se personaliter obligare.*

54 *Aquam duxiße iure seruitutis, uel iure simplicis facultatis, quādo dicatur.*

55 *Seruitus aquæductus præscripta quanto tēpore inducatur, & quæ, & quot ad istam præscriptionem inducēdam requirantur.*

56 *Sepē præcidere, mūdare, uel mundari facere in fundo uicini, uel p uicini fundū aquā ducere, an seruitutē arguāt.*

57 *Aqua quādo discurriße dicit iure facultatis tantùm, nō autem seruitutis.*

58 *Poßeßionem in iuribus incorporalibus dare non est.*

59 *Differentia quanā sit quātùm ad tempus inter locū publicū & priuatum.*

60 *Aquam si quispiam habebat ius claudendi certis horis, nunquid ita claudere poterit, ut nihil, quod aliàs stillare consueuerat, ad partes inferiores stillare poßit.*

61 *Aquam ducēdi ius iure seruitutis per fundum tuum si habeam, & per riuū apertum duxerim, & nūc riuum subterraneum facere uelim, an poßim.*

62 *Aquam ducendi ius per uicini fundū si quispiam habuerit, & duxerit per riuum, & demum uelit nouum canalem uel fistulas in riuo collocare, quæ nunquam habuerit, an poßit.*

63 *Aquam per fistulas uel canales, si primò per uicini fundū duxerim, & nūc per riuum ducere uelim, an poßim.*

64 *Iure tertij regulariter opponere poßū, quando iuris agentis exclusiuum est.*

65 *Vendito equo, quo casu ornamēta uendita uideantur.*

66 *Fundum superiorem si quispiam habuerit, in quo aqua nascatur, quæ per subterraneos meatus ad fundum uicini inferiorem descendat: deinde reuertatur ad fundū superiorē, an fundi inferioris dominus eam impedire poßit.*

67 *Aqua si discurrat à fundo Titij superiori in fundo Sempronij inferiori per uenas subterraneas: demum Sempronius fodit in fundo suo, & uenas aperit, ita ut tota aqua ad fundū ipsius Sempronij descēdat, & desinat ad superficiē fundi Titij ascēdere, qd iuris.*

68 *Aquæ ducēdæ ius qui habet, si aliā aquā admiscuit, nūqd prohiberi poßit.*

69 *Statuto si caueatur, ut quis poßit ducere aquā ex fundo suo per fundum uicini mediū, ad aliquē fundū suum infe*

inferiorẽ soluendo uicino damnũ caua tionis, & quis uelit ducere aquã per fundum uicini ad suum, in quo fundo uicini sunt uenæ aquarũ, si aqua sua cũ uicini aqua misceatur, & utraq; ad fundũ inferiorẽ trãseat, an possit.

70 Priuilegiatus & priuilegij causa quãdo paris potentia fuerint, possidẽtis potior conditio est.

71 Aqua si ex fundo meo supiori ad tuũ inferiorẽ descendat, & totũ fundum tuum inundet ex magna aquarũ abũdantia: quæritur an ego, qui sum dominus fundi superioris aquã fundo meo retinere cogar, faciendo fossam, aggeres, & c secundò posito, quod nõ cogar retinere. an te inferiorẽ cogere possim, ut eam in fundo tuo recipias, uel patiaris, quod aqua descẽdat ex meo ad tuum, & ex tuo ad alium inferiorem.

72 Si per seruitutis cõuentionem factum fuerit, ut superior uicinus aquã in fundo suo retinere teneatur, uel inferior teneatur eam fossa recipere: nunquid superior uel inferior teneatur purgare uel aggeres facere aut munire.

73 Seruitutem qui debet, facere non cogitur, sed pati.

74 Prædij dominãtis dominus, an non solum cogere possit dominum prædij seruientis, ut fundum suum purgari patiatur, sed etiam dominus fundi superioris seruientis, qui iure seruitutis tenetur habere fossam in fundo superiori, ne aqua noceat uicino inferiori, si fossa refectione indigeat, an possit cõtra dominum prædij dominantis agere, ut eam reficiat, ne fundo superiori seruientis nocere habeat.

75 Aquam qui excludit, quam naturaliter, & seruitutis iure in fundum recipere tenebatur, ne in suum fundum ueniat, sed in alium ilerruetur, an aqua plu. arcen. teneatur.

76 Seruitutẽ si mihi concesseris, ut opere manu facto aquã fluẽtẽ in meo ex tuo deriuare possim, etiã si tibi noceat, an intelligatur etiãsi ultra modũ noceat.

77 Fundus inferior, an aquam ex fundo superiori superuenientẽ recipere teneatur, quãdo natura loci subest, nec pactio aliqua interuenerit.

78 Aquam propter inundationem si propter autoritatẽ in riuo, siue in fouea, uel in aggeribus coronellas feceris, ne aqua subabũdans in fundum flueret, an impune eas remouere possim.

79 Conuentio quãdo nulla extet, nec loci natura seruitutẽ imponat, quid iuris, ubi etiã quid seruitus per uetustatẽ, seu præscriptionẽ acquisita operetur.

80 Aquarum seruitutibus circa uetustatem, seu præscriptionẽ, quantùm temporis requiratur.

81 Seruitus quando causam continuã uel discontinuam habere dicatur.

82 Aqua si ad uicini fundum per plures riuos discurrere solita fuerit, an in unum riuum tãtùm transmitti ualeat.

83 Aquis quid seruandũ est, quãdo nõ est aliqua cõuentio, nec loci natura aliqd declarat, nec loci uetustas subest.

84 Aqua quando aliquid moderatè, uel immoderatè fieri dicatur.

85 Seruitus aquæductus cui debetur, an causa aquæ ducendæ lapideum arcũ facere teneatur.

86 Seruitutẽ uel ius aquæducẽdæ habens an possit arcũ seu pontẽ lapideũ facere supra aliũ aquæductum alienum.

87 Seruitutẽ itineris qui habet, an possit facere pontem supra locum, per quem aqua ducitur, inuito eo, cui aquæductus seruitus debeatur.

88 Seruitus cui debetur priuũ aquæductus i uicini fundo, si uelit iuxta põtẽ fossã facere,

facere, in qua aqua congregentur, & ipsas postea per riuũ ducere an possit.
89 *Aquæ ducendæ de riuo qui ius habet an cuniculum subterraneũ, per quem aquam ducat, facere naleat.*
90 *Riuos manu tenere, & eos purgare, et aggeres reficere quis teneatur, & cuius expensis.*
91 *Barones, & Comites, & alij superiores colligentes pedagia, vectigalia, stratas securas tenere debent.*
92 *Fundo si quispiã usumfructũ habeat, & alius proprietatẽ, & aliqua impẽsa necessaria p cloaca, uel ob aquaductus formulã occurrat, illa ad usufructuariũ, et nõ ad proprietariũ spectat.*
93 *Aquæductus seruitus qualiter teneatur. & in ea quis teneri debeat.*
94 *Flumine ex publico nõ perenni de prætoris æquitate seruitus cõstitui potest.*
95 *Aquæductus seruitus quõ amittatur.*
96 *Aquæductus seruitus propter fluminis inundationem an pereat.*
97 *Possessio uel quasi aquæ per maiorem inundationem, sicut possessio territorij an perdatur.*
98 *Aquæ alterius per immissionẽ, de qua nulla seruitus debetur, an aquæduct⁹ seruitus amittatur.*
99 *Aquæductus circa materiam, quomodo in iudicio procedatur.*
100 *Interdicto aquæ ducendæ libelli forma quæ sit.*
101 *Positionum actoris forma in interdicto aquæ ducendæ quænam sit.*
102 *Positionum rei tenor in interdicto aquæ ducendæ qualis sit.*
103 *Interdictum aquæ ducendæ ad hoc ut competat, quæ requirantur.*
104 *Aestiuæ quando dicatur.*
105 *Interdictũ de aqua quotidiana cur factum sit, & an sit aliud ab æstiua.*
106 *Interdictum de aqua quotidiana, an eo casu competat, quo interdictum de aqua æstiua.*
107 *Positiones actoris in interdicto de aqua quotidiana quomodo fiant.*
108 *Positiones rei in interdicto de aqua, & c. quomodo fiant.*
109 *Libellus in interdicto de aqua ex castello, & c. quomodo fieri debeat.*
110 *Positiones actoris in interdicto de aqua & castello, & c. quomodo fiant.*
111 *Positionũ rei forma ĩ interdicto de aqua ex castello, etc. qualis esse debeat.*
112 *Riuus, specus, septa, & incile, quæ loca dicantur.*
113 *Interdictum de riuis ad hoc ut competat, quæ requirantur.*
114 *Riuum si reficere uelim, & aduersarius meus contra me negatoriã intentet, an refectione prohibendus sim.*
115 *Libellus in interdicto de riuis quomodo fieri debeat.*
116 *Libellum de aliqua aqua si quispiã per septa, uel cuniculũ, uel specum de puteo concipiat, an in interdicto de riuis rectè proponatur.*
117 *Positiones actoru in interdicto de riuis quomodo fiant.*
118 *Positionum rei forma in interdicto de riuis qualis esse debeat.*

1 SERVITVS* aqueductus [a] est
a ius ducendi aquam per fundum alienũ: vt l. j. §. aqueductus. ff. de ser. rust. pre. & Instit. de ser. aqueduct. & no. Azo in sum. & dicitur hec seruitus ius rusticorũ pre. Insti. eo. in prĩ. & de reb. cor. & incor. in fi. l. j. in prĩ. ff. de ser. ru. pre. & propterea rustica seruitus appellatur, vt dictis iurib⁹: & dicã in sequen. q. prin. & videtur ius, quia nõ in facto, sed in iure cõsistit, quod est incorporale: vt insti. de reb. cor. & incor. in fi. Itẽ dicitur ius
b ducẽdi, qd intellige siue p fistulã[b],

siue per quodlibet instrumentũ facti le: vt l. Quintus. ff. de ser. rust. præ. & l. si pri⁹. § placuit. ff. de aqua plu. ar. etiã si nihil in seruitute cõstituenda cõpræhensum esset, dũmodo nullũ dãnũ per hoc domino fundi seruiẽtis detur, in d. § placuit: nõ autẽ duci potest per lapidẽ manu stratũ: vt ibi not. Azo in summa, in d. § aquæductus. circa quod vide quæ dicã in ix. q. prin. Itẽ dũ dixi in diffinitione aquã, subaudi siue inuentã, siue inueniendã: vt l. Labeo. ff. de ser. rust. præ. & no. gl. Insti. eo. § aquæduct⁹. & no. Azo. in gl. prçalle. Quod intellige, vt sit seruitus, quãdo est aqua inuenta, non põst: vt l. fina. si serui. vend. & ibi hoc no gl in d l. Labeo. & Doct. sequũtur. Idem dixi in definitione per fundum alienum, quia sine fundo nõ potest cõstitui seruitus: vt l. j. ff. cõmunia prædio. & Inst. de ser. § inter rusticorũ. ver. ideo autẽ. & dicã in seq. q. & alienũ ideo dixi: qa in re sua nõ põt cõstitui seruitus: qa res sua nemini seruit. l. ĩ re cõmuni. ff. de ser. vrb. prç. cũ si. alias nõ cõstituta seruitute nõ põt qs aquam per fundũ alterius ducere: vt l. ij. C. de ser. & aqua. facit. l. p agrũ. eo. ti. & si ducatur sine domini volũtate, poterit dominus fundi ꝓpria autoritate ĩterdicere & remouere: vt l. quẽad. § j. ff. ad l. Aqui. nisi qs acqsiuisset ius ducẽdi aquã p fundũ alterius ex prçscriptione vel consuetudine: vt dicã ĩ iiij. q. pricipali: qa ius aquæ qd cõpetit ex cõsuetudine, est forti⁹ q̃ illud, qd cõpetit ex pactis priuatorũ: vt elegãter no Bal. in tit. de pace Cõstan. in xxv. q. super ver. saluo iure aquç Lãbrẽsis. & ꝑdicta intellige in aqua, quç sic duceretur volẽte domino, vel habeat potẽstatẽ ducẽdi a dño: puta ab eo, in cuius loco oritur aqua, vel ab alio, qui haberet potestatem concedendi: vt dicam in v. q. principali, vel in iiij. vel ex præscriptiõe vel cõsuetudine acquisiuisset ius aquæ ducẽdæ, vt dicam in iiij. q. principali. aliàs nõ posset aquã ducere. l. aquã. C. de ser. & aqua.

2 *Secũdò principaliter quæro, quomodo cognoscatur, an ius ducẽdi aquã p fundũ alienũ sit seruitus realis, vel ius tantũ personale. In hoc puto sic esse notabiliter distinguẽdũ: aut qs habet ius ducẽdi aquã, ex vno fundo ad fundũ suũ: vel ex pacto, vel testamento, aut alio modo: aut quis habet ius ducẽdi aquã nõ ad fundũ suũ: quia nullũ habet ad quẽ velit aquam ducere. Primo casu subdistingue: aut tale ius ducẽdi non debet finiri cũ persona, & transit cum prædio, & dicitur seruitus realis: puta si quis habet ius ducendi aquã per fundũ vicini ad fundũ suũ causa ipsum irrigãdi: vt l. pecoris. cũ l. seq. ff. de ser. rust. præd. & l. cũ fundo. cõiuncta l. via cõstitui. § si fundus. eo. tit. Aut tale ius ducendi aquã debet finiri cum persona: puta, cõcedo tibi, quòd toto tempore vitæ tuæ tantùm possis ducere aquam ex fundo meo ad fundũ tuum causa ipsum irrigandi, & in hoc fuerũt opiniones inter glossat. priores. Nam Rog. tenet, quòd hoc casu sit seruitus personalis: per textum in l. Mela. § fin. ibi seruitus est personæ. ff. de ali. & ciba. lega. & l. si mihi eodẽ tẽpore. § fin. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. & l. non solùm. § tale. ff. de li. le. & l. si binas ædes. ff. de vsu fruc. & hæc opinio videtur probari ratio-

ratione:qa seruitus realis nō personæ,sed prędio debet̃.l.vnus ex socijs ff.de ser.ru.præd.& l.qui aliena.§.fi na.ff.de neg.gest.sed si prędio debetur,nō extinguet̃ cum persona:imò transiret ad hæredem & emptorē:vt d.l.via cōstitui.§.si fundus.debet dici personalis seruitus,nō realis.Item quia seruitutes reales solent esse perpetuæ.vt l.forma.§.quāquā de censi.& hæc opi.refert̃ per gl.in d.l.Mela.§.fi.& in l.si qs binas.& in l.pecoris.præalleg.& per Cy.in rubr.C.de vsufr.Sed cōtrariū videt̃,videlicet ꝙ
c illa talis seruitus sit realis c,nō psonalis:vt habet̃ in gl.in d.§.fi.& in d.l.pecoris.& in d.l.si quis binas.&hęc opi.ꝓbat̃ in d.l.pecoris.in prin.Item quia seruitus q̃ debet̃ ab vno pdio alteri prędio,dicit̃ esse pdialis,& realis,nō psonalis:vt l.si qs mihi eodē
3 tēpore.§.fi.ff.de ser.ru.præd. *Item ꝙ tres sunt tm̃ personales seruitutes, videlicet vsusfru.vsus, & habitatio. Et aliquid dicunt,ꝙ est etiā ministeriū seruorū:vt no.gl.i d.l.si qs binas: & dixi plenè s.in j.li.ver.postquàm visum est de seruitutibus mistis.sed istæ nō sunt de illis:ergo debemus dicere: quia sunt seruitutes reales. Nec ob.l.Mela.§.fi.& l.nō solū.§.tale.cum si.s. alle.quæ vident̃ dicere talē seruitutem esse personalē:quia debet intelligi & exponi in seruitute personæ:hæc est prædialis,quæ finitur cum persona,quādo hoc actū est:& sic dicimus personale,quātū ad hoc,vt cōcepta psona respectu cōmodi finiatur,nō sui.Nā postea etiā durat:vt d.l.si mihi.§.fi.& d.l.pecoris.cū l.se.facit l.obligationū ferè. §.placet.ff.de acti.& ob.& p hoc cessant rōnes s.p parte negatiua dedu-

ctæ.& pro ista opi.est casus in l.iiij. ff.de ser.& istā opi.lo.cōiter sequūtur Doct.in locis præalleg. Secūdo casu princ.qn̄ quis habet ius ducendi aquā nō ad fundū suū,qa nullū habet cui possit seruitutē debere,an dicatur seruitus vel ius personale? & Rog.dixit,quòd est seruitus psonalis.si hoc velit relinquens vel cōstituēs:p d.l.Mela.§.fin.& per l.Luci*. ff.de ser.rust.pręd.& ita no.per gl.in d.§.fi.& in l.vt pomū.C.de ser.& in l.pecoris.& ita tenebat Pe.& refert Cy.in rub.C.de vsufr.sed gl.tenet secūdū Ia.& Azo.ꝙ nō sit seruitus psonalis,sed potiùs quoddam ius psonale,qd actione psonali isto pacto debetur:vt d.l.vt pomū.& in l.vt pecoris.& in l.si qs binas.præalleg.& hāc opi.sequūtur ibi cōmuniter Doc.& hoc est vtile scire,an sit seruitus,vel ius personale:quia si est seruitus,cōpetit cōfessoria illi,cui debet̃ seruitus:vt l.ij.§.j.ff.si ser.vē.& no.in l.si prius.ff.de no.ope.nun.Sed si esset ius psonale,cōpeteret tātū actio psonalis.Itē si est seruitus,pōt agi cōtra quēcūq; possessorē fundi:vt est casus in l.si quis diuturno.in fi.ff.si ser.vēd.Sed si nō est seruitus,sed tātum ius personale,pōt agi cōtra illū tantum,qui cessit illud ius,& nō contra aliū:vt l.Caius.ff.de ali.& ciba.lega. & l.fi.§.fi.de cōtrahē.emp.& habet̃ in l.fi.ff.de no.ope.nun.& in l.iij.§. opus.ff.de ali.iud.mu.causa fa.&hoc tenet Bar.in d.l.Mela.§.j.quib* omnibus adde quæ plenissimè dixi lib. præcedenti in j.parte,in ver.quomodò cognoscatur quando sit seruitus realis & prædialis.vbi omnino vide.
4 *Sed circa prædicta posset dubitari,quid si aliquis concessit mihi ius

ducēdi aquā ex fundo suo ad fundū meū, causa faciendi balneum tātū in fundo meo, in quo lauari posint pāni, vel pro aliquo alio vsu, qui concernat fundū meū, an tūc erit seruit* realis vel ꝑsonalis? Et videt, ꝙ non sit realis, sed solū ius ꝑsonale: per d.l. vt pomum. & per d.l. pecoris. cum ibi not. per glo. & Docto. Item quia seruitus realis dicitur illa, quæ fit propter necessitatem fundi tui debentis seruitutem: vt l. ergo. ff. de serui. rust. prædio. & no. per gl. in l. j. §. in prædijs. in versi. sunt hæ. in fin. eo. tit. & dicā in seq. quæst. prin. ergo ista non potest esse realis, quia non debetur pro necessitate fundi, sed ꝓ ꝑsona tantū. Et propterea nō videtur, ꝙ sit etiam seruitus personalis, per ea quæ suprà dicta sunt. Ego tamē puto, quòd imò sit seruitus prædialis, & realis: quia prædio debetur, in quo est balneū vel lauellū. & pro hoc alleg. glo. in l. ij. in ver. cloacā. ff. de seruitu. rusti. præd. & gl. in d.l. pecoris. vt colligitur ex illo verbo, Maximè. & patet etiā hoc ex his quę

5 dicā in sequē. *Sed quid si debetur mihi ius ducēdi aquā ex fundo tuo ad fundū meū, puta per fistulam causa seruiēdi familiæ meæ, puta pro coquina, & pro equis, & alijs necessarijs pro domo & familia mea, an erit tūc seruitus realis, an ius ꝑsonale? & difficultas videt in hoc cōsistere: qa aut dicimus quod tale ius debeat domui meę, & erit seruitus realis. aut nō, seu personę meę, & erit ius tātū personale, per supradicta. Et videtur ꝙ potius debeatur mihi, & sic sit ius personale: qa principaliter istud fit ꝓpter me & familiā meā: & non ꝓpter fundū, licet sit ī fundo: & ideo videtur ꝙ debemus attendere, quod principaliter fit: vt l. si qs nec causam. ff. si cer. pe. Ego credo quòd potius sit seruitus realis, quia debetur fundo meo: & licet personæ cōmoditas quæratur, prædij tamen dicit. Vñ ius prædij potius, quàm personæ consideratur: vt l. qui aliena. §. fi. ff. de nego. gest. & l. via constitui. §. si fund*. ff. de seruit. rust. præd. & pro hoc vide gl. in l. j. §. in prædijs, q̄ incipit, su prædictæ sunt nominatæ. ff. de serui. rust. præd. & facit quod dixi in q. prę

6 ced. *Item qd si concedat mihi ius aquæ ducēdę ad piscariā meā vel cisternā aut puteū, an sit seruitus realis, an ius ꝑsonale? & teneo ꝙ sit seruitus realis: ex quo debet ex fundo, qñ piscaria, puteus, vel cisterna sunt pars fundi: vt l. Iulianus. §. si cū duobus. cū l. seq. ff de act. emp. & patet

7 ex dictis suprà. *Sed tunc insurgit dubiū, an ista seruitus realis sit rustica vel vrbana. De quo dic, vt in pro-

8 xima quæst. seq. *Vltimò qd si debetur ius aquę ducēdæ ex fundo tuo ad hortū meū irrigandū, an sit seruitus realis? & dicēdū sine dubio, ꝙ sic: quia debetur à fundo & propter necessitatem fondi dominantis: vt probatur in l. ergo. ff. de ser. rust. pred. &

9 patet ex ꝑdictis. *Sed dubiū est, an talis seruitus sit rustica vel vrbana. In quo sic breuiter concludas. Aut vterq; est fundus rustic* & erit rustica seruitus: aut vterq; vrbanus, & erit vrbana: vt l. j. ff. cōmunia prædio. cū si. Aut vnus est fundus vrbanus, & alius rusticus, & tunc iudicatur rustica vel vrbana, habito respectu ad fundum cui seruitus debetur, quia si ille est vrbanus, dicet vrbana: si est rusticus, dicet rustica: vt no. gl. no. in l. j. in

l.in ver.areā.ff.de seruı.vrba.pdi.& ibi hoc tenent Doct.& Ange.in d.l. pecoris.De quo vide plenissimè in lib.superiori in iiij.diuisione princ. seruitutis.& dixi etiā suprà de seruitute proijciendi.in prin.

10 *Quando aūt dicaf fundus rusticus vel vrban*: vide in dicta iiij.prin.diuisione seruitutis.versi.quæ autē dicanf vrbana prædia & rustica.vbi omnino vide: & nō omittas,quia per ea q̄ ibi dicū tur,declaranf suprà scriptæ quęstiones: & ex prædictis colligi pōt,quòd ius aque ducendæ licet sit principaliter rustica seruitus,vt dixi suprà in prin.in diffinitiōe huius seruitutis: tamen etiā potest esse vrbana:quando scilicet debetur fundo vrbano,sicut dixi suprà de seruitute ꝓtegendi,& de seruitute oneris ferendi,q̄ possunt esse rusticæ & vrbanæ.& dicam etiā infrà,de serui.vt liceat alicui.in prin.

11 *Tertiò principaliter quæro,quid cōtineaf & veniat in seruitute aquęductus,& quid nō.Circa quod dicas primò,quòd veniūt omnia quæ in diuisione seruitutis suprà in princi.dicta sunt.Itē venit aqua tūc,quatenus est opus fundo dominanti,vt l.ergo.in fi.ff.de seruitutib.rusti.prædio.& istud est regulariter omnium seruitutū realiū,vt secundùm indigentiam prędij dominantis cōstituanf:vt no.Bar.ff.de verbo.obli.l.eadē.§.Cato.in vj.quæsti. prin.& in l.stipulationes nō diui.in iiij.quæst.prin.per d.l.ergo.nec fundo vltrà quàm ei opus est seruitutes reales constitui possunt,vt no.gl.in l.j.§.in prædijs.in gl.ij.in fi.ff.de ser.ru.pre.& ideo si cōcessa est vni seruitus aquæductus per me, possum etiā posteà alteri cōcedere aquæductum,si aqua satisfacit vtriq;,vt l.ij. §.aquæduc.ff.de seruitu.rustic.prædio.& l.Lucio.ff de aqua quotid.& æsti.& dicā in vj.quæst.princi.Sed si est mihi cōcessa seruitus aquæduct* pro fundo meo,nō possum eam pro alieno fundo cōcedere,qa seruitus quæ debetur fundo meo,intelligif secūdū necessitatē fundi mei,& non alterius:vt dicta l.ergo.§.fi.&de hoc est casus in l.ex meo.ff.de seruituti. rustico.prędio

12 *Nec obstat,si dicatur,seruitus mihi cōcessa per alienū fundum,est mea:ergo de ea disponere possum,sicut volo:quia regula est,quòd in re sua quilibet est moderator & arbiter.l.in re mādata.C.mā. quia illa regula ꝓcedit qn̄ qs disponit de eo qd est suū libere.Et hoc habebit certā formā,videlicet vt mihi debeaf ꝑ necessitatē fundi mei tātū, à qua forma recedere nō possū.l.cū hi.§.si ꝑtor.ff.de tran.cū si.& in hoc nō habet locū regula d.l.in re māda. secūdū Bar.& Flo.in d.l.ex meo.Et qd dixi,ꝙ aquā debitā fundo meo possum alteri fundo cōcedere,intellige antequā ingressa sit in fundum meū,cui* seruitus est constituta,sed prius quàm est ingressa,possum ducere ad alias partes,& alteri cōcedere ꝓ libito volūtatis,nisi nocitura sit ei fundo ex quo īducif:vt l.j.§.illud. ff.de aqua quot.& æsti.& no gl.in l. cū essent.§ j.in gl.fi.quā omnino vide eo.ti.

13 *Itē in seruitute aquæductus hoc cōtinetur,vt omnibus partibus fundi dominātis acquiraf:vt l. via cōstitui.§.qcūq; serui.ff.de ser.ru.præ.& ideo dicitur esse tota in toto,& tota ī qualibet ei* pte,sicut anima dicif esse tota in toto corpore,& tota in qualibet ei* pte:vt no.Bar.in l.stip

quotidianum fiũt verisimiliter. Sed
illa quæ dantur pro indumentis, de
bent præstari secũdũ necessitatem
personarũ: & sic quãdo debētur ali
menta ex cõtractu, vel vltima volun
tate: & hoc sequitur Angel. in d. l. si
partē fundi. quod bene no. maximè
pro grauatis in testamēto ad prę stã-
dũ eleemosynã: quia debetur elee-
mosyna viriliter, & vestimēta secun
dũ cõditionē pauperũ: & sic in vesti
mentis possunt executores vel hęre
des plus dare vni pauperi, quàm alte
ri. Sed in eleemosynis quę cõcernũt
victũ quotidianũ, sicut est panis, vi-
ctus, & similia, nõ possunt plus dari
16 vni quàm alteri. *Itē no. pro scho-
laribus, qui stãt in collegijs expensis
collegij: quia rector nõ debet dare
expensas quotidianas, nisi viriliter,
dato ꝙ vnus plus comedat q̃ alter:
& hoc vidi de facto Bonon. in colle
gio Hispanorũ, in quo erat vnꝰ scho
laris Polonus qui tãtũ solus come-
debat, quantũ quatuor alij. Septimã
cõclusionē infero ex prædictis: quia
licet seruitus aquædu. & quęlibet a-
lia realis debeatꝰ pro necessitate fun
di dominãtis: vt l. ergo. §. fin. præal.
& suprà dixi. tamen est intelligenda
& limitãda, vt habeat locum habito
respectu ad tēpus quo seruitꝰ impo
nitur: sed postq̃ est imposita, & sic
est tota in toto, & tota in qualibet e-
ius parte: tũc diciꝰ esse æqualiter ꝓ
quãtitate fundi: & iõ licet vna pars
magis indigeat aqua, quàm alia: tñ
hoc nõ cõsideratꝰ: imò aqua debet di
c uidi æqualiter [c] pro qualitate iuge
rum. qđ est no. Octaua cõclusio est,
qa licet dñs prædij dominantis, cui
seruitus aquæduc. debebatꝰ magis &
frequētius illa aqua in vna pte dicti

fundi vteretur quàm in alia: imò &
si cõiter vteretur in vna parte: si tñ
vendidit illã partē fundi, in qua mi-
nus & rarò vtebatur dicta aqua, diui
sio cõmoditatis seu vsus dictę aquæ.
debet fieri ꝓ mēsura agri, & ꝓ parte
vēdita debetur emptori: vt est casus
no. in d. l. si partē fundi. qđ ꝑpetuò te
ne mēti. Nec ob. huic cõclusioni illa
regula, q̃ dicit, ꝙ vsus patrisfa. est at-
tēdēdus. l. Seiæ. §. Tyrãdę. ff. de fun.
instr. & l. si seruus pluriũ. §. fi. de le. j.
qa illa regula ꝓcedit in his q̃ sunt di
uidua, vel quę respiciũt personã. sed
istæ seruitutes aquæduc. iudicanꝰ po
tius ius quoddã reale cõpetēs ꝑdio
magis quàm ꝑsonę: vt l. si mihi eodē
tēpore. §. fi. ff. de ser. ru. præ. & l. qui
aliena. §. fi. ff. de neg. ge. Itē ista ser-
uitus est diuidua, & respicit totã par
tē fundi, vt dixit gl. ergo licet pater-
fa. dñs prædij dominantis sit vsus cõ
moditate aquæ ꝓ parte, tñ hoc non
respicit vsum patrisfa. ad hoc vt cen
seatur seruitutē amisisse: qa hoc non
põt esse, vt dixi, vt est si promittatur,
vel aliàs constituaꝰ. Nona cõclusio,
si seruitutis aquædu. in fundo vnius
dominãtis in vna pte dicti fundi a-
qua nõ est necessaria vel vtilis: tunc
seruitus nõ diciꝰ ei parti fundi debe
ri: ꝑ l. ergo. §. fin. ff. de ser. ru. præ. &
ita tenet Bar. Flo. & Doct. ĩ d. l. si ptē
fun. eo. tit. qđ not. Ex quo sequiꝰ de-
cima, & vltima cõclusio, ꝙ in casu, si
dñs prædij dominãtis vēdit vni illã
partē fundi, cui aqua nõ est necessa-
ria, vel vtilis: ad emptorē, vel eiꝰ hæ
redē, nõ trãsit seruitꝰ vel cõmoditas
illius aquædu. vel si aliã partē vendi
dit, cui aqua est vtilis vel necessaria:
tũc tota seruitus aquæductus sequi-
tur partē venditam, & nihil debetur
parti

parti retentæ per venditorē: per d. l. si partē fun. q omnia bene not. quia
17 sunt quotidiana & vtilia. *Sed qd si à principio seruitutis cōstitutę fundus dominans īdigebat aqua, & nūc ex aliqua causa nō indigeat, an desi-
f nat [f] seruitus in ppetuū cōpetere? & puto sic esse dicēdū: Aut desinit indigere, ita q amplius ea aqua ad vsum cōcessum vti nō possit: & tūc desinit cōpetere dicta seruitus, qa cessat fundamentū ipsius seruitutis: vt d. l. ergo. §. fi. Aut desinit cōpetere ad tēpus, & tunc teneo, q seruitus hęc nō pereat: licet aqua ad alium vsum vti nō possit dominus prædij dominātis: per ea quę dicta sunt suprà maximè in prin. facit qd habetur in l. vn* ex locis. §. si cū l. seq. ff. de ser. rusti.
18 pręd. *Itē qd si debet seruit* aquęduc. fun. meo q est x. iugerū, & postea auctus est fund* meus, an ppter hoc crescat seruitus aquęduc. dicas quòd non: vt est casus in l. nō modus. C. de seruit. de quo dic, vt ibi p gl. & Doc.
19 *Itē habes seruitutē aquæduct*, an possit facere riuū ī fundo seruiētis, per quē aquā ducat ad fundū dominantē? Si vult facere de lapidibus viuis etiā supra terram, nō potest: vt l. si prius. §. placuit. ff. de aqua plu. ar. & dixi suprà in diffinit. ōe huius ser
20 uitutis. *Sed nunquid possit cauare riuū simpliciter? Dic vt dicā infrà
21 in ix. q. princ. *Sed posito q possit facere riuū vel de iure vel ex permissione, an dñs prædij dominantis poterit illū riuū purgare & reficere? Dicas q sic: vt l. refectionis. §. j. ff. com muni. præd. & l. j. §. pen. ff. de riuis. & vide quæ dixi in præcedēti lib. in
22 tit. de refectione. *Itē ille qui habet ius ducēdi aquā per fundū alterius, potest per quācūq; partē fundi seruientis aquā ducere ab initio: sed post quā incœpit ducere p vnā partē, nō potest posteà variando per aliā partē ducere: vt l. fi. & ibi Barto. ff. de aqua quo. & æstiu. de quo vide in l. si cui. ff. de ser. & in l. si via. ff. de seruit. rust. præd. Vbi etiā ponitur, cui* est electio loci: an domini concedentis seruitutē, vel eius hæredis: an verò eius cui seruit* est cōstituta. de quo dic vt plenè dixi ī li. præ. in ti. de ser. iti. ver. nūquid habēs seruitutē itineris. Itē si is q duo prædia habebat, in vnius venditione aquā quæ ī fundo vendito nascebatur, & circa eam aquā latè decē pedes exceperat: videtur circa eā aquā latè decē pedes dūtaxat excepisse: vt est casus not. in l. qui duo prædia. ff. de se. rust. præd.
23 *Itē in cōcessione seruitutis aquæ semper subintelligitur sine dāno alterius: vt l. imperatores. ff. de ser. ru. præ. & probatur in l. ij. §. si qs à principe. ff. ne quid in loco pu. & ī l. nec. auus. C. de eman. lib. De quo dic vt plenè dixi suprà in libro præcedēti. Et propterea in cōcessione aquæductus intelliguntur semper reseruata iura, & cōmoditates eius: cui primò facta est cōcessio: vt l. in cōcedendo. ff. de aqua pluuia arcen. & l. Lucius. ff. de aqua quotid. & æsti. Quia priuilegia vni concessa, alteri dari nō debent: vt l. decurionibus. C. de silētiarijs. lib. xj. Et quia si princeps cōcessit pluribus beneficiū, qui prior est tēpore, potior est in iure. argu. dict. l. in cōcedendo. & l. hoc iure. §. j. ff. de aqua quotidia. & æsti. & c. j. qui successio. tene. in vsibus feud. & id dixit Bald. in titu. de pace Cōstan. in xxxiij. col. in cocessionibus. de aquis pub.

pub. semper videntur reseruata iura cõmoditatis eius cui primò facta est cõcessio: imò dico plus, ꝙ etiã in cõcessiõe aquęduc. si diceret nõ obstãte cõcessione alteri facta: qa intelligeretur de inualida: & pro hoc allego singulare dictũ Compo. in c. causam quę. in fi. extrà, de præscript. quod sequitur ibi Anto. de But. & Doct. vbi dicũt, ꝙ si Papa cõtulit alicui beneficium nõ obstante collatione alteri facta: intelligetur de inualida, ne alteri præiudicetur. Itẽ si datur alicui beneficiũ cũ clausula vt præferatur alijs: quia intelligitur nisi eis fuerit ius quæsitũ. qd perpetuò tene menti. Et vide quę dicã in vij. q. prin. vbi ponã per quẽ locũ possit aqua duci. & vide etiã ibi in viij. q. princ. vbi dicetur an mutato alueo possit cõpetere

24 seruitus aquædu. *Quartò principaliter quæro, quomodo & qualiter acquiratur seruitus aquæductus. & dic pluribus modis. Primò pactionibus & stipulationibus: qa sic acquiri possunt etiam aliæ seruitutes: vt insti. de ser. §. si qs velit. & l. in summa. i prin. in ver. lex. secundũ expositionẽ glo. quę exponit pactũ. ff. de aqua plu. ar. & l. j. §. deniq;. ibi, si tñ lex. eo. Itẽ acquiritur testamẽto, vel codicillis, vel qualibet alia vltima volũtate: vt l. vsusfructus. in prin. ff. de vsufructu. & Instit. de vsufr. §. j. Item per sententiã, argu. dict. l. vsufruct. cõstituitur. Itẽ præscriptione: vt l. ij. C. de seruit. & aqua. & ibi hoc plenè not. per gl. & Doc. & hoc procedit siue aqua sit priuata, vt ibi, siue publica. Sed primo casu quantũ tẽpus requiratur, vide ibi notanter p gl. & Doct. in l. seruitutes. la grãde. ff. de seruitu. tit. generali, & p tex. gl. & Doct. in l. j. §. si. ff. de aqua pluuia arcen. & dixi plenè suprà in j. li. in viij. q. princip. vbi omnino vide de hoc. In casu verò secũdò, quãdo aqua ducitur de pub. dic quòd requiritur tãtùm tempus, cuius initij memoria non existat in contrarium: vt l. vsum aquæ. C. de aquædu. lib. xj. & ibi hoc no. Bar. in l. diligenter. eo. tit. & adde quod statim dicam, versi. sed nunquid aqua. Itẽ acquiritur & cõsuetudine: vt l. j. §. deniq;. & ibi p gl. & Doct. ff. de aqua plu. ar. & l. in summa. ibi, loci vetustas. eo. tit. & argu. l. j. cũ ibi no. C. quæ sit longa cõsuetu. & c. fi. extrà, de cõsue. vbi etiã no. per gl. & Doct. an talis cõsuetudo debeat esse præscripta: de quo dic vt ibi. Itẽ ꝙ ius aquæ cõpetit ex pactionibus priuatorũ: vt no. Bal. in tit. de pace Cõstã. in xxxiiij. col. & dicit, ꝙ in aliquibus molendinis, pascuis, & fontibus, & in ipsorũ cõmoditatibus, & incõmoditatibus aquarũ, standũ est antiquitati: per illum textũ. Itẽ dixit idem in c. j. in §. si quis de manso. in v. col. titu. de controuersia inuesti. in vsib. feud. quòd in aquarum ductu non inspicimus principium aquæ, vnde decurrit: sed alueos & meatus, vnde transit in vetustissimũ aquarum cursum: & secũdùm eorum qualitatem de vsu aquę iudicare debemus: quod

25 nota. *Sed nunquid aqua per seipsam fluens possit inducere præscriptionem vel cõsuetudinẽ? Dic quòd nõ: quia nõ est res animata: per rem inanimatam nihil nobis acquiritur. Oportet enim in præscriptionibus aliquẽ vsum intercessisse: quo principiato sufficit aquã per se fluere. ff. quẽad. seruitutes ami. l. qui partẽ. & l. qui fundum. eo. tit. In consuetudine

ne etiã sufficit, q habuerit initium à multis vtẽtibus: nã posteà perficitur solo cursu tẽporis: vt l. vẽditor. §. si constat. ff. cõmunia prædio. & ita te net Bal. in c. j. §. si qs de manso. in vj. col. in fi. in tit. de cõtro. inuesti. qd perpetuò tene mẽti. Itẽ lege cõi vel statuto, seu lege municipali acquiri põt seruitus aquædu. vt l. in summa. in princ. in versicu. j. ff. de aqua pluuia arcen. & l. ij. in prin. in ver. j. con iuncta glo. secundũ primã expositio nem, dũ dicit, leg. scilicet municipa li. ff. ne qd in loc. pub. & argu. l. iij. §. planè. & ibi si nõ lex municipalis. ff. qd vi aut clam. & l. j. §. deniq;. ff. de aqua pluuia arcen. Item natura agri seruãda est, vt semper inferior superiori seruiat. Hoc enim incõmodũ naturaliter pati debet ager inferior à superiore, qd cõpensare debet cũ alio cõmodo. Sicut enim oĩs pinguedo terræ ad eũ decurrit: ita etiã ad eũ aquæ incõmodũ defluet: vt est tex. in §. deniq;. quẽ not. qa aquę naturaliter dicuntur descendere ad inferiora. Et ideo illi qui habẽt agros in parte superiori, nõ tenẽtur retinere aquã in suo, sed possunt eã retinere inferiores, qui coguntur illã recipere, & ista appellatur quasi seruit*: vt dicit tex. in d. l. j. §. fi. cũ l. sequen. ff. de aqua pluuia arcen. & hoc tenet Bart. in l. quominus. in ij. quęst. prin. ff. de flu. qui dicit, q hoc debet esse verũ in ciuitatibus Italiæ, quæ sibi de cõsuetudine præscripserunt merum imperiũ, & portus, & flumina, & similia. Sed de iure cõmuni prędicta sunt principis: vt ĩ c. j. quæ sint re. in vsu. feu. & sic nõ possunt cõcedi à leg. municipali. & adde q dixi suprà de seruitute yi. in x. quæst. Itẽ ex rescripto principis vel senatus acquiritur. l. quòd pricipis. ff. de aqua pluuia arcen. & l. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. not. Bar. in dicta l. quo-

26 minus. in ij. quęstio. pricipali. *Sed pone quęstionẽ, quã habui de facto Veronę. Oritur aqua in certo fundo superiore, & descendit ad partes inferiores per quendã alueũ: quando veniunt aquę pluuiales, crescit aqua adeò, q in alueo contineri non põt: an tũc ille qui est in parte superiori, cogatur eleuare ripas, ita quòd discurrat per alueũ vsq; ad vltimas partes: puta flumẽ vel mare: an verò possit dimittere quòd aqua discurrat suprà ripas. Dicitur q sic: nisi noceat habentibus agros inferiores iuxta ripam eleuandã. Ego dico q cogi nõ potest per inferiorem, sed inferior bene poterit munire & eleuare suis expensis: vt est casus in d. l. j. §. fin. Et hoc intellige, quando pacto vel vetustate ita debet duci aqua per dictũ alueum vel locum: vt glo. not. ibi in ver. munire. aliàs secus. Itẽ hoc intellige quãdo per alueũ aqua discurrere potest sine dãno superioris. Secus si fieret dãnum superiori: quia aqua inũdaret agros superiores. Exemplũ, Si à lateribus aluei discurrũt aquæ in partibus superioribus: nam hoc casu ripæ non possunt eleuari: quia si alueus est inuentus ad ducendam aquam ad partes inferiores, nõ debet aliquid fieri in eo propter quod aqua retineatur ad partes superiores: quia istud est contra naturam agri, quę est vt aqua descẽdat, & inferior ipsã recipiat: vt d. §. deniq;. quod perpetuò tene mẽti: quia sępe de facto cõtingit: & adde quod dixi

27 inferius. *Quintò pricipaliter quęritur,

ritur, quis possit cōcedere & habere h totā seruitutē aquæductus: & qs possit cogi ad aquā ducēdā. Circa quod sic dicas: aut quis vult cōcedere aquęductū ex flumine priuato suo, aut ex flumine priuato alterius, aut ex flumine publ. Primo casu qn̄ flumē est suū propriū, pōt regulariter ex eo cōcedere aquæductū. l. Lucio. ff. de aq. quo. & æsti. & l. i cōcedēdo. ff. de aq. plu. ar. & l. ij. & l. aquam. C. de ser. & aqua. & l. ex meo. ff. de seruitutib. rusti. prædi. & l. via cōstitui. §. si lacus, eo. ti. & est ratio, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. man.

23 *Et flumen potest dici priuatū esse alicuius, tribus modis. Primò ratione originis ipsius fluminis: puta qa habet ortū in fundo suo: vt d. l. aquā. & l. ex meo. cū alijs ibi alleg. & l. si qs diuturno. ff. si ser. vēdice. & l. præses. C. de ser. & aqua. Secūdò ex principis cōcessione. arg. l. ij. in prin. ff. ne quid in lo. pub. Tertiò ex cōsuetudine vel præscriptione. arg. dict. leg. j. §. deniq;. & §. fin. cū l. seq. ff. de aq. plu. arcē. & l. ij. cum ibi no. C. de ser. & aqua. & dixi in q. præced. Secundo casu, quando flumen est priuatū, quia alterius: & tūc regulariter quis non potest cōcedere aquæductum ex illo flumine, nisi qui est dominus illius fluminis, vel eius voluntate: vt l. ij. & l. aquam. C. de seru. & aqua. & in his casibus si flumen priuatum est perenne, potest esse seruitus aquæductus. Sed quando flumen non est perenne, ista constitutio seruitutis de rigore nō tenet: sed de æquitate sic: vt l. ij. & ibi hoc nota. Bart. Angelus & Doct. ff. cōmuni. præd. Posset etiam in his duobus princeps, vel statutū disponere pro publica vtilitate h, q vicini possint illam aquam ducere ad agros suos irrigādos, vel ad alios vsus: prout not. in l. fi. C. si cōtra ius vel vtil. publi. & in c. quæ in ecclesiarū. extrà de cōsti. Tertio casu, qn̄ flumen est pub. puta quādo est perenne. vt l. j. §. flumināū. ff. ne quid in lo. pub. quod pōt esse tribus modis. Vno modo flumen nauigabile; vt est Padus, Athesis, & Brenta, alio modo dicitur flumē pu. quod nō est nauigabile: sed trahitur ex flumine nauigabili; vt l. j. §. nō autē. cū ibi not. ff. ne quid in lo. pub. & dicitur per Bartol. in l. quominus. in prin. in ij. & iij. opini. & in ij. q. ff. de flu. Et in istis duobus casibus quæritur aquædu. dupliciter. scilicet ex cōcessione principis, cuius sunt omnia talia flumina; vel ex cōcessione ciuitatis, quæ habet merū imperiū: vt dixi in q. præce. Secūdò, per tantū tempus cuius initij memoria nō existat: vt l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quo. & æsti. & habetur per gl. in l. imperatores. ff. de ser. ru. præ. non aūt per priuatū concedi pōt. vt l. ij. ff. cōmu. prædior. & adde quod dixi in præceden. quæst. princi. Tertio modo dicitur flumen publicum, quando nō est nauigabile, nec facit aliud nauigabile, puta si est quidā alueus paruus, vel fons: & tunc acquiritur etiā sine cōcessione alicuius, scilicet per suam occupationem, sicut cætera quæ sunt in nullius bonis; & qui primò occupat, præfertur omnibus. in d. l. quominus. & ibi per Barto. in iij. quæst. princip. & l. si mihi eodem tempore. §. si fundo. & l. imperatores. ff. de seruit. rustico. prædio. dummodò per istum aquæductum non fiat iniuria seu damnum vicinis ci-

cũcolentibus:vt habetur in d.l.imperatores.& in l.ij. §.sunt aũt q putãt. in fin.ff.ne quid in flu.pu.& adde qđ dixi in q.preceden.ad n.& adde et:ã quæ dixi in li.præcedẽ.in iij.q.prin. in ver.item imperator seu princeps. vsq; ad fi.illi*. Itẽ ille põt habere seruitutẽ aquæduc. qui habet fundũ ad quem ducitur: puta causa ipsum irrigandi:aliis secus:vt l.j.ff.cõmu. pđi. cũ simi.s.in princ.in diffinitione huius seruitutis.Item ille qui emit vel aliter acquisiuit pdiũ,cui seruitus aquædu.debebatur, põt & debet seruitutẽ habere:quia illa seruitus debita prædio acquisito transit cũ pdio: vt l.si aquæductus.ff.de contra.emp. & l.si partem.in prin.ff.de ser.ru.pđ. Secus si prius seruitus prædio nõ debebatur:quia vẽdito fundo, vel aliter alienato,non debetur seruitutis aquæduct. vel alia seruitus, nisi dictũ sit:vt in l.vendẽdo.in prin.& ibi hoc no.gl.ff.de cõtrah.emp.& ita etiam tenet Bar.in l.via cõstitui. §.quæcũq;.ff.de ser.ru.præ. Itẽ qs põt habere seruitutẽ aquæduc.in omnibus casibus, in quibus põt eã acquirere. De qbus vide in q.præcedẽti, etiam in qbus põt seruitus aquæduct.concedi:vt dicã in vij.q.princi. Item regulariter quis non põt cogi ad aquã ducendam maxime iure seruitutis: quia natura seruitutis non est vt qs aliquid faciat, sed aliquid patiatur, vel non faciat:vt l.quot.la j. §.fin.ff. de ser.& adde qđ dixi s.in iij.q.principio.post principi. & quæ plenissimẽ dicta sunt in præced.li.in iij.q.prin. & quod dicã in seq.q.ver.sed quid si tu cui primò concessi etiam.

29 *Quæro sextò principaliter, cui vel quibus posit seruitus aquæduct. concedi. Et dic,ꝙ põt concedi pluribus, & per eũdem locũ, vt eisdem diebus vel horis ducatur, si omnibus sufficiens est:vt l.ij. §.si aquæd.ff. de ser. rust præd.& l.Lucio.ff.de aq.quoti. & æsti.

30 *Sed si concessi primò vni,an posim posteà alteri concedere? Distingue breuiter sic: Aut ille cui primò cõcessi,consentit,& possum.l.in concedẽdo.ff.de aq.plu. arcẽ.& no.gl.in l.Lucio.ff.de aq.quo. & æsti.facit l.aquã.C.de ser. Aut nõ consentit:& tũc aut per istã cõcessionem secũdam ei nocet:puta qa aqua non est sufficiens vtriq;:& pro eodẽ tempore conceditur:& tũc non potest:vt d.l.in concedẽdo.& per l.per quem locũ.ff.de ser.ru.præ. & d.l.aquã. Aut per istam secũdã concessionem non nocet primo, cui est facta concessio:puta qa aqua est sufficiẽs vtriq;.vel diuersis temporibus cõceditur:& tũc põt:vt d.l.ij. §.si aquæd. & d.l.Lucio.& ibi glo.not.etiam gl. in d.l.aquã. Et ita fuit determinatũ Bononiæ, vbi cõmunitas cõcesserat aquã,& fratres Minores,qbus secũdò cõmune cõcessit,nolebãt: & fuit iudicatũ ꝙ valeret secũda cõcessio, quia non derogabat priori, ex quo aqua vtriq; sufficiebat, vel sufficere poterat,per prædicta.Sed quid si cõceditur pluribus simul vel separatim vel simpliciter seruitus aquæduct*, ita ꝙ valeat,quia omnibus sufficit,& nõ conueniũt,quemadmodũ vtantur? Dic ꝙ vtile iudiciũ communi diuidũdo eis datur, vt scilicet aqua vel mensura vel temporibus diuidatur: vt d.l.Lucio.cũ gl.

31 *Sed quid si tu cui primò concessi seruitutem aquæductus,vis posteà alteri concedere, an posis? Et in hoc considera, quatuor

tuor casus. Primus est, si vis concedere, vt illi extrahat de fundo primi cõcedentis, & nõ potes: vt l. ex meo. ff. de ser. rust. prædi. Secũdus casus si vis concedere, vt extrahat de fundo medio, per quẽ aqua ducitur canali, per quod perueniat ad fundũ tuũ: & idem, quia illa seruitus aquæduct. est tibi concessa pro necessitate fundi tui, & non alterius: vt l. ergo. ff. de ser. rusti. præ. nec potes illã aquam tanquam tuam concedere alteri: qui non est tua antequàm ingrediatur fundũ tuũ: vt l. j. §. illud. ff. de aq. quot. & æsti. Tertius casus, si vis alteri cõcedere, postquàm in fundũ tuũ aqua ingressa est, & potes: q̃a effecta est tua, nisi nocitura sit meo fundo, ex quo seruitus inducit: vt d. §. illud. & no. gl. ĩ d. l. ex meo. & dixi s. in iij. q. prin. circa prin. Quartus & vltimus casus est, si aqua exiuisset de fundo tuo: & tu regulariter non posses alteri concedere dictã aquã: quia eadẽ ratione quàm primũ aqua ingressa est aliũ fundũ vicini, est effecta sua: vt d. §. illud. ergo de ea tu non potes disponere. Sed ista regula fallit, quando ista seruitus imponeretur per te, antequàm peruenerit ad locũ inferiorem de ipsius voluntate: per l. aquam. C. de seruit. & aq. Exemplũ: Aqua dũ exiuit de fundo tuo, potest discurrere per diuersa loca ad fundos vicinorũ, & est in potestate tua, per quam partem facias exire aquam: nam potes cũ vno vicino inferiori, si aqua est vtilis, conuenire de dimittendo dictam aquam ad fundũ suũ, cũ hoc, q̃ postq̃ irrigauerit fundũ, teneat̃ mittere ad aliũ certũ fũdũ inferiorẽ: & isto mõ potero imponere ser. aquæd. postq̃ exiuerit de fũdo tuo: vt d. l. aquã. vbi hoc probat. C. de ser. & aq. Et p̃dicta oĩa intellige, q̃n ille cui cõcedit̃ seruit.* aquædu. habet fundũ, ad quẽ aqua duci debet: al's secus: vt l. j. ff. cõ. p̃dio. &

32 dixi in q. pce. ante fi. * Quæro septimò principaliter, quomõ, & qualiter, & q̃n, & per quẽ locũ cõstitui vel acqri possit seruitus aquæd. Et dic, q̃ acqri potest his modis, de qbus s. in iij. q. princ. facit l. via. ff. de ser. Itẽ seruitus aquæductus olim non nisi ex capite vel fonte cõstitui poterat: sed hoc hodie ex quocũq; loco cõstitui potest: vt l. seruitus aquæduct. ff. de ser. rust. pręd. & caput aquæ seu fluminis dicitur, vnde aqua nascitur: vt l. j. §. hoc interdictũ. ff. de aq. quoti. & æsti. & no. glo. in d. l. seruitus aquę. & not. principaliter per Bart. in tracta. de insula, in ix. col. & plenius per Bal. in l. j. in vj. col. ver. itẽ no. q̃d agã. ff. de rerũ di. Item seruitus aquæ inuentę & inueniendę constitui potest. l. Labeo. ff. de seruit. rustico. prędior. de quo dic, vt dixi supra in j. q. princ. Item potest constitui seruitus & aquęduct. per internalla temporis: puta certis dieb.* vel horis. §. modum. l. iiij. ff. de seruitut. & l. j. §. si aquęductus. ff. de seruit. rust. prędior. & l. si sic constituta. & l. si is cui. in princ. ff. quemadmo. seruitut. amitt. & l. si diurnarum. & l. cùm constet. in princip. ff. de aqua quo. & ęsti. Item potest constitui seruitus, vt aqua diuidatur[k] per mensuras, puta per vncias & digitos: vt d. l. cùm constet. in princ. & l. pe. ff. de ser. rust. prędio. & not. quòd tantum significat dicere, concedo tibi vnũ digitũ aquę: quantũ, do tibi licentiã vt ducas aquã per vnum digitum ferreum vacuum: nã

per rostra animaliũ imaginaria, puta ferrea, vel ænea, & p ora, & digitos solemus aquã ducere, secundũ
33 Ang. in d. l. pe. *Digitus autem dicitur secundũ Isido. minima pars agrestiũ mensurarũ: & vncia, quæ cõtinet tres digitos: vt dixi in l. iij. in prin. in x. q. ff. de verb. sig. vbi posui de põderibus & mẽsuris. Itẽ ex loco domini proprietarij, vel de eius voluntate cõstitui põt seruitus aquædu. vt l. aquã. C. de ser. & ex fundo liuellario, seu emphyteotico, & feudatario: vt l. & prouinciali. C. de ser. & aq. & l. iij. ff. de ser. & dixi in præce. li. in iij. q. prin. in qua posui q̃ sint illæ personę quę possint seru. cõstituere. Itẽ per quẽ locũ viã alij cõcedo per fundũ, alij aquæductũ cõcedere nõ possum, & eodẽ modo si alij aquæductũ cõcessero, alij ita per eandẽ vel ducere vel cõcedere nõ potero: vt l. p quẽ locũ. ff. de ser. ru. p̃. Facit l. in cõcedẽdo. ff. de aq. plu. ar. Itẽ pub. loco iter veniẽte, vel via pub. aqueductus cõcedi nõ põt: sed à principio interpretari debet, vt per viã pub. aquã ducere sine incõmodo pub. liceat, vt l. seruitutes. §. pub. ff. de ser. & nõ põt aqua duci per locũ pub. si damnũ faciat etiã priuato; vt l. si per pub. ff. ne quid in lo. pu. & l. ij. §. si quis in suo.
43 *Quia obligatio nō faciēdi, dicit obligatio faciēdi. probatur in l. ij. §. itē si in facto. eo. tit. & ideo videtur quòd dominus fundi seruiētis non tenebatur reducere pascua ad culturam, vt dictū est s. nec mutare formā seruitutis constitutæ: tamē quia cōtrarium facit, succedere debet obligatio ad interesse: ego in ista q. de qua cōsultus extiti altius repetendo ita distinguerē tres casus: aliquādo dominus prædij seruiētis, vel alius, vult reducere fundū seruientem ad culturā. & fecit aliquas præparationes tantū. aliquādo incipit etiā reducere, & reduxit. aliquādo iā reduxit in totū ad culturā magnā partē, ita vt impediatur ius pascēdi. Primo casu, qñ vult reducere fundū, nōdū tñ verè reduxit: sed fecit tantùm præparamēta, propter quæ fortè turbat illum, cui seruitus iuris pascēdi debeatur: puta purgādo loca, designādo fossam, vel loca vineatū, vel alia similia faciēdo. quo casu pōt dici, q vult incipere, vel q incœpit. p tex. l. j. §. cœpisse. ff. de polli. & p gl. no. ī l. de pupillo. §. nūciationē. in ver. inchoēt. & l. prætor. §. si qs paratus. in versi. satisdare. ff. de no. ope. nun. & ibi p Doct. & tūc pōt succurri ei, cui seruitus iuris pascēdi in illo fundo debet, no. ope. nū. vt d. l. de pupillo. §. Sextus. vet. impositā tiā. & hoc, qñ nō ab alio, q̄ à dño esset seruitus ista debita pro pdio vrbano, iuxta ea, q̄ dixi s. in iij. q. prin. Secus si deberet p prędio rustico: vt eo. titu. l. ij. cum gl. & ibi p Doc. in l. q viā. eo. tit. pōt tā cōtra dñm sibi subueniri p actionē cōfessorā. p quā dñs prędij seruiētis tenetur ad patientiā. at. l. vti frui. §. fin. si vsusfructus pet. facit l. quoties. la ij. ff. de ser. & l. harū. & l. egi. ff. si ser. ven. & hoc etiā vult Bar. in l. j. §. ij. ff. de no. ope. nū. Et p hāc confessoriā potest etiā agere ad interesse, & ad fructus. l. loci corpus. §. in cōfessoria. ff. si serui. ven. Secūdo casu qñ incœpit reducere, qd tñ nō est pfectū. qd qñ sit, dicit Bart. in l. j. §. j. in fin. ff. de no. ope. nū. aut opus, de quo quærit, est formiter, vt domus, theatrū, & similia: & tūc nō dicitur perfectū, sed futurū, nisi habeat consummationē in formā. aut est opus simpliciter, & informiter: & tūc quicquid est factū, potest dici opus imperfectū: vt d. §. j. eo. tit. & idē & clarius vult Bart. in l. is qui reip. in fi. ff. ex quib. cau. ma. Et ego dixi plenius in l. v. §. opere. & l. ædificia. §. perfecisse. ff. de verb. signi. & tūc similiter habēt locū omnia remedia, de quibus suprà dixi. & plus dico, quòd poterit ille, cui seruitus debetur agere contra reducentē ad culturā, ad destruendum opus, seu partē operis factam, si factū est, nūciatione noui operis prius facta: per l. j. in prin. & §. j cū ibi no. ff. de no. ope. nun. in casu quo locū habeat nunciatio no. ope. secūdùm ea, quæ dixi s. in primo casu. Si autem nō est factū, spreta nunciatione, quia nulla facta fuit: dic vt dicā statim in casu seq. Tertio casu, quando iam dominus prædij seruientis reduxit in totum ad culturam magnā partem, ita vt impediatur ius pascendi: an tunc poterit agi per illū cui debetur seruitus, vt cultura reducatur ad pascua? an verò tātum ad interesse? ista quæstio formatur per gloss. & Doct. in l. ij. C. ad l. Aquil. quæ est valde dubitabilis. in qua ita distinguerem, comprændendo

dendo omnes casus, qui verisimiliter possent contingere: videlicet, quòd aut est facta denunciatio nou. ope. legitimè antequam opus illud fieret: & tūc si est factū spreta nunciatione, & est seruitus vrbana, totū potest peti, vt destruatur. Secus, si est rustica: vt l.j. in prin. cum l.ij. & l. qui viam. cū ibi notat. ff. de no. ope. nū. Aut non est facta aliqua denunciatio noui operis, vel de iure fieri nō potuit: quia tunc aut ille, cui seruitus iuris pascēdi debetur, sciuit op° fieri, & cōsensit expressè, aut nō cōsensit expressè: sed eo sciente & patiente factū opus est, aut eo sciente, & contradicente, aut eo ignorante. Si ille cui debetur seruitus, sciuit & cōsensit expressè op° fieri: & tūc nō potest agere ad demolitionē ope-
44 ris: *quia remittentibus actiones suas non est dandus regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. & regula, quod semel placuit. de regu. iur. in vj. nec poterit etiā agere ad emendationē damni vel interesse. ag. l. Sabinus. versi. finautem. ff. communi diuid. Si verò eo sciente, & patiēte, & nō expressè cōsentiēte opus factū est: & tunc aut nō fuit deceptus per aliquē errorem vel imperitiam: & nullo modo poterit agere ad demolitionē, vt patiatur aduersarius opus demoliri, vt ad pascua fundus deducatur: vt est casus in l. Labeo ait. cum l. seq. & ibi glos. Barto. & Doctores. ff. de aqua plu. arcen. & probatur in d. l. Sabinus. ver. & si in communi. & l. qui bona. §. si quis iuxta. ff. de dam. infecto. & hoc tenet Barto. in l. quæ dotis. circa finem. ff. solu. mat. poterit tamē agere ad interesse & emendationem damni: vt probatur in d. l. Sabinus. & d. §. qui iuxta. & per glo. & Doct. in d. l. Labeo. Si verò opus est factū eo sciente & cōtradicente, & in hoc est maior difficultas, an possit cogi dominus prædij struiētis ad reducendum fundū in pristinū statū, & sic ad demolitionē. Sed dic cōsiderandā esse actionē, quā vult intētare. Aut enim ille, cui seruitus debetur, si nō cōsensit, vult vti interdicto quod vi aut clàm, & potest, vt l. j. & ij. in ver. impetrabis. C. ad l. Aqui. & quādo cōpetat, collige ex his quæ no. Bar. in l. j. in vlti. col. ff. de no. ope. nun. & Rof. in interdicto, quod vi aut clàm. Aut vult agere actiōe l. Aqui. & videtur possit, p l. ij. in fi. C. ad l. Aquil. In cōtrariū videtur, q actio l. Aqui. datur solū ad emendationē dāni. Et ita tenet ibi in gl. ij. & probat in l. j. eo. ti. & Instit. ad l. Aquil. in prin. cū simi. Cyn. autē in d. l. ij. distinguit, Aut est opus, quod nō est reducibile ad pristinū statū: & tunc agi potest l. Aqui. solùm ad damnū seu interesse: vt d. l. j. & ij. primo respon. C. ad l. Aquil. Aut est opus reducibile ad pristinū statū, vt est aquæductus à cursu suo remotus: & tunc pōt agi actione le. Aqui. vt in pristinū statū reducatur: & ita loquitur d. l. ij in fi. quæ ita debet intelligi, vt cōueniat titulo, sub quo ponitur. l. imperatores. ff. de in diē addict. & §. quibus. in prima cōstitutione C. & ita actio erit vtilis, & nō directa. pro hoc l. si seruus seruum. §. aquæductus. ff. ad l. Aquil. & ita tenet, & sequitur Bald. Ange. & Saly. in d. l. ij. Sed Pau. de Cast. ibi aliter intellexit dictū text. Dicit enim quòd non potest agi principaliter actione leg. Aquil. ad destruendum

opus factũ, & ad reducendũ in pristinum statũ: sed debet agi, & in libello principaliter peti, vt condẽnetur ad emendationẽ damni. & hoc venit iure actionis l. Aquil. & ad hoc est aduersarius obligatus: vt l. j. & ij. in pri. C. ad l. Aquil. Sed si diceret rẽ se vel Je in pristinũ statum reducere, & nõ cõdemnari ad refectionẽ totius dãni, debet audiri. & sic debet intelligi secundùm eum d. l. ij. in fin. & sic cũ reus habeat facultatem hoc faciẽdi vel reducẽdi rem in pristinum statum, istud est potius in solutione, & obligatione: sicuti est in actione no
45 xali. * Vbi emendatio damni est in obligatione, & datio dãni pro noxa est in solutione: vt l. miles. §. decem. ff. de re iudi. & isto modo dicit cessare ambages, de quibus per glo. & Cyn. in d. l. ij. C. ad l. Aquil. qui mirantur quomodo actio l. Aquil. detur, vt res in pristinũ statũ deducatur. & dicit, quòd cùm ista facultas reducendi in pristinũ statum detur reo ex dispositione legis, videtur durare ista facultas quousq; conueniatur iudicati, si fuerit cõdẽnatus ad emẽdationem damni. l. itẽ veniũt. §. idẽ ait. ff. de pe. here. sed quãdo venit ex forma contractus, nõ durat dicta facultas, nisi vsq; ad litẽ contestatã. l. si quis stipulatus. ff. de solu. Sed contra prædictũ intellectũ Pau. facit d. l. ij. in princ. q̃ dicit, principaliter põt peti, vt in pristinũ statum reducatur, eius iudicis cura impetrabis. sed Pau. ibi respõdet p idẽ quod in simili dicitur. l. si pacto quo pœnã. versi. ex stipula. agens. C. de pact. Nã verũ est, ꝙ impetrabis per indirectũ. nam si vellet euitare condemnationem damni dati, poterit restituere in pristinum statũ rẽ, & adire iudicis officium ibi. nõ tamẽ quòd si facta restitutione ahuc agens remaneret in dãno, in illo posset etiã reus cõdemnari: vt in simili habetur in l. si cũ dies. in fin. ff. de arbi. & hoc vltimũ tenet etiã Sali. in d. l. ij. & ista est opi. Pau. ꝙ nõ possit agi l. Aqui. principaliter ad reducendũ rem in pristinũ statũ, etiã quando opus esset reducibile. aliquando competit actio de pastu pecoris, aliquando l. Aquiliæ: & aliquando actio in factũ. & est casus in l. qui seruandarum. §. fi. ff. de præscr. ver. & aliquãdo competit actio ad exhibendũ. l. Iulianus. §. glans ex arbore. ff. ad exhiben. de quibus vide per Ros. in tit. de act. quæ vocantur nomine speciali de pastu pecoris, vbi ponit libellũ petitionis & quæstionis circa prædicta. & Spe. in ti. de offi. or. iud. §. j. verſ. quartò circa iminentẽ. & in tit. de causa pos. & ꝓprie. versic. quartò sum in fundo. &
46 in tit. de iniu. * Nonò principaliter an & q̃n liceat pascular in agro alieno. Et dic, aut est seruitus imposita iuris pascẽdi cõuẽtione, & põt secundùm seruitutẽ cõstitutã. l. j. §. in prædijs. ff. de ser. rust. præ. & Insti. de serui. §. inter rusticorum. aut nõ est imposita seruitus: & tũc aut est statutum, ꝙ certo tempore quis possit in alieno pasculari. & idẽ, ar. l. vẽditor. §. si constat. ff. cõmunia prædiorũ. & l. de quibus. cõiuncta l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Aut nõ est seruitus imposita, nec est lex, vel consuetudo: & tũc aut loquimur in militibus imperatoris, qui veniunt ad aliquas partes: & tunc dicendum est, ꝙ tẽpore illo nõ debent animalia sua dimittere, vt pascantur in pratis publicis:

blicis:& si magister militis nõ curauit id obseruari, in decem libras auri punieť:q̃ pœna imponeretur etiã destruentibus prata priuatorũ.l.j.C. de pas.pu.lib.xi.& ibi hoc no.Bart. & idẽ est dicẽdũ in alijs militib⁹ eadẽ rõne, licet malè obseruet.dicit tamẽ Bar.in d.l.j p illũ tex.q̃ prouinciales debẽt ꝓuidere in quo loco animalia missus sine dãno ꝓuincialiũ pascant:& ideo hoc dicit esse vtile pro militibus imperatoris descendentibus ad partes Tusciæ: vt possint petere à Tuscis sibi assignari prata, quib.possint eorũ equos pascere:& intellige sine iniuria subditorũ, secũdũ And.de Barulo in l.ij.e.ti.& ideo nõ debẽt prata prouincialiũ molestari à militibus principis: vt l.fi.eo.tit. & dicit Bar.illã leg. facere contra stipendiarios Perusij, vt nõ possint stare cũ suis equis in pratis pu.vel priuatis: bñ tamẽ possent ipsi & alij pasculari iuxta viã: vt c.j.§.fi.in titu.de pa.te.in vsi.feu.qđ declara vt dixi s. eo.in v.q.princi.ver.qñtõ acquirit. Aut loquimur in alijs priuatis, & regulariter qs nõ põt pasculari cũ animalibus suis in agro alieno.l.Quintus.ff.ad l.Aqui.facit l.diuus.cũ ibi no.ff.de ser.ru.præ.nisi iuxta viã sine damno, vt dictum est.& de hoc, an & quãdo sit licitũ pasculari in fundo alieno, habet in d.l.Quintus.& p Al-
47 be.in l.fi.ff.ad l.Aquil. *Decimò & vltimò posset dubitari de pascuis. e publicis & priuatis, in qb⁹ nõ sit seruitus imposita, de quibus vide in toto ti.C.de pas.publ.lib.x.& quæ no. in c.ij.§.fi.in ti.de pa.te.& quæ dixi in præcedẽti q.& s.in ij.& iij.q.prin. & de illo qui dimisit equũ in pascuis sine custode, quẽ lupus comedit, an teneatur domino, vide gl.Bar.& Doct.in l.si negotia.ff.de neg.gest. & Spec.in ti.de locato.§.postquã.ver. quid si locaui.& per Ang & Doc.in d.l.si negocia.& Cy.Bal.& Doct.in l.cũ precũ.C.de lib.can.& per Albe. in l.pignus.C.de pig.act.& ego dixi in l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeo-
48 nem.ff.de ædi.edic. *Itẽ an animal dimissum in pascuis possideat per illum qui eũ ibi dimisit, vide text.cũ gl.in ver.oberrauerit.in l iij.§.Nerua fili⁹.ff.de acq.pos.& ibi Doc.Itẽ si aliquis accepit equũ in pascuis: quia dicit se dominũ illius equi, an incidat in pœnam.l.si quis in tãtã.C.vnde vi.vide ibi gl.magnã, versi qñtõ, quid si equũ.& Ang & Docto.ibi, & Barto.& Docto.in d.§.Nerua filius.
49 *Item si pastor cõduxit animalia ad pascendũ per insidiosa loca, & ea amiserit, tenet tamẽ culpa casus.l.qui petitorio.§.q rẽ.ff.de rei ven.& ibi hoc no.Ang.q dicit hoc esse intelligendũ, quãdo duxerit scienter, vel saltem scire debuerit.l.qđ te.ff.si cert. pe.& de hoc an & quãdo pastor teneat de mala custodia, & qualiter, vide tex.gl.& Doc.in l.si quis domũ. aliàs l.Iulianus.§.imperator.cũ §. seq.ff.lo.& qđ no.Bar.in l.si quis ex argẽtarijs.§.prętor.ff. de ede.& l.si creditor.& l.quæ fortuitis.C.de pig. act.Item si est conuentũ inter dominum & pastorem de diuidendis fœtibus, qua actione sit agendum, vide l.si pascenda.C.de pact.cum ibi not.
50 *Itẽ si quis est in possessione alicuius pascui, & eo tantũ vtatur certo tempore anni, an per hoc retineat suam possessionem? dicas quòd sic.l. iij.§.saltus.ff.de acqui.pos.Plura possent de pascuis & pastorib.dici, sed

breuitatis causa ista sufficiant: quia nō est propriè materia seruitutū &c.

a Numerus. *Numerus maior facit præsumi maiorē ueritatē. in Spe. de teste. §. j. uersi. quid si oēs & gl. iiij. q. iij. si testes. §. in testibus ubi etiā ponit quādo præferatur numerus dignitati testium. Et numerus maior facit præsumi maiorē zelum, in Spe. de elect. § j. uer. publicatione.*

b Viciniam. *Vicinus non potest retinere meretricem in domo, inuitis uicinis. Vide Gu. de Cu. in l. ij. C. de summa trinitate.*

c Animal. *Animal in dāno repertū, & retentū, uel pro pignore captū si pereat, debet per officialem emēdari. l. quēadmodū. §. magistratus. ff. ad l. Aqui.*

d Diuisio. *Diuisionem iudex facit, si partes discordant. Vide Pau. de Cast. consi. xcij. Diuisionis libellus quō formetur, uide Bar. & Bal. in l. ad officiū. C. communi di. & in l. j. eo. ti.*

e Pascuis. *Pascuorum cōsuetudo inspici debet. Bal. in tit. de pa. Constan. §. mos Romanorū. in iij. col. uers. & no. hoc expressum. & no. in l. j. §. denique. el. ij. ff. de aqua plu. ar.*

f Pastor. *Pastor tenetur de custodia in Spec. de act. seu pe. §. iij. uersi. item no. quod si. in fi.*

De seruitutib. calcis coquendæ, & arenę fodiendæ. CAP. X.

1 *Seruitutes calcis coquendæ & arenæ fodiendæ an rusticæ esse dicantur.*

2 *Ius calcis coquendæ uel arenæ fodiendæ ultra quàm opus fuerit, pro fundo dominantis si promittatur, an talis seruitus constitui possit.*

3 *Seruitutes calcis coquēdæ, & arenæ fodiēdæ an sint noīatæ uel innominatæ.*

4 *Ius cretæ uel lapidis eximendi si quis habeat, an ista sit seruitus dicatur.*

5 *Loca in quibus debetur seruitus, uel ius calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, uel cretæ, aut lapidis eximendi, quomodò nominentur.*

1 ISTAE * duæ seruitutes sunt rusticæ, vt pbāt in l j. §. in prædijs. & l. ergo. ff. de ser. rusti. præ. & Insti. de ser. §. inter rusticorū. qīa calx & arena sunt de necessarijs ad domūculā in agro illius, cui seruitus debet, faciendā propter fructus recipiēdos. ita dicit gl. d. §. inter rusticorum. in ver. calcis coquēdæ. vel etiā qñ deberent p alio fundo rustico. puta si cōcederetur mihi ius in pdio tuo, vt in eo mihi liceat calcē coquere, vel arenā fodere, vt ex his fiant vasa vel instrumenta, vel granaria, vel ædificia in meo pdio, quib* fruct* prędij mei reponant & exportētur, vel q̄d simile fiat, q̄d ad cultū vel fructū agri p cipiendū necessariū sit. l. veluti. ff. de ser. ru. præ. & no. per Azo. in summa C. de ser. §. pecoris. ver. & sic cōcedi pōt. Secus si deberet seruit* pro domo & nō p fundo: quia diceret seruitus vrbana: qīa seruitus denominatur à prædio dominātι: vt est text. cū gl. in ver. areā. l. j. ff. de ser. vrba. præ. Et qñ dicatur fundus rustic* vel vrbanus, vel seruitus vrbana aut rustica, vide q̄ dixi j. li. in ij. & iiij. diuisione seruitutis. Sed si ius calcis coquēdæ debetur vel arenę fodiēdę nō ad vtilitatē fundi vrbani vel rustici, nō esset seruitus realis, sed ius psonale: vt no. gl. in d. l. veluti. in versi. q̄d ergo. & pbā in l. Mela. §. si. & ibi p gloss. Bar. & Doct. ff. de ali. & ci le. & no. in l. domū. ff. de ser. l. pecoris. ff. de ser. 2 ru. præ. * Sed hic secūdo loco dubitari pōt, q̄ si promittatur ius calcis coquēdæ vel arenæ fodiendæ vltrà

quàm

quãm sit opus pro fundo dominãti, an talis seruit' possit cõstitui? Et dic q nõ.l.ergo.in fi.cũ l.seq.eo.ti. Et est ratio: quia seruitutes reales sunt secũdũ indigẽtiam prædij dominãtis: vt d.l.ergo.§.fi.& ita no.Bar.in l.eadẽ. in §.Cato.in v.q.ff.de ver.obl.& in l.stipulationes nõ diuiduntur.in iiij.q sti.eo.ti.& dixi s.in d.iiij.diuisione seruitutis, ver.circa istas seruitutes. ibi, item quarta est natura seruitu.

3 * Tertiò dubitatur cũ qd istæ duæ seruitu.sint nominatæ vel innominatæ. Et gl.in l.j.§.in prædijs.in versic. hæc sunt.in prin.ff.de ser.ru.pr.dicit q sunt innominatæ. Ego tenui s. in lib.j.in ij.diuisione seruitutis, q sunt nominatæ.dic vt ibi dixi.& s. de seruitute aquę ducendæ in iij.q.

4 princ. *Quartò qro, qd si aliquis habet ius cretę vel lapidis eximẽdi, an ista sit seruitus? dic si debetur ad vtilitatẽ prędij rustici, erit rustica seruitus: si vrbani, erit vrbana. Sed si non debetur ad vtilitatẽ fundi, sed ob aliam causam, puta, vt vasa figula vel al: a facere possit: tũc nõ erit seruitus realis rustica vel vrbana, sed quædã cõmoditas [a] ad similitudinẽ vsusfructus: vt est tex.cũ gl.& ibi Doct. in d.l.ergo.§.fi.& l.veluti.ff.de ser. rusti.prę.& pbatur per ea q dixi s.in prin.& ideo dixi, ad similitudinem vsusfru.qa nõ vsusfructus est, cũ vsufructuarius habeat oẽs fruct' simul. vt Insti.de vsu & ha.in prin. qd nõ est in casu, in quo nõ habet nisi ius eximẽdi cretã vel lapidẽ, sed si haberet ius percipiẽdi oẽs fructus, tũc esset seruit' vsusfru.l.arborib'.in fi.prin. ff.de vsufr.& ita no.in d.l.veluti.ver fi.sed si vt vasa.p gl.& Doc. * Quin-

5 tò & vltimò qro, quomodò vocentur huiusmodi loca in quib.debetur seruitus, vel ius calcis coquẽdæ, arenæ fodiendæ, vel cretæ aut lapidis eximẽdi. dic nominãtur cretæfodinæ, lapicidinæ.l.diuortio.§.si vir in fundo.ff.so.ma.& arenacinæ, in qb. arena foditur.l.sed hi.in prin.& ibi glo.ff de publ'itanis.

a Commoditas. *Commoditas dicitur respectu usus non respectu fructus.l. cum in rem & ibi Bar.de rei uendi.*

De seruitute altius tollendi.

CAP. XI.

1 *Seruitus altius tollendi triplex esse dignoscitur.*

2 *Seruitus altius tollendi quare est rustica, & alia sunt urbana.*

3 *Seruitute altius tollendi exemplũ quo modo ponatur.*

4 *Seruitute altius tollendi exemplũ quo modo procedat, cùm quis regulariter possit tollere domum suam usq; ad cœlum, etiã si seruitus imposita non esset.*

5 *Cultura fauore non potest unus uentũ impedire ne ad alterius prędiũ trãseat.*

TRIPLEX * est seruitus altius tollẽdi. Vna est seruitus altius tollendi & officiẽdi luminib. vicini. Alia est seruitus altius nõ tollẽdi: & istæ duæ sunt vrbanæ: de qbus in l.j. ff.de ser.ru.prę.& dixi i primo lib.in duob.ti. Tertia est seruit' alti' tollẽdi, q est rustica.l.ij.in prin.ff.de ser. rust.prę.& ibi p gl.& Doc.& de ista

2 loqtur rubrica nostra. *Pro cui' declaratione primò qro, quare ista est rustica, & aliæ sunt vrbanæ, dic, quia seruit' denominat à pdio pdominãti: vt gl.in l.j.versi.aream.de ser.vrb. præ.& dixi in ti.pcedẽti, & ideo qñ seruit' alti' tollẽdi vel nõ tollẽdi debet pdio vrbano, appellat vrbana, & ita pcedũt dictę duę rubricę primi libri.

2 cloacis. *Sed si quæritur quãdo dicatur seruitus cloacæ deberi fundo rustico. dic q̃ quãdoq; licet per vicini domũ habere cloacã. d. l. ij. ĩ prin. ad quã cloacã coloni agri mei propter necessitatẽ sui corporis accedũt, qđ agro meo expedit: ideoq; di 3 cit rustica seruitus: vt dicit gl. in d. l. ij. in vers. cloacã. Et ita põt intelligi d. l. ij. & d. l. ius cloacæ. Sed quãdo deberetur seruitus propurgãdo fundo vrbano: tũc diceref seruitus vrbana inspecto fundo dominãti, cui seruitus debetur: & quia ista materia cloacæ fuit examinata s. in j. li. in tit. de cloacis, & pleni* s. in tit. de aquæ ductu, in vlti. q. princ. vers. vtile & cõueniẽter etiã subijcere. vsq; ad finẽ. & aliqđ s. de seruitute viæ, in xxxvj. & vlt. q. ideo non expedit hic aliter declarare, &c.

a Ius cloacę. *Cloacæ meæ usum, an põt impediri p te, uide Spe. de causa poss. §. iij. in pi. & § iiij. uersi. sed nũquid. & cloaca materiam uide in titu. ff. de cloa. per totum.*

De seruitute prætorij uel protecti. CAP. XIII.

1 *Prætorium uel protectum habere licere in fundo, qua seruitus esse dicat.*
2 *Prætorium quid propriè dicatur.*
3 *Prætorium, quod alias protectum dicitur, quid sit.*

1 EST *etiam seruitus rustica prætoriũ vel protectũ habere licere in fundo, vt ibi recipi poßint coloni agri mei. l. ij. cũ gl. in ver. protectũ. ff. de ser. rust. prædiorũ. *Prætoriũ autẽ dicitur locus, in quo pater fa a miliàs residere solet, & merces & species tãquàm in horreis retinere. C. de offi. recto. prouin. l. nulli. & sumitur hoc ex eo, quia prætoriũ solet dici locus, in quo prætor reddit iura, vt dicit gl. in l. plenius. in prin. ff. de vsu & habi. Si igitur alicui licet in fundo vicini prætoriũ habere, in quo sui coloni, siue ipse aut sua familia poßint residere causa sui fundi rustici, dicetur seruitus rustica. *Pro 3 tectũ verò, quod aliàs proiectũ dicitur est illud quod ita prouehitur, vt nunquàm remoueatur, qualia sunt mœniana. l. malum. §. si protectum. ff. de verb. sign. & l. quemadmodum. §. si ptectũ. ff. ad l. Aquil. & l. si duo. §. item videamus. & §. Labeo. ff. vti poßide. cũ ita nõ sit licitũ protectũ super solo alterius facere, vel habere in fundo vicini pro vtilitate fundi rustici, dicitur seruitus rustica. de qua loquitur l. ij. de ser. rust. præd. Et ista rubrica declaratur per ea quę dicta sunt in titulis proximè allegatis.

De seruitute innominata. CAP. XIIII.

1 *Seruitutes innominatæ quæ dicantur.*
2 *Seruitutes quæ per quatuor elementa uersantur.*

POST *vrbanas seruitutes quæ nominatæ dicuntur, domũ primo libro figurauimus, vt ex ea cæteræ seruitutes vrbanæ, quæ nominatæ non reperiuntur, intelligi poßint. Nunc verò consequens in hoc libro secundo, declaratis rusticis seruitutibus nominatis, alium ordinẽ adhibeamus, quo alio modo reperiantur facilè & haberi & intelligi poßint. *Has autẽ, cùm circa prædia tãtũ rustica versentur, per quatuor in 2 primis elementa, terrã a scilicet, aquã, aërem, & ignem quantùm ad rẽ pertinet, breuiter ordinandas esse constituimus, ita vt facilius vnusqsque inquirere ac percipere poterit,

quando

quando fundo rustico seruitus debeatur, quando illis etiã quatuor elementis nullo iure seruitutis prohibente liberè vti valeat.

2 Terrã. *Terra quantũ differt à luna & quantus sit circuitus eius, ponit Plini na.histo.li.j. non declaro, quia non est materia mea.*

De seruitute terræ. CAP. XV.

1 *Seruitutes terræ quæ sint, & quibus imponantur.*

2 *Religiosi si concedant, ut in aliquo loco sepulturam facere possim, & ibi sepelire cœperim, si postea cum eis conuenium ne sepeliam nisi usq; ad certũ numerũ, & quod non possim in ibi monumentum cum lapidibus, nisi usq; ad certam mensuram extruere, an talis conuentio ualeat.*

3 *Fundũ si quis habuerit, per quẽ solebat ire ad casas fundo iunctas, & ipsum alteri legauerit, an si legatarius sibi fundũ legatũ petat, hæredes excipere possint seruitutem dictis casis deberi.*

4 *Casa quid propriè dicatur, & quid capanna.*

QVIA primũ apud nos elementum est terra, ideo prius de ipsa in genere videamus, postea speciali ter de quibusdã seruitutibus terram 1 concernentibus declarabimus. *Primò & in primis sciendũ, seruitutes huiusmodi imponi posse, vt boues, per quos colitur fundus, in vicino agro pascãtur. & ita Nera.li.ij. mẽbranarũ scribit, vt Vlpian. refert in l.iij. in prin. ff. de ser. ru. præ. de qua dixi §. in ti. de serui. iuris pascendi. Itẽ vt fructus vicini in villa cogãtur, coactiq; habeãtur, & vt pedamẽta ad vineã ex vicini prędio sumantur, & vicino, cuius lapicidinę fundo tuo immineãt, id est, sint iuxta agrũ tuũ ex parte superiori, posse te cõcedere ius esse, terrã in fundũ iacere, saxa posita habere, vt in tuũ lapides pronoluantur, ibiq; positi habeãtur, indeq; exportentur. hęc oĩa habẽtur in d.l. iij. in prin. Itẽ potest cõstitui seruit* gestandi, vel in tuo vuas premendi, vel area tua ad frumẽta, cęteraq; legumina exprimẽda vtendi, & habenti prædiũ rusticũ pro eo cõstituitur. l. Mela §. fi. cũ gl. & Bart. ff. de ali. & cib. leg. Itẽ seruitus rustica cõstitui põt, vt sylua cędue, & pedamenta vineis non desint, si causa fundi rustici dominãtis fiat. Itẽ & Martianus probat seruitutem talẽ cõstitui posse, vt tuguriũ mihi liceret habere in tuo, etiã si habebã pascui seruitutem, aut pecoris appellẽdi: vt si hyems ingruerit, habeã quò me recipiã: vt si fuerit cõstituta seruitus propter colentes agrũ meũ, quatenus in tugurio agri tui recipiãtur, vt est tex. cu gl. in l. vt r. habeat. l. veluti. ver. item sylue. ff. de ser. rust. præ. Itẽ seruitutes prędiorũ tam ĩ solo, quàm in superficie imponi possunt. l. iij. ff. de ser. quod declara, vt ibi, per gl. & Doc. Itẽ seruitutes rusticorũ prędiorũ, etsi corporib. accedũt, incorporales tñ sunt, & ideo nõ vsucapiuntur. l. seruitutes prędiorũ. in prin. eo. ti. caueri autẽ vt ad certã altitudinẽ monumentũ ędificetur, nõ põt: quia id quod humani iuris esse desijt, seruitutẽ nõ recipit. Itẽ nec illa quidem seruitus consistere põt, vt cert* numerus hominũ in vno loco humetur. l. iiij. quæ incipit, caueri. ff. cõmunia præ. & ideo dicit ibi Pau. de Castro per illũ tex. 2 *Quòd si religiosi cõcedant, in aliquo loco vt possim facere sepulturã, & ibi incœpi sepelire: si posteà cõueni cũ eis, vt nõ possim sepelire,

pelire, nisi vsq; ad certũ numerũ, & ꝙ nõ possum ibi extruere monumẽtum cũ lapidibus, nisi vsq; ad certam mensurã, ista cõuentio nõ valet, & potero sepelire quot volã, & etiã ornare sepulchrũ lapidibus, prout decet. l. j. §. interdictũ. ff. de mor. infer. & ibi etiã Pau. hoc vult. l. statuas. C. de relig. & sump. fune. nõ obstãte cõ traditione illorũ religiosorũ. sed si vellẽ ædificare vltra condecentiã, possem ꝓhiberi. arg. l. si cui. ff. de ser ui.
3 *Sed in specie nunc quæritur de casis, si qs habet fundũ per quẽ sole bat ire ad casas iũctas fundo, & ipsũ alteri legat, an si legatarius petat fundũ sibi legatũ, possint hĩdes excipere seruitutẽ deberi dictis casis, vt sic possit iri per illũ fundũ ad dictas casas. Et videtur ꝙ nõ: quia nulla seruitus fuit ante mortẽ testatoris, qa res sua nemini seruit. l. in re cõmuni. ff. de ser. vr. præ. cũ sim. Nec post mortem videtur seruitus aliqua deberi ex quo nõ fuit per testatorẽ imposita, qa res presumitur libera, vbi seruitus imposita nõ reperit. l. altius. & l. si ædibus. C. de ser. Tamẽ dicẽdũ est contrariũ, ex quo testator legauit ꝓprietatẽ fundi, per quẽ ad casas illas solebat venire: vt l. testatrix. in prin. ff. si ser. ven. & probatur in l. si fundũ sub cõditione. §. q fundũ. ff. de leg. j. & l. si. in prin. ff. de ser. vr. præ. & ꝑ Bart. in l. j. ff. de ser. leg. vbi omnino est videndũ de hac materia.
4 *Quæ autẽ dicat casa, Bal. in c. ij. si duo fratres in eadẽ casa. in tit. de fra. de no. benefic. inue. dicit, ꝙ est vulgare Italicũ, & solet dici à cadendo, quando est quædã domuncula. sed nunquid capanna dicatur casa, siue domus? dicit Bal. ibi, recurrendũ esse ad vulgare: nã illud quod communiter homines dicunt, in vulgari est inspiciendum: propriè tamen nõ dicitur domus, quia non consistit ex pariete & ex tecto. ff. de vsucap. l. eum qui ædes. qui dicit esse ad statutum. sed vide g'ost. instit. de re. di. §. j. in ver. villis. quæ declarat, quæ dicatur capana.

De tugurio. CAP. XVI.

1 *Tugurium in fundo alieno facere an licitum sit.*

2 *Tugurium quid dicatur remissiue.*

TVGVRIVM *an sit licitum in fundo alieno facere? Dic ꝙ non regulariter. l. quemadmodum. §. si protect. ff. ad legem Aquil. & l. qui vitem. §. si ad ianuam. ff. quod vi aut clàm. nisi sit imposita seruit*. l. veluti. de seruit. rusti. prædio. & si fiat non imposita seruitute, potest propria autoritate domini fundi destrui: vt d. §. si protectum. & §. si ad ianuam. quod not. Sæpe quando in locis, vbi sunt pascua, cõtenditur de possessione vel quasi, partim faciunt tuguria aut casas, vt sub eis stent pecorarij sui, vel coloni, vel fœnũ: quia si fiat in fundo alterius, potest dominus ꝓpria autoritate & impunè destruere per dicta iura.
2 *Et quid sit tugurium, vide l. tugurij. ff. de verborum significatione.

De cultura terrarum.

CAP. XVII.

1 *Vicinus loci priuati superioris, si ita per sulcos arauerit, atq; per portas, ut ad inferiorem fundum aqua uenerit, an possit, an uerò aqua arcendæ iudicio cogi possit, ut in alteram partem aret.*

2 *Opus si quispiã arando faciat, ex quo aqua pluuia uicino nocere possit, si alter fundus coli non poterit, actione a-*

qua

que pluuie arcende non tenetur.

9 *Sulcos uel fossas si quisquam in uicini inferioris damnum seu ex latere facere possit, dato quod non possit, quomodo ei succurratur.*

DE CVLTVRA terrarũ breuiter quædã dicamus. *Vicin* loci superioris prati ita arabat p sulcos atq; per portas, vt ad inferiorẽ fundũ aqua veniret, quæsitum est an possit. An verò aquæ arcendæ iudicio cogi potest sic, vt in alteram par

1

2 tem araret, & ne sulci vicini à inferioris agrũ spectarent. Respondendum est, dominum fundi inferioris nõ posse facere, quominus agrũ suũ superiorẽ vicinus quẽadmodũ vellet, araret, vt est text. in l. vicinus. in

2 prin. ff. de aqua plu. ar. *Ex quo notecũdùm Bar. ibi, q̃ si arãdo aliquis opus faciat, ex quo aqua pluuia nocere possit vicino, si aliter fundus coli poterat, non tenetur actione aquæ plu. arc. Sed si alio opere fundus poterat coli, tenetur ea actione. & ita intelligatur versicu. sequens, sed si quos. secundũ Bart. & Ioan. de Imo. ibi. Gloss. autem habuit aliũ intellectũ, videlicet vt lex, vicinus. ĩ prin. intelligatur, etiam quãdo sulci erant nocituri fundo vicini inferioris, si nõ animo nocẽdi facti sunt, sed causa agri colendi: est ratio: quia naturaliter fundus inferior debet seruitutẽ superiori, vt aquam recipiat. l. j. §. fi. cũ l. seq. ff. de aq. plu. ar. & ideo si dominus superior non posset bene colere fundũ suum sine sulcis aquarijs, sibi licitũ est eos facere, vt ibi. & l. j. §. de eo oper. eo. tit. Sed aduerte q̃ loquitur quãdo vicinus habebat fundũ ex latere, & faciebat sulcos ex transuerso animo nocendi fundo vicini, & nõ propter necessitatem, vel vtilitatẽ culturæ vel aliter. & tertiò potest intelligi illa l. vicinus. secũdũ Pau. de Ca. quia aut quis facit sulcos apertos aratro ad seminandũ, & põt facere sicut vult, siue per longũ, siue per trãsuersum. ita loqtur l. vicinus. in prin. Aut quis vult facere hos non causa seminandi, sed causa aquã retinendi, q dicũtur sulci aquarij: & tũc distinguit: Aut sine illis nõ poterat, ager coli, & idem. Aut poterat, & tunc secus: & ita loquitur versi. sed si quos. probatur in l. j. §. de eo opere. eo. tit. quod sit causa agricolendi & fructus colligendi quicunq; illi sint, siue frumentũ, siue alij fructus, siue op* fiat aratro, siue alio modo: vt est tex. cũ gl. in d. §. de eo ope. §. se. &

3 §. Labeo. *Sed quid si vult qs facere sulcos, vel fossas, in dãnum fundi vicini inferioris, seu ex latere: & casu q̃ nõ possit, quomodo ei succurretur? Dic aut iã fecit, & aqua incœpit decurrere, & potest ipsum cogere vt repleat sulcos vel fossas. & si nõ replet, cõdẽnari debet ad interesse. d. l. vicinus. ver. sed si quos. Vel põt iudex iubere vt caueat de dã. infec. l. hactenus. §. fi. eo. ti. Et etiã manu militari poterit repelli ad demoliẽdũ, & ad deplantandũ opus. l. qui restituere. ff. de rei. vend. & l. stipulatio. §. fi. ff. de no. ope. nun. & not. glo. in d. l. vicinus. in versi. cõdemnare. Aut vicinus fecit opus, & aqua per fossas nondum fluxit: & tunc similiter potest per iudicem cogi vt repleat. Et est ratio quia in illa actione aquę plu. arc. venit dãnũ futurum. l. supra iter. §. officium. & l. hactenus. §. pe. eo. tit. nec inspicitur si nocuit aqua: sed si nocere potuit: vt dicit gloss. in dicta

d.l.vicinus.in fine,in verbo,nunquã fluxisset.& l.j.§.ij.eo.ti.

8 Vicini. *Vicinus potest aquam uenientẽ ex fundo,uel tecto uicini,in curtem uel fundũ suũ retinere & depellere, ne sibi noceat.* Pau.de Ca.in l.quoties. *la §.de ser.&* s.per Bar.Cap.de ser.urb. c.xij.c.xlvj.& c.lxvij.& seq.

De seminatione plantarum.

CAP. XVIII.

1 *Fundo suo unicuiq; seminare herbas, & arbores plãtare, uites putare,&c. licitum est.*

2 *Aquaeductus seruitutẽ per fundum tuũ ad fundum meũ si mihi debeas,nõ poteris in fundo tuo fodere uel aliud facere per quod aqua corrumpatur.*

3 *Fundi sui in finibus an alicui plantare licitũ sit:& si radices in uicini fundum intrauerint,uel frondes aut rami protẽdantur,an uicinus eas propria autoritate incidere ualeat.*

4 *Glans ex arbore tua si in fundũ meum ceciderit, an tibi ipsam auferre liceat. & si prohibeã, quo interdicto tenear.*

5 *Glãdis appellatione an omnes fructus contineantur.*

6 *Glandem tuam,quae in fundo meo cadit,si pecus meum comederit, qua actione tenear.*

7 *Hortum uicinus qui certo tẽpore pratum irrigare solebat,si pratum fecerit, assiduaq; postea irrigatione uicino nocere coeperit,quid iuris.*

POSTQVAM de cultura terrarũ dicere incoepimus:consequẽs est vt de seminatione plantarũ, putatio
1 ne,& insertiõe aliqua dicamus. *Et primò sciendũ est regulariter quem posse in fundo suo seminare arbo-
2 res,herbas plantarea, vites & arbores putare,& alia huiusmodi facere: quia ĩ re sua quilibet moderator est & arbiter.l.in re mandata. C. mand. & nemo potest prohiberi vti sua rè quocunq; modo voluerit: imo si voluerit,põt agere actione iniuriarũ.l, iniuriarũ actio.§.pen.ff.de iniu.& l, qui pẽde.vindemiã.nisi probet seruitus imposita.l.altius,& l.si aedibus, C.de ser.no.Bal.in c.ij.in ti,si de feu, fu.cõ.in vsi.feu.& c.caeterũ.de iudi. & Anto.de But. in c.nimis.extrà, de
2 iureiu. *Et ideo sequitur ex hoc,ꝙ si mihi debes seruitutẽ aquaeductus p fundũ tuum ad fundũ meũ: vel hoc anno duxi aquã per fundũ sine vicino,nõ potes in illo fundo tuo fodere, serere, succidere, putare,aedificare,vel aliud facere per quod aqua inquinetur,vitietur,corrũpatur, deterióru e fiat:& si hoc fiat, teneberis in terdicto de aqua quoti.& aesti. vt est tex.in l.j.§. Labeo putat. ff.de aqua
3 quoti.& aesti. *Sed circa plantationem arborũ quęri põt,an sit licitũ alicui in suo arbores plantare,& in finibus fundi sui: & si radices intrent fundũ vicini,vel frõdes aut rami ꝓtendũt suprà fontem vicini, an vicinus possit eas propria autoritate incidere: & si fructus arboris meae ceciderũt in fundũ vicini,vide de his omnibus quę plenè dixi s.in j.li.in ti. de arboribus, & in tit.de serui.ne lu
4 minibus officiatur.in iiij.q. *Quibus adde,si glãs ex arbore tua in fundũ meũ cecidit,& extrà,licitũ est tibi tertiò quoq; die auferre illam, & si prohibeam, teneor interdicto de
5 glãde legẽda. *Et appellatione glãdis oẽs fructus cõtinẽtur: vt l.vnica, & ibi gl.Bar.& Doc.ff.de glã.le.& l, Iulianus.§.glans.ff.ad exhi.Itẽ si nõ patior te tollere glandem,teneor ad exhibendũ,quemadmodũ si tuã ipa

teriam in agrū meū delatam tibi auferre nō patiar. d. l. Iulianus. §. glās. 1
6 *Itē si immisso pecore depasco glādē tuā, quæ in fundo meo cadit, si dolo malo pecus immisi, vt glandē comederet, teneor ad exhibendū: vt d. §. glās. & etiā actione in factū agere poteris. l. qui seruāda. §. glans. ff. de
7 præscri. verbis. *De irrigatione aliquid dicamus, & si vicin* qui hortū solebat certo tēpore irrigare, pratū illic fecerit, cœpitq; assidua irrigatione vicino nocere, ait iurisc͡ōsult* neq; dāni infecti, neq; pluuiæ arcēū teneri actione, nisi locū cōplanauerit, eoq; facto citius aqua ad vicinū peruenire cœpit, vt est tex. no. in l. apud Trebatiū. §. si vicinus. ff. de aq. plu. ar. & hoc intellige secūdū gl. ibi, 1 qn̄ in suo, sed si in alieno aliqd faceret, teneret. l. si qn̄. in fi. ff. si ser. vē. & ibi hoc etiā vult gl. Sed Paul. de Ca. intelligit illū §. si vicinus non aliter fundū poterat colere: alioq teneret. l. j. § de eo ope. de aq. plu. ar. Vel secūdū lo. de I. no. ille §. si vicinus. intelligitur q ille q habet seruitutē actiua, possit aquā ex fundo vicini ad suū ducere cā irrigandi, ex quo fuit 2 simpliciter cōstituta: trahit etiam ad pratū qd fit in eodē fundo. ar. l. si seruitus. ff. de ser. vrba. prædi. nisi locus cōplanetur, ex quo aqua citi* decurrat, vt in fi. illius §. & adde quæ plenè dixi suprà de seruit. aquæductus.

2 Plantare. *Seruitus altius non tollendi non rūpitur per plantationē arboris: secus uero si in seruitute luminibus officiatur. l. ædificia, & in l. si arborem. in pria. cod. titu.*

De sterquiliatione. CAP. XIX.

1 *Sterquiliatio quid sit: & breuiter totam tim materiam remisiuè.* 3

DE STERQVILIATIONE * vide textum cum gloss. in l. si quando. §. fi. & quod ibi no. si serui. ver. & quę dixi in primo libro, in titulo de sterquiliatione.

De messe & uindemia.

CAPVT XX.

1 *Messem uel uindemiā cuilibet domino uel colono in fundo suo facere licet: phibens autē iniuriarum actione tenetur.*
2 *Statuta si dictauerint, ne quis possit uindemiare uel messem facere etiā in suo, nisi certo tempore, uel ut colonus partiarius nō possit incidere messē, nisi præsente locatore, uel nisi notificatione sibi facta: quibus casib. seruāda essent.*
3 *Fundum alienū an cuilibet ingredi liceat, & uuas uel spicas colligere.*

DE MESSE * & vindemia colligenda, dic quod licitū est cuilibet dn̄o vel colono messem & vindemiā i fundo suo vel sibi locato facere, & pro libito volūtatis: & si ab aliquo prohibeatur, potest agere actione iniuriarū. l. qui pēdētē vindemiā. ff. de act. em. & l. iniuriarū actio. §. si quis me prohibeat. ff. de iniu. nisi ex forma statuti vel consuetudine 2 seruaretur cōtrarium. *Quæro in quibusdā locis sunt statuta, ne quis possit vindemiare vel messem facere etiā in suo, nisi certo tēpore: & ratio statuentiū fortè fuit, ne ante tp̄s dn̄i colligerēt propria, & posteà accusarent saltuarios de dāno dato: vel nisi fortè in instrumento locationis cōtineatur, vt vel colonus, vel partiarius nō possit messē incidere, nisi p̄sente loc. vel saltē nisi pri* sibi facta notificatione: quibus casib* cōuētiones vel statuta seruanda essent. l. oēs populi. de iusti. & iure. & l. j. ff. depo.
3 *Sed nūquid sit licitū cuilibet ingredi

di fundũ alienũ,& vuas colligere vt spicas?dic ꝙ de iure licitũ est comedere,& non exportare,& contererere spicas,sed nõ mittere falcẽ.de cõ.di. v.stipulas.& not.gl.j.di.oẽs leges.in ver.fas est.& cõiter sunt statuta pro uidẽtia circa hoc,& de cõsuetudine seruatur etiã illud ius diuinũ,verũtamẽ si anteꝗ qs ingrediat fundũ alienũ,prohibeatur à dño,ingredi non poterit.l.iniuriarum actio.§.fi.ff.de iniu.& l.diuus.ff.de ser.ru.p.& propterea dicitur d.c.omnes leges.ire per agrũ alienũ fas est,ius non est,id est,fas est domino nõ prohibẽte:ius nõ est prohibẽte domino:vt ibi no. & adde quæ dixi suprà de seruit.iti. in pe.q.prin.& vide tex.cum glo.in l.per agrum.C.de seruí.

De aucupatione. CAP. XXI.

1 *Aucupari,uel uenari in fundo alieno licitũ est,& de cõsuetudine usurpatur: si tamen dominus uolentẽ ingredi fundum suum causa uenandi,uel occupandi prohibeat,non erit ei licitum.*

2 *Venando uel occupando in fundo alieno si quispiam aliquid ceperit,an domino fundi restituere teneatur.*

3 *Venator an in fundo retineri possit,ut reddat quod percepit.*

4 *Bestia fera si in laqueũ alienum reperiatur,an occupantis erit.*

5 *Bestiam feram si unus uulneret,& alius capiat,cuius erit.*

6 *Lupus,uel miluus,uel accipiter,uel canis si acceperit auem,uel pecudem,uel aliud animal unius,& quidã tertius surripuerit de ore lupi,milui,accipitris,uel canis,an priori domino id quod acceperit restituere teneatur.*

7 *Accipitrẽ uel falconẽ cũ sonaleis argenteis in pedibus inctis si quispiã acceperit,an priori domino restituere teneat.*

8 *Retia seu laqueos tendere,aut qualibet alia instrumenta ad capiendas uenationes an licitum sit.*

9 *Nobiles & milites priuilegiati sunt,ut cum canibus & auibus uenentur.*

10 *Venari cum armis an licitum sit.*

11 *Venatio clericis & monachis an,& quando licita sit.*

12 *Fossas aprorum,ursorúmue capiendorum causa facere,an licitum sit.*

13 *Fossata siue fossã,quæ sunt inter uiam publicam,& fundum priuatum,cuius esse debeant.*

14 *Sepes in finibus fundi sui,an facere licitum sit.*

1 AVCVPARI autem,vel venari in fundo alieno licitũ est, & de cõsuetudine vsurpatur:si tamẽ dominus volentẽ ingredi fundũ suũ causa venãdi,vel occupãdi ꝓhibeat, nõ erit ei licitũ:vt est casus in d.l. in iuriarũ.§.fina.& d.l.diuus.cũ gl.& l. iij.§.planè.ff.de acquir.re.do.& instit.de re.di.§.ferę.ver.planè. 2 Sed quid si vn⁹ in alieno venãdo vel aucupãdo aliqñd cepit,an teneatur restituere domino fundi?glos.format istã q.in d.l.diuus.& ibi firmat quòd non,per tex.in d.§.feræ.& l.fi.§.sed cum.C.de fur.& idẽ tenet gl.in d.§. Sed gl.in d.§.ferę.inst.de re.di.ver. planè.tenet cõtrariũ,sed cõmuniter primæ gl.tenẽtur.& dicit Ang.ĩ d.l. diuus.quòd gaudent nobiles & principes,ꝙ possint venari in fundo alieno.Et est ratio,qa solus ingressus est ꝓhibitus,nõ captura.d.§.feræ.cum alijs ĩ.alleg.Aliqui cõcordant dictas glo.vt glo.d.§.feræ.procedat in casibus post ꝓhibitionẽ.Sed dicit Flo. in d.l.diuus.ꝙ ista concordia nõ est tuta:quia priuati ꝓhibitio nõ impedit trãslationẽ dominij.l.ea lege.de

 cõdi.

cōdi. ob cām.l.si ita qs.§.si ea lege. ff.de ver.ob.no.Bar.in l.qui absenti. ff.de do.Vñ Flor. in d.l.diuus.aliter cōc. videlicet aut fundus cōsistebat in venatione, vel occupatione. tunc si quis ibi venetur, vel aucupetur do mino prohibēte,nō facit captū suū. ita intelligatur gl.d.§.feræ. Aut non consistebat in venatione vel occupa tione:& tūc captū efficitur capiētis. & ita procedant aliæ glo.contrariæ. pro hoc allegat l. venationes. ff. de vsuca.& l.vsufructuariū. ff.de vsufr. & per illa duo iura apparet, qñ venatio sit in fructu,& debeatur vsufru
3 ctuario. *Sed insurgit aliud dubiū circa prædicta, an possit venator ad huc in fundo retineri, vt reddat qđ percepit, Et glo. §.feræ.inst.de re.di, videtur sentire ꝙ sic,glo. d.l.diuus. dicit ꝙ nō, per d.§.feræ.in l.iij. §.j. ff.de acq.re.do.& in aut. vt nulli iudi. §.finautē. sed aget actione iniuriarū.si itrauit eo ꝓhibēte.l.iniuriarū actio.§. pen.ff.de iniu.& idē vult glo.in l.iij.§.j.ff.de acq.re.do.& ista opi.est vera,quā tenēt Cy.Bar.in l.j. §.omnia.eo.ti.& Ang.in d.l. diuus. qui dicit hoc esse not.quia iam vidit de facto in persona vnius nobilis de Odonibus de Perusio,q pro apris & capreolis nem⁹ alienū intrauit dño prohibēte,& multas venationes cœpit:oīs eñ venatio pertinet ad eum, & nulla violētia p dominū fieri pōt: sed tātūmodò actione iniuriarū cōtra eū agi poterit. Adde tñ ꝙ dñs poterit volēti ingredi fundū manu resistere,l.queād.circa prin.ff.ad l.Aql. & not.glo.in l.iij.§.planè,versi.iure
4 prohiberi.ff.de acqui.re.do. *Sed quid si fera bestia reperiatur in laqueum alienū? dic ꝙ erit occupātis. l.in laqueū.ff.eo.ti. Et ideo ꝙ in laqueo meo detinetur,nō efficitur meū: nisi illud manu capiā:vt ibi.& ita tenet ibi Bar.in prin.in his tamē seruāda est consuetudo loci, vel statuti, si reperitur:aliter tenendū est,quod s. dixi. Quia diximus quem posse ingredi fundū alienum,maximè causa venādi,& occupandi: quæro an hoc possit iure seruitutis,vel iure cuiusdam facultatis à iure cōmuni cōcessæ.dic,ꝙ iure facultatis pōt ingredi: & propter hoc licet quis pluries iuerit per fūdū alienū:nō tñ cēsetur iuisse iure seruitutis,nisi iuerit per xxx. dies infra annū.& semper pōt prohiberi ne vadat:sed postquàm iuit per xxx.dies,cēsetur esse in quasi possessione seruitutis, in qua est defendēdus, per tit.ff.de itine.act.pri. quousq; actū fuerit confessoria vel negatoria: vt l.j.in prin.§.j.s.eo.tit.& dixi plenè suprà de serui.iti. in vlt.q.princi. Sed in his quæ nō solēt cōpetere iure facultatis,sufficit semel aliqd fuisse gestū sciente & patiēte domino, vt dicatur fuisse in quasi possessione seruitutis:vt l.j.§. hoc interdictū. ff. de aqua quo.& æsti.& no.in c.cū ecclesia Sutrina.extra de cau.pos.& ꝓprie.& ita vult Pau.de Cast.in d.l. di-
5 uus.suprà de ser.ru.præd. *Quid si quis vulnerat ferā bestiā,& alius capit,cuius debet esse?dic capientis:vt instit.de re.di.§.illud.& l. naturalē.
6 §.illud.ff.de acq.re.do.*Et quæstio quotidiana,si lupus, vel miluus, vel accipiter,vel canis accepit auem,vel pecudē,vel aliud animal vni⁹:& quidam tertius accepit seu arripuit de canib⁹ vel de ore lupi,aut milui,&c. an teneatur restituere id, quod recuperauit priori domino, dic quod

sic:vt est tex.not.ff. de acqui.re.do.
7 l.Pompo.in fi. * Sed pone aliã qo. pulchrã: quidã accepit accipitrẽ, vel falconem cũ sonaleis argenteis in pedibus iunctis, an teneatur restitue re priori domino? Vide cõsiliũ Bar. quod incipit, omni modo cũ fuisset venatũ. aliàs dicitur tractatus de falcone editus per Bar. quem habeo in consilijs consi. cxxj. vbi plenè vide.
8 *Nũquid autẽ sit licitũ tendere retia seu laqueos, aut alia quælibet instrumenta ad capiẽdas venationes? dic ꝙ non: nisi ad vrsos, apros, & lupos capiendos: vt est tex. in c.nemo etiã retia. in tit. de pace te. in vsi. feu. qui tex. varijs modis intelligitur. Nã quidã intelligũt solùm in possessionibus Imperatoris. ar. l. ij. cũ ibi not. C. de noxa. Sed ista lectura notabiliter seruatur per l. qui foueas. ff. ad l.
9 Aquil. *Tertio modo alij intelligunt, ꝙ Imperator hoc statuit, & sit priuilegiũ militis, & nobiliũ, qui cũ canibus & auibus venãtur, vt tales habeãt solatiũ: vt alij inferiores rustici non possint venari, nisi ad apros, vrsos, &c. sicuti sunt statuta Ferrariæ. nec cõgruit tit. cõtra l. imperatores. ff. de in diẽ addic. & ideo Iac. de Alua. dat quartũ intellectũ: quia multoties ex talibus venationib[9] factis in alieno, domino prohibẽte, oriũtur rixæ & iniuriæ: qa armata manu dominus volẽtes ingredi potest prohibere: vt no. glo. in l. iij. §. planè. ff. de aqui. rer. do. ex qbus de facili potuisset perueniri ad violationẽ pacis. de qua loqtur ille tit. de pa. te. ideo Imperator prohibet expressè, vt nemo in alienis agris possit venari inuito dño: nisi ad apros, vrsos, &c. quasi velit, quòd si quis cõtrà faciat debeat puniri tãquàm turbator pa-
10 cis: vt eo. tit. §. si quis autem. *Potest etiã quintò modo intelligi ille §. qa in c. præce. induxerat Imperator prohibitionẽ armorũ: & quia in venationibus portãtur arma, dubitabatur, an sit licitũ venari cũ armis. & dicit ꝙ nõ: nisi ad ista animalia periculosa: & quicquid dicat de laqueo & reti: tamen intelligas ꝙ in pdictis venationibus sunt necessaria arma. & hoc videtur sentire Iaco. de Ardezoni, de Verona, in sua elegãti summa feudorũ, in tit. de pa. te. & Iac. de Alua. sequitur cũ in d. c. nemo retia. tu autẽ cõiungas quartũ & quintum intellectum, & habebis veritatem.
11 * Quotuplex autẽ sit venatio[a], &
a an, & quãdo sit licita[b] maximè cleri-
b cis monachis, vide glo. ordi. lxxxvj. dist. qui venatoribus donare. & ibi tex. & c. j. extrà ne cle. vel mona. & c. j. & ij. extrà, de venatore, vbi bene not. Et adde ꝙ in diuinis scripturis penitus nõ inuenimus sanctũ aliquẽ venatorẽ, piscatores inuenimus sanctos: vt dicit beatus Hierony. in psal. c. & habetur xxxvj. dist. Esau. & xxxiij. dist. quorundã. & no. Ang. in l. diuus. ff. de ser. ru præ. tamẽ nõ allegat dicta iura. & ratio ponitur per gl. in d. c. Esau. quia venatio fit cũ clamore, & maiori delectatione, quàm fiat piscatio, ideo est prohibita: & ꝑpter hãc delectationẽ, nũquàm venatoribus fuit concessa immunitas patrimoniorũ. tex. est in l. venatorib[9]. C. de excu. mu. li. x. & no. Ang. in d. l. diuus. vlti. de materia venationis & aucupationis, vide in d. c. qui venatoribus. & ibi gloss. magistra. in dicto c. Esau. ne cleri. vel mona. d. c. j. & Clene in agro. §. portò. & ibi gl. & Doc.

de sta.mona.& l.j.C.de vena.ferarũ. lib.xj & per Ioan.in summa, in rub. de vena.& p Host.in summa de causa pos.& prop. §.j.& alijs locis suprà allegatis.

12 *Cõuenit etiã ex prędictis quærere,an sit licitũ fossas aprorum vrsorúmue capiendorũ causa facere vel laqueos ponere. & dic si in itineribus fiunt, in eisq; bos, vel aliud animal ceciderit, factúmque deterius est: vel laquei ponuntur in loco pub. & pecus tuum in eos inciderit, potes agere contra facientes foueas, vel laqueos ponentes l. Aquil. nisi denũciassent prius domino, vel nisi prædicta fuerint in locis, vbi fieri solent: vt est text.in l. qui foueas. cum l.sequen. quæ incipit, quemadmodum. in prin.& ibi doct.ff. ad le. Aquil.de foueis vide quę dixi suprà in j.lib.de fouea.vbi etiã posui cui* sint foueæ, quę sunt inter duos vicinos.vide l.ij. §.prętereà.& ibi no.ff. de aqua plu.ar.

13 *Cuius aũt sint fossata, siue fossæ quę sunt inter viã pub. & fundum priuatũ, vide per Barto. in suo trac. Tyberiadis,in prima parte, de alluuione, in iij. & vij. col. & Bald.in l.riparum. in j col.in fi.& in l.itẽ lapilli. in secũda cõclusione.ff. de rerũ diui. & ibi etiã posuit, quis sit vsus fossarũ,& an, & quãdo fossæ debeant mẽsurari cũ agro vendito: & an sit licitum facere fossas,ex quibus aqua plu. noceat.l. vicinus. §. j. versi.sed si fossas.ff.de aqua plu.arc.

14 *Et adde quæ dixi suprà, de irrigatione, de sepibus, an sit licitum eas facere in finibus fundi sui.dic quòd sic.l.fi. quæ incipit, si quis sepem. & ibi no.ff.fi.regun.

a Venatio. *Venatio dicitur ars nequissima.lxxxvj.dist.qui uenatoribus.*

b Licita. *Venatio prohibita est tẽpore quadragesimæ & diebus ieiuniorũ.gl. lxxxvj dist.qui uenatoribus.*

De montibus. CAP. XXII.

Emphy

24 *Emphyteota, uel fructuarius, uel similes si incidant arbores fructiferas eo casu quo nõ possint, nũquid a iure suo cadant.*

25 *Cõcesserim si alicui, ut de nemore meo ligna incidere possit, & ad sui libitũ accipere, an posteà alteri concedere possim.*

26 *Promiserim si alicui, ut de nemore meo quadam ligna incidere possit, an pro libito suo incidere poterit.*

27 *Miles unus si in alterius nemore ligna colligere uoluerit, an possit.*

28 *Nemore in alieno si capreoli, uel cerui, uel alia animalia capiantur, domino ignorante uel contradicẽte, an capientis uel domini nemoris efficiantur, & an propria autoritate ea dominus retinere possit.*

1 LITVS* maris est,quatenus hybernus fluctus maxim* excurrit.l.litus.ff. de verbo.signi. & Insti. de re.di.§.flumina.sicut mare naturali iure cõmune est omniũ: ita & litora maris communia sunt.l.j. in fi. ff. de re.di. & Institu. eo.titu.§.j. & propter hoc nemo ad litus maris accedere prohibetur, dummodò à villis & monumentis & ædificijs se abstineat.l.nemo.ff.de re.di.& d.§. primo. *Litora in quibus populus Roma

Roma habet imperiū, populi Rom. esse dicuntur. l. litora. in prin. ff. ne quid in loco pu. quod intellige quo ad iurisdictionē vel protectionem. sed quo ad vsum, sunt cōmunia, vt d. §. j. & ibi glo. in ver. per hoc. & gl. in d. l. litora. quo verò ad dominiū, seu ad proprietatē, sunt in bonis nullius. vt §. litorū. Instit. de re. di. & ita etiā vult Bal. in rub. ff. eo. titu. in iiij. col. versic. sed quid si ædificiū. sicuti nullius iurisdictio est Cæsaris. & sic ista tria sunt diuersa, ꝓprietas, vsus, & iurisdictio, seu protectio. vt dicit Bal. secūdùm Iac. de Ra. in l. quædā. ff. de re. diui.

3 * In litore maris licitum est casam ponere, in qua piscatores se recipiāt. l. riparū. §. fin. ff. de re. di. & licitū est ædificare in mari, vt fecerunt Veneti: vt dixit Bald. in rub. de re. di. in iiij. colū. & dixi in titu. præcē. in prin. & quod quis in litore maris ædificauerit, ipsius erit, sed sublato ædificio vel collapso, iure quasi postliminij, reuertitur loc* in pristinā causam. & si aliud in eodem loco ædificauerit, eius fiet. l. in tantùm. in prin. ff. de re. di. & l. quæ in litore. in princ. ff. de acqui. re. do. secus si pro parte tātùm esset collapsum, vel si fundamēta ī totū remāsissent, vel ꝓ maiori parte: vt ibi, secundùm Bald. & quia dixi licitū esse ī litore ædificare, intellige nisi vsus publicus impediretur. l. in litore. ff. ne quid in loco pub. Item intellige quādo ædificando nemo sentit damnum. l. ij. §. aduersus. eod. tit. & intelligitur quis ædificare, quādo in litore pilas iactauerit. nō autem requiritur rei perfectio. l. ergo. §. fin. ff. de acqui. re. do. vt dixi in tit. præce. ver. sed quæritur num in mari. Item licitum est in litore maris retia desiccare, & ex mari ad litus deducere. l. riparum. in prin. ff. de re. di. & Institu. eo. tit. §. litorū. Item lapilli & gemmæ, cæteraq; in litore inuenta iure naturali statim nostra sunt.

4 * Item quid de terra, quæ est in mari, vel arena maris? dic idē, quod dixi de mari vel litore: vt d. §. litorum. in fin. & ideo licitū est cuilibet accipere gēmam vel arenā maris, & efficitur occupantis & exportantis. secus est de lapidibus & alijs, quæ in litore ex causa naufragij vel ex vehiculo alicuius ceciderūt, quia nō licet ea capere. imò qui accipit animo sibi acquirendi, magis quàm fur est: vt l. j. & ij. ff. de incē. ru. & nau. de quā materia vide in l. cū. & authē. nauigia. C. de fur. & Fede. de Sen. in cōsi. cij. quod incipit, domine Francisce. Idē esset quādo ex vi fluminis ligna vel rates, vel aliȩ res ad litus maris, vel ad fundū alicuius peruenerint. & ibi dicit elegāter,

5 * quòd si in fundū alicuius proiecta sunt lignamina vel vegetes, vel aliȩ res ex impetu fluminis, si agro noceant, si dominus agri vult fas & licitè facere, consiliū est, vt per iudicē fieri faciat proclamationes in locis vicinis, vt dominus res illas tollat intra certū terminū, aliàs illȩ res pro derelictis habeātur & occupāti concedātur: maximè si illȩ res sunt viles. ex causa nanque qs cōpelli pōt agere: vt not. in l. v. C. vt nemo inui. Hic autem subest causa, qa illȩ res nocēt agris alienis. dicit tamē quòd securior via esset, vt post aliquod tempus post dictam proclamationem venderentur dictæ res, & pretium pauperibus erogaretur. arg. c. cum tu. extrà. de vsu. cū simi.

quæ not. quia sæpe cōtingit vbi sunt flumina rapida & torrentia.

De portu. CAP. XXVIII.

1 *Portus, statio, & angiportus quid proprie sint.*

2 *Portus & flumina publica sunt, licet ciuitates Italiæ de consuetudine ea sicut imperium, præscripserunt.*

3 *Portus omnis in solo insulæ est.*

4 *Portus maris hominum ingenio fabricati, an omnium populorum publici sint, an uero ædificantium.*

5 *Testamentum factum in portu ciuitatis Soldani, an dicatur factum in terris Soldani.*

6 *Moles in mari proiectæ causa faciēdi vel muniendi portus, an iaci possunt.*

1 PORTUS* est[a] locus conclusus, quò importantur merces, atque inde exportātur: eaque nihilominus statio est conclusa, atque munita: inde angiportū. l. portus. ff. de verbo. signi. Et dicitur locus conclusus, id est, locus vbi rates morantur & stāt, secundùm gloss. ibi. Statio verò dicitur à stando. & ideo stationis verbo is locus demonstratur, vbicunque naues tutè stare possunt: vt l. j. §. stationem. ff. ne quid in flu. pub. Angiportum dicitur strictus portus.

2 *Portus & flumina publica sunt. l. nemo. in fi. ff. de re. di. & Insti. eod. §. j. & ideo ius piscandi cōmune est omnibus in portu fluminibusq́; Insti. de re. di. §. flumina. quo ad iurisdictionem, portus sunt Cæsaris, vel illius domini, vel ciuitatis, vel territorij, in quibus sunt: vt c. j. in prin. in titu. quæ sint regalia. in vij. feu. & ideo vectigalia seu redditus illius portus prouenientes ex mercibus, sunt de regalibus, & dicūtur publica vectigalia: vt d. c. j. & l. inter publica. §. fin. ff. de ver. sig. & propterea spectāt ad Cæsarē, vt d. c. j. quod intelligo, nisi dominus ciuitatis vel territorij illi* loci, in quo est port*, habet regalia: quia tūc ad eum spectāt illa regalia. Et quādo Papa, vel Imperator facit aliquē regē, quærūtur sibi omnia regalia quasi specialiter cōcessa, secūdùm Bal. in d. c. j. circa fi. & vide quę statim dicam j. ver. sed quæro iuxta pdicta. Hodie vero ciuitates Italiæ sibi de cōsuetudine præscripserunt merum imperiū, & ita portus & flumina, licet de iure cōmuni sint principis: vt d. cap. j. pro quo facit gloss. magna in fi. §. iusiurandum. in auth. de defen. ciui. secundùm Barto. in l. quominus. in ij. col. in fi. ff. de flu. & dicā in tit. seq.

3 *Et adde, q omnes port* in solo sunt insulæ. l. Cæsar. ff. de pu. & ideo dicit ibi Bar. si quis in portu insulæ ciuitatis Pisanæ deprædatur, potest puniri in ciuitate, sub qua est insula. Circa quod vide quę dixi in ti. de mari.

4 *Sed quæro iuxta prędicta, an portus maris ingenio hominū fabricati sint publici omniū populorū, an verò ædificātiū. & videtur q sint publici: p ea quæ s. dixi. In cōtrariū videtur q sint ædificantiū. l. in tātùm. in pri. ff. de re. di. Itē videtur q sint cōes, sicut aqua est cōis. dic secūdùm Bal. in ru. ff. de re. di. in vj. col. in prin. q ædificia sunt ædificantiū, sed portus sunt publici.

5 *Et ex his insurgit vna pulchra dubitatio, an testamētū factū in portu cuiusdā ciuitatis Soldani, dicat factū in terris Soldani. Et Bal. ibi dicit, q tēpore suo hoc fuit reuocatū in dubiū. Et dicatur q nō, qa port* est publicus, & ita Christianorū, sicut Saracenorū. nā hoc est introductū de iure

iuregentiū.Cōsequētia aūt inferebatur ex prædictis:l.hoc legatū.de leg. iij.Sed Bal.in l.iustitia.ante fi.princ. pij.ff.de iusti.& iu.dicebat se consuluisse super testamēto cuiusdā facto in Barbaria duobus testibus, ipsum valuisse:quia cū nō appareat,quę forma test.Idi ibi seruet,præsumitꝙ seruetur ius gen.tanquā æquissimū.ar. l.omnes populi.in fi.ff.de iust.& iure.Idē vult Bar.in l.j.C.queād.test.ape.qui similiter dicit,ꝙ de facto cōsultus fuit sup quodā testamēto vni* mercatoris de Ancona,facto in terra Soldani Babylonię,& dixit valere testamētū factum secūdū merum ius gentiū,quod præsumit ibi vigere nisi cōtrariū ꝓbetur,cū sit tale ius gē. apud oēs,sicut cōsuetudo in dubio præsumenda.nā istud ius gē.est bonū & æquū,ideo seruandū.& potius seruare debem* ius ea.quàm ciuile: quia illud inhæret iuri diuino, sed sub lege diuina sunt oēs populi & nationes,sed ius ciuile nō viget vbiq; locorū.facit c.quod sup.extrà de voto.& adde q̄no.Bar.&Doc.in l.qui à latronibus.in pri.ff.de test.& Ang.& Doc.in d.l.ij. C.quemad.test. ape.& Doc.in l.si non speciali.C.de testa.

6 *Reperiūtur etiā moles in mari ꝓiectæ causa faciēdi vel muniēdi portū,quas in mari quis iacere pōt,maximè ea de causa:vt l.ij. §.aduersus. ff.ne quid in lo.pu.& si maritus haberet in dotē ciuitatē vel territoriū iuxta mare,& iaceret moles in mari ꝓ portu faciendo vel muniēdo,vel pro muniendis muris ciuitatis vel castelli dotalis,diceretur impēsa necessaria:vt l.j. §.inter necessarias.ff. de impen.& de istis molibus loquitur Virgilius in primo Aene.dū de Carthagine loquens dicit, Miratur molē Aeneas,magalia quōdā.& ciuitas Neapolitana habet istā molē in mari,quæ vulgariter el molo appellatur.quam Alphonsus rex mirificè instaurauit,intra quam est notabilis portus ciuitatis Neapolitanæ.

a Portus. *Portus est de regalibus principis.Bal.in c j.in prin.quæ sint rega.*

De naui. CAP. XXIX.

1 *Seruitus naui imponi non potest,ut cū in portu erit,semper merces deferre teneatur.*

2 *Seruitus nauigandi,si locus perpetuus in tuo fundo sit,ut ad fundum meum perueniatur,imponi potest.*

3 *Seruitus aquæductus cur ex lacu fieri non possit.*

4 *Arbores si dominus cadere voluerit,& nauta arboribus nauem ligare velit, quid iuris.*

5 *Nauigationis tēpus esse dicitur à Calēdis Aprilis usq; ad Calēdas Octob.*

1 SERVITVS*naui imponi non potest:vt cùm erit in portu,semper teneatur deferre merces: quia seruitus non potest imponi,quæ de facili extinguitur,& sic nec naui ex quo de facili consumitur & modicum durat,licet ex nouis tabulis conficiatur:vt not.Angelus in d.l.foramen.Nec obst.quòd domo imponitur seruitus, & tamen aliquando ruit:quia illud rarò contingit,ideo nō cōsiderandum.l.nam ad ea.ff.de legi.& ita vult gl.& Ang.in d.l.foramē.in fi.& ex prædictis sequitur seruitutē iumentis imponi non posse, nec hominibus,quia de facili moriūtur,& perpetuam causam nō habēt. & ideo lex appellat operā seu ministerium serui,non seruitutem.& intellige in prædictis seruitutem imponi

nō poſſe iure ꝓpriꝙ ſeruitutis, ſed bene pōt valere iure obligationis ꝑſonalis, ꝑ no. in l. vt pomū. ff. de ſer. & l. pecoris. ff. de ſer. ru. præ. & l. Me
2 la. §. fi. de ali. & ci. le. *Seruitus autē nauigandi, ſi lacus perpetuus in tuo fundo eſt, vt perueniat ad fundum meum, imponi pōt. l. via cōſtitui. §. ſi
3 lacus. ff. de ſer. ru. præ. *Sed q̄ eſt rō, q̄ ſeruitus aquæductus ex lacu fieri nō pōt, vt d. l. foramē. §. oēs. & tamē ſeruitus nauigij imponi pōt, vt ibi. Reſpōdeo ſecūdū Henricū: quia quādoq; erit nauigiū, quādoq; verò nō. aquæductus verò cōtinuè. Vel hoc fauore nauigij. Vel dic & tertiò, quòd per nauigiū nō minuit aqua, ſed per aquæductū ſic. ita no. gl. in d. §. omnes. & d. l. via cōſtitui. §. ſi lacus. in ver. nauigādi. Licitū eſt nauigātibus naues ad ripas applicare, funesq; arboribus ibi natis religare. l. riparū. in pri. ff. de re. di. & Inſti. eo.
4 §. riparū. *Sed quid ſi domin⁹ vult incidere arbores, & nauta vult ligare nauē arboribus? vide gl. in dictis iuribus, & Bal. in l. itē lapilli. in pen. col. in fi. ff. de re. di. & quod dicam in tit. de ripa. Nauis vſuf. legato, nauigatiōe vti pōt licet naufragij pericu. ū immineat. nauis enim parat vt nauigetur. l. arborib⁹. §. nauis. ff. de vſuf. dūmodò nauigetur tēpore nauigationis, & nō alio. ff. de rei ven. l. non vtiq;. §. fi. & l. nauis. &. C. de off. rec.
5 prouin. l. ciuitas. *Et dicitur tempus nauigationis eſſe à Calendis Aprilis, vſq; ad Calēdas Octob. vt l. quoties. in fi. C. de nauf. lib. xi. & no. glo. fi. in l. qui petitorio. de rei vēd. dicit tñ Bar. in d. l. quoties. in fi. & in hoc ſtādū eſſe cōſuetudini, ſi facit illud, qđ feciſſet dilıgēs nauicularius, quādo illa lex nō ſeruatur in tēpore, qđ eſt aptū maximè apud Venetos, qui omni tēpore nauigāt. Redditus nauigiorū ſunt de regalibus, ſicut plauſtrorū. c. j. quæ ſint regalia. & ibi no. Bal. hodie ſecus eſt in Italia, quia ciuitates de cōſuetudine ſibi hoc præſcripſerūt, vt dixi in titu. præce. verſi. hodie ciuitates. & de priuilegijs nauiculariorum, & quando priuilegio vti liceat, vide l. ſemper. §. nauigatores. cū gloſ. ma. ff. de iure immuni. & Hoſti. in ſumma, in ti. de peregri. & de materia nauigationis & nauiculariorū, vide in toto ti. C. de nauicula. & tit. ſe. de prædijs naui. & in alijs ſe. videlicet in ti. de nauibus nō excu. & de naufr. de claſſi. lib. xi. & toto ti tu. ff. nau. cau. ſta. & titul. ff. & C. de nau. fœn. & in aut. de nau. vſu. col. ix. & ff. ad l. Rho. de ia. l. j. & ij. & l. ſcapham. ff. de euic. Bald. in l. j. §. de exercitoribus. ff. nautæ cau. ſtab.

De lacu. CAP. XXI.

1 *Lacus eſt, qui perpetuā aquam habet.*
2 *Stagnum eſt, quod temporalem continet aquam ibi ſtagnantem.*
3 *Lacu uel ex ſtagno aquæductus ſeruitus concedi non poteſt.*
4 *Seruitus aquæ tollendæ per totum ex lacu an imponi poſsit.*
5 *Interdictum de fonte, in lacu etiam locum habet.*
6 *Lacuum ſeu ſtagnorum alluuione ſi uni aliquid detrahatur, & alteri addatur, quid iuris.*
7 *Lacus fructum ſi à Peruſiȷ cōmuni emerim, commune autem habebat ibi proprias naues ad piſcādum, quarū etiam uſum nolo, quid iuris.*

LACVS,¹ eſt, qui perpetuam habet aquam. l. j. §. lac⁹. vt in flu. publi.

publ.na.li.& gl.in l.foramen,§.j.in ver.lacus.ff.de ser.vr.prę.dicit,Lac* est,qui viuā habet aquam,nō tamen inde exeuntem.alle.d.§.lacus appellatur,sicut est lacus Gardæ,qui habet aquam exeuntē & facientē initiū.& hoc attestatur Plinius dicēs,Lac* est Italiæ,natus in agro Veronensi ini-
1 tium omne trāsmittens. * Stagnū a
2 est,quod temporalem continet aquā ibi stagnantem, quæ quidē plerūq; hyeme agitur.d.l.j.§.stagnū.& not. gl.in d.l.foramē.§.j.in ver.lacus.& de vtroq; habetur per gl.in l.vicin*.
3 §.lacus.ff.de aqua plu.arcē. *Ex lacu vel stagno seruitus aquæductus concedi non potest.d.l.foramen.§.j.Et ibi ponitur ratio in tex.& gl.sed seruitus nauigij imponi potest.l.via constitui.§.si lacus.ff.de ser.ru.præ. & quæ sit ratio differentiæ,ponitur in gl.& dixi in ti.præce.ver.seruitus
4 autem nauigandi. * Sed an seruitus aquæ tollendæ per totum ex lacu imponi possit,vide tex.gl.& Docto.in l.ij.ff.cōmunia prę. *Interdi-
5 ctum de fonte habet locum etiam in lacu.l.j.in prin.ff.de fonte.& dicam j.de fontibus.Lacus nec crescit nec decrescit,licet quandoque aqua crescat vel decrescat.l.vicinus.§.lacus.ff.de aqua plu.arc.Et ideo lacus & stagna licet interdum crescāt,interdū decrescant,suos terminos tamen retinent.ideo in his*ius alluuionis locum non habet.l.lacus & stagna.in prin.de acqui.re.do.& l.Rutilia Pol-
6 la.ff.de contrahen.emp. *Sed circa hoc conclude.Quidā lacus & stagna priuata sunt,tunc non est dubium,qđ per alluuionē neq; vni detrahit,neque addit:sed locus ille qui aqua lacus vel stagni inundatur, remanet eius,cuius prius fuerat.d.§.lacus& d.l.lacus.Quidā sunt lacus & stagna publica,& hoc duob.modis esse potest.quādoq; enim sunt publica,id est reipub.vt ibi nullus piscari possit,nisi illi cui respub.commiserit,vt in lacu Perusino:& tunc idē si priuatus.l.sed & Celsus.ff.de contrahen. emp.quandoq; sunt publici,& in vsu publico,quia per eū quilibet trāsit, & in eo piscatur quilibet ad placitū: tūc addit & detrahit per alluuionem sicut flumina pub.ff.de verbo.sign. l.litus.ff.vt in flu.pu.na.li.l.j.& ita no.Bar.in trac.Tyberia.in iij.colū. ver.de lacu verò & stagno.& vide Bar.& Doc.in d.l.lacus.& d.l.Ruti-
lia Polla. *Sed pone,emi à commu- 7
ni Perusij fructus lacus:cōmune autem habebat ibi proprias naues ad piscandum, quarum vsum volo:cōmune negat,quid iuris?dic qđ debeo habere:quia red-gor ad instar vsufructuarij vel conductoris.ff.loca.l.sed addes.§.illud facit.ff.de vsufr.l.item si fundi.§.seminarios.secūdū Bald. in l.fundo.C.de ver.sig.in lacu Perusino.vide gl.in l.ea.ff.de fun.instru.

a Stagnum. *Stagnum publicum an potest piscari impune,uide Spec.de causa poss.& proprie.in princi.in viij.col.in uer.octauū est,ut liceat.*

De fluminibus. CAP. XXXI.

1 *Flumen quid sit,& de eius multiplici differentia.*
2 *Torrens est,quod hyeme currit.*
3 *Flumen a riuo in quo differat.*
4 *Fluminis publici cuius sit usus,si proprietas esse dicatur.*
5 *Loco publico,sicut sunt flumina,&c. ædificare non licet.*
6 *Fluminum publicorum usus cōmunis est,sicut uiarum publicarū & litorū.*

Sta

7 *Statutum si dixerit, quod gentes loci teneãtur sequi usq; ad alueum nouũ fluminis, an ultra alueum desiccatum gentes sequi teneantur.*
8 *Fluminis caput est, unde aqua nascitur.*
9 *Flumen si in agrum meũ lignamina duxerit, an mea efficiantur, remißiuè.*
10 *Villæ alicuius uel castelli dominus si locauerit dictam uillam, uel territoriũ, uel terrena loca, an riuos aquarum, uel pontes, uel alia syluestria loca locasse uideatur.*
11 *Concedam si tibi castrum cũ toto territorio. an in ea concessione locus syluestris, uel usus ueniat.*
12 *Castro concesso munitiones quæ ad castri defensionem existunt, concessæ intelliguntur.*
13 *Flumina nunquid ueniant in concessione feudorum regalium, si fortè usq; ad tale flumen cõcedantur, uel de tali flumine usq; ad tale.*
14 *Dictio Ad, cuius naturæ sit.*
15 *Flumen si nauigabile sit, prætor concedere nequit aquæductum ex eo fieri.*

1 FLVMINA* quædã sunt perẽnia, quędã torrentia. Perenne est
2 illud, quod semper fluit. *Torrens est, quod in hyeme currit. si tamẽ aliqua æstate aruit, qui aliàs per hyemẽ fluebat, nõ ideo minus perẽne. l. j. §. itẽ fluminũ. ff. ne qd in flu. pub. facit. l. j. §. duo suntgenera. ff. de aqua quoti. & æsti. Fluminum quædã sunt publica, quedam nõ publica. Flumẽ est, vt Cassius diffinit, qd perenne sit. d. l. j. §. fluminũ. Sed omnia penè flumina perẽnia sunt l. nemo. §. fi. ff. de re. di. Et dicitur perenne, propter ea flumina, quæ ad tempus fluunt, vt Rapo, Melocellon, & quę sunt priuata: vt dicit gl. & est in §. flumina. Instit. de re. di. qui dicit, flumina omnia publica sunt. debet intelligi de fluminibus perpetuis, vt est Padus & Rhen*. secundũ gl. ibi. priuata verò flumina sunt, quæ manu extracta sunt. l. j. §. si fossa. ff. de flu. & no. gl. in d. l. nemo. § j. & d. §. flumina. quæ exemplificãt de fossatis in agris positis, quæ cresc ũt & decrescut. Fluminũ qdã sunt nauigabilia, quędã nõ. l. j. §. in fluminũ. cũ §. sc. & l. quominus ff. de flu-
3 mi. & l. j. ff. ne quid in lo. pu. *Flumẽ à riuo magnitudine discernẽdũ est, aut existimatione circũcolentiũ: vt l. j. §. j. ff. de flu. quẽ tex. no. ad probãdum ꝙ sit flumen, aut in cuius territorio sit: quia recurrendũ est ad existimationem seu opinionem circũcolentiũ, & propterea debent accipi testes fluminis: & etiã est faciendũ, quãdo dubitatur de aliquo opere, de quo nõ extat memoria: vt per Mar. Sil. & Rapha. Ful. in l. si arbiter. in fi.
4 in ver. audissent. ff. de proba. *Dicamus primò de flumine publico, & primò cuius sit proprietas a & vsufru. Et dic proprietatẽ esse Cæsaris: quia flumina sunt de regalibus. c. j. q̃ sint rega. & l. flum. in prin. ff. de dãn. infect. & ibi Ang. tenethoc. Sed hodie ciuitates Lombardiæ cũ sibi de consuetudine vel ex priuilegio pacis Constantiæ acquisiuerint merũ imperium & regalia, vt dicit gl. not. in aut. de defen. ciui. §. iusiurãdum. in gl. magna. in fi. & per Bal. in c. j. in prin. in fi. ij. col. in ti. de pace te. & latè per Ang. de Are. in l. illud. la ij. de ap. licet Bal. in c. domino guerrã. ante fi. in prin. in ti. hic finitur lex, dein incipi. cõsue. re. aliter dixerit, & quæ sunt in Lõbardia, sunt illius, in cuius territorio fluũt. & ita tenet Bar. in l. quominus. in ij. co. in fi. ff. de flu. quĩ plus

plus dicit, quod etiã ciuitates totius Italiæ præscripserunt sibi merũ imperiũ, & flumina secũdùm ciuitates Lõbardiæ. pôt etiã iuuari titulo de pace Cõstantiæ, & adde quæ dixi s. de portu, vers. hodie verò ciuitates Italiæ. & titulo de nauigio, circa fi. aliæ verò ciuitates extra Italiã, quę habẽt regalia, dicũtur habere proprietatẽ fluminũ, quæ sunt in earum territorio, & nõ alię. & hoc vult Ange. in d. l. fluminũ. in princ. *Et ex prędictis sequitur, quod sicut in loc. pũ. regulariter nõ licet ædificare. l. j. & ij. ff. ne quid in lo. pu. ita nec licet in flu. pu. ædificare, nisi autoritate publica, puta principis vel senatuscon. l. ij. §. si qs à principe. ff. ne quid in loc. pu. & l. si i pub. §. fi. & l. qd principis iussu. ff. de aqua plu. ar. vel autoritate populi, per cuius territoriũ discurrit, si ille populus habet regalia, vt populus Bonon. vnde in flumine Rheni licitè cõcedet potestatẽ ædificandi molendinũ priuato, dũ tñ sine incõmodo cuiuscunq; fiat. d. l. fluminũ. in prin. & hoc no. Ang. & Doc. Idẽ si cõcedatur p leg. municipalẽ, id est, statutũ d. populi. l. ij. in ver. j. ff. ne quid in lo. pu. & l. prohibere. §. planè. ibi, si non lex mun. ff. qd vi aut clàm. Idẽ si cõcedatur p administratores ciuitatis, q habet regalia. d. §. planè. Et vide quę ibi no. Bart. Sed si populus aut ciuitas non haberet regalia, seu merũ imperiũ, nõ posset concedere ius ædificãdi in flu. pu. ex quo publica flumina sunt de patrimonio Cęsaris. d. c. j. q sint regalię. secundũ Ang. in d. l. fluminũ. & dixi s. circa prin. Et prædicta intellige in flu. pu. nauigabili: secus si est flumen nõ nauigabile. nã flumina pu. sunt iuris cõis, quia de iure cõmuni in flu. pu. sine cuiuspiam iniuria absq; alia impetratiõe ædificari potest, si nõ est nauigabile, nec specialiter vetetur per principẽ vel senatũ, & similes. l. quominus. ff. de flu. & vide quæ no. Bal. in rub. ff. de re. di. in v. col. cũ seq. vbi ponit an & qñ qs possit in flu. pu. ędificare. & adde prædictis omnino quę plenè dixi s. in tit. de ser. vr. in q. x. cũ q. se. vbi plenè examinaui an & quãdo loca puta viæ & flumina possint vendi seu alienari: & qñ ædificatur in flu. pub. an debeat caueri de dam. infec. vide in d. l. fluminum. in princ. & ibi Doct. *Vsus autẽ fluminũ publicorũ cõmunis est, sicuti viarũ publicarũ, & litorũ: vt pbatur i l. ij. §. j. ibi. loca enim publica vtiq; priuatorum vsib. deseruiũt. ff. ne qd in loc. pu. Et ista cõmunio hoc inducit, vt ius piscandi omnib. cõmune sit, vt in fluminib* & portu. §. flumina. Insti. de re. di. & ibi gl. & Doc. & Bald. in l. itẽ lapilli. ij. q. ff. e. ti. & vide q dixi s. de ser. aquædu. in viij. q. princ. ver. & ex prædictis sequitur decisio multarũ q. circa fi. Itẽ ista cõmunio inducit, vt locus sit præoccupationi. l. ij. §. j. ne quid in loc. pu. & p hoc patet decisio, de duobus plaustris inuicẽ sibi obuiãtibus, qa deferendũ est ei, qui primò viã intrauit, quia præoccupauit sibi vsum & appropriauit. Sed si simul, erit locus gratificationi: & si via est capax amborũ curruũ, inuicẽ sibi cedere debẽt: secundùm Ang. & Doct. in l. fluminũ. & de dictis plaustris sibi obuiantib. vide gl. & Doct. in l. per agrũ. C. de ser. & gl. in d. l. ij. §. j. ff. ne qd in lo. pu. & idẽ dicas de duab. nauibus inuicẽ obuiantib. in flumine vel riuo, eadẽ ratione. Fluuius

uius est ipsa aqua fluens, quæ est eadē, sicut vinū, licet de dolio ī doliū sit mutatū. ita dicit Bal. ī ru. ff. de re. di. in xiij. col. in fi. ver. fluuius autē. al legat qd no. in l. si vsusfru. ciuitat. ff. qui. mo. vsusfru. amit. Et quero quomodò agnoscatur, quando alueus sit mutat⁹. dic qn desinit esse prima forma, id est, qn sic excreuit, ꝙ aqua aliā fluit. l. adeò. §. ꝙ si toto. ff. de acqui. re. do. sed nō credo simpliciter esse verū, ꝙ flumē sit aqua fluēs, imò constat ex aqua & alueo. l. pe. & ibi gl. ff. de flu. & facit quod dixi s. de la
7 cu, circa prin. *Sed pone statutū dicit, ꝙ gentes loci teneātur sequi vsque ad alueū nouū fluminis, & an vltra alueū desiccatum teneātur sequi gentes: vide Guil. de Cu. in l. de quibus. ff. de legib. vbi etiā declarat, si flumen mutauit alueū, an ius quod primò habebatur sup eo remanet. & de ista mutatione aluei fluminis, vide quæ plenissimè scripsi s. in tit.
8 de ser. xij. q. prin. *Caput fluminis dicitur vnde nascitur aqua. text. est in l. j. §. hęc interdicta. ver. caput. ff. de aqua quo. & æsti. vt est tex. cū gl. in l. seruitus aquę. ff. de ser. ru. prę. & ita vult Bart. in tractatu de insula, in vij. col. q dicit, ꝙ caput fluminis est vnde flumen originē cepit, vt si ex fonte, ipse fons sit caput. & ibi dicit esse princ. seu initiū, in d. ver. caput. & eodē modo pes, & finis fluminis dicitur locus, vbi terminatur: scilicet mare, in quod intrat, vel aliquod flumē. & habetur plenius p Bal. in l. j. in xj. col. ver. & est notādū, ꝙ agri. ff. de re. di. Flumina publica dicūtur communia, eo ꝙ omnibus animantibus permittitur his vti publicè, sicut cōmunibus, & lauādo, & bibendo, vel similia faciendo: vt no. gl. in l. itē lapilli. ff. de re. d. Itē aqua fluminū publicorū est cōmunis c qa cōceditur occupanti, & animalib. irrationalibus: vt not. glo. in d. l. itē lapilli. ff. de re. di. & propterea dicit ibi Bal. ꝙ licitū est exportare aquā de flumine, & exportantis efficitur, nisi propter hoc efficeretur omnino deterior nauigatio. l. quominus. de flu. & similiter ex aqua fit sal, si extrahitur de flumine, vel mari, vel arena, & efficitur occupantis. quod no. Nā flumina cēsitorū vice funguntur, vt ex priuato in publicū addicāt, & ex publico in priuatū: & sic, vni dāt & alteri. l. ergo. §.
9 flu. ff. de acq. re. do. *Sed nunqd si flumē ducit lignamina in agrū meū, an efficiātur mea, vel quid iuris sit? vide quæ scripsi s. de litore maris in fi. & Bald. in rub. ff. de re. di. in xj. col. in fi. ver. sed & nūquid trabes & ligna. & vide Doct. maximè Pau. de Ca. in l. hoc amplius. §. de his. ff. de
10 dam. infect. *Si dominus alicuius villæ vel castelli, locauit dictā villā, vel castellū, vel territoriū, vel terrena, nō videtur locare flumina, vel riuos aquarū, nec pontes, nec alia loca syluestria ad culturā penitus inhabilia: nisi inquantū aqua est expediens ad culturā, & de residuo dictæ aquæ poterit vti dominus pro collibus & prædijs suis: vt est casus mēti tenendus. l. j. C. de manci. & col. li. xj. & ibi hoc no. Bar. singulariter. & idē tenet Ludo. de Ro. in suo singula. lxiij. qd incipit, sed no. mirabile casum. qui
11 plus dicit. *Si cōcedo tibi castrū cū toto territorio, in ea cōcessione nō venit locus syluestris, nec vsus, p d. l. j. Sed aduerte ne decipiaris, quia si Lu. intellexit verbū, cōcessione plenaria,

naria, puta donatióne, vel vēditiōe, sicut capitur in l. fi. ff. de dona. fortè nō diceret verū, quia eo ipso quod princeps donat castrū cū territorio, donare videtur etiā loca syluestria & flumina, p c. j. cū ibi plenè no. p Bal. in tit. de capita. q eu vendidit. & per ea quæ no. Bal. in c. j. §. ad hoc. in ti. de pa. iura. fir. & c. j. §. si qs de māso. in col. iij. tit. de controuer. inuesti.
12 * vbi dicitur, quod cōcesso castro, intelligūtur cōcessę & munitiōes, q̄ sunt ad defensionē castri ibi positæ perpetua patris sui destinatione, quāuis nō sint infixæ vt machinę, ballistę, & similia. qd not. Sed si intellexit verbū Concedo, pro locatione, vel emphyteusi, sicut loquitur d. l. diceret verū, & ita loquitur Bar. ibi. & ita saluari potest dictū Lud. quia verbum Concedo, generale est, & accipitur secundū naturā contractus, cui adijcitur: vt no. Archi. in c. j. in verbo Cōcedat. de vsu. lib. vj. facit c. j. de iniu. eo. li. In diuisionibus regnorū veniunt & cedūt flumina, secūdū Archi. xiiij. q. j. ecclesias. quē sequitur Bald. in c. j. §. si qs de manso. in pen. colū. ad fi. in titu. de cōtrouer. inue. & Al-
13 be. de Ro. in rub. C. fini. regun. * Itē nunquid flumina veniant in cōcessione feudorū regaliū, si fortè concedantur vsq; ad tale flumē, vel de tali flumine, vsq; ad tale? & Archi. format istā q. in d. c. ecclesias. qui dicit, quod p illā dictionē de, & vsq;, vtrūq; flumē venit, & vnde incipit, & vbi fluit.
14 * De dictione ad, satis potest dici, quod sit adiunctiua secundum eum, vt refert & tenet Bald. in d. §. si quis de manso. pe. col. & Albe. in d. rub. C. fi. regun. Si flumen est in cōfinio duarum ciuitatum vel territorium, in dubio commune præsumitur esse, & iurisdictio cuilibet ciuitati competit, vel in ipso flumine vsq; ad medium fluminis, quia omnia sunt in confinio eorum, qui ab vtraq; parte possidēt. l. arboribus. ff. cōmuni d. l. ij. §. præterea. ff. de aqua plu. arcen. & l. adeo. §. fi. ff. de acqui. re. do. Vnde circa ea quæ cōmittuntur in ipso flumine, quilibet habet iurisdictionem vsque ad medium fluminis. & ita tenet Barto. in tractatu Tyberia dis, in x. col. ver. item videndum est. & idem no. Bal. in c. ex his. in pe. col. ad fi. extrà, de probat. quod intellige, nisi appareret cōtrariū: puta quia alter dominorum, vel vna tantū ciuitas totum flumen possedisset, nominando ipsi: vt dixi s. de mari, ver. sed dubitari potest. vel nisi esset flumen priuatum vnius: quia tunc idē iudicari deberet, sicut de fundo priuato, vt statim dicetur de flumine
15 priuato. * Si flumen est nauigabile, non potest prætor concedere ductum aquę ex eo fieri, quia flumen minus nauigabile efficiat. Idemq; est & si propter hoc aliud flumē fiat nauigabile. l. si plures. §. fi. ff. de dā. infect. & ibi Doct. & l. quominus. & ibi per gl. & Bar. plenè. ff. de flu. Nemo tamē poterit ædificare in flumine publico etiam non nauigabili, puta faciendo clusam molendini, immittendo trabes vel cæmenta in ripa vicini eo inuito: quoniam immittens habet solum vsum, vicinus autem proprietatem & vsum: ergo eo inuito vsufructuarius ædificare non potest, quantumcunq; conditionem proprietarij meliorem faciat. l. vsuf. nouum riuum. ff. de vsuf. & l. fi. ff. de vsu. & habi. & ita vult Ang. i l. flumi-

num.in prin.ff.dē dam.infe.& habetur per Bart.in d.l. quominus.& adde q dixi s.in tit.de seruitute aquæduct.in v.q.princip.& in j.lib. iij. q. prin.& quæ no.Bal.in ru.ff.de re.di.

a Propriet. *Flumina dicuntur esse Imperatoris uniuersaliter: sed in dominio particulari sunt locorū uicinorū. Bal. in l.pe.col.iiij.C.de cond.inser.*

b Ius piscandi. *Flumine publico ut liceat piscari & nauigari & similia, ui de Specula.de causa pos.et proprie. §. iij.uersi.vj.& seq.usq; ad fin. & ne quid in flu.publi.*

c Est cōmunis. *Fluminis publici aqua an potest impunè duci ad fundum uicini, uide Spec.de causa poss.et proprie. § iiij.uer.aliud quoque.& j.*

De flumine priuato.

CAP. XXXII.

1 *Flumina priuata quæ dicantur.*

2 *Fossata an cauari debeant & mundari per colonum, uel dominum.*

1 DIXIMVS* de flumine publico, nunc dicamus de priuato. Priuata flumina sunt quæ ad tempus fluunt, vt Rapo, Meloncello.n.l.j. §. fluminū.ff.de flu.Item illa quę sunt manufacta.l.j.§.si fossa.ff.eodem titulo.& ita no.glo.in l.nemo.§. j. ff. de rerum diuisione.ideo etiā dicuntur flumina priuata, vt fossata in agris posita, quę crescūt & decrescūt. in l.prima.§.ij.ff.de flumi.& d.l. nemo.in fi.& no.glo.in §.flumina.Institu.de re.diui.& dixi s.circa princ. & idē not.Bald.in l.itē lapilli. in ij. cōclusione.ff.de re.diui. qui dicit q priuatum flumē est, quatenus in suo ingreditur, & non semper fluit, vt sunt gurgites, & quædam fossata, quæ continuationem non habent. Quæ enim crescūt, publica sunt. d.l. nemo. §.j.& vide Bal.in d.l.itē lapilli.in ij.col.ad fi.Item flumen priuatū dicitur, quādo esset i dominio vni* tantū, puta quia incipit ex fonte, qui in agro suo oritur, & discurrit per sua prędia vsque ad flumen publicū, vel mare.arg.l.si quis diuturno.ff. si ser.ven.Item potest dici flumen priuatum, cùm proprietas vel iurisdictio cōpetit vni tantū domino, vel ciuitati, tanquàm eius: quia respectu aliorū, est priuati iuris, illius domini vel ciuitatis, in cuius territorio est, vel qui in eo habet iurisdictionē, & propterea per alluuionē, hoc est per additionē vel detractionē, quæ fit à flumine, non additur vel detrahitur iurisdictioni, sicut dictū est de lacu. ff.de cōtrahen.emp.l.Rutilia Polla. & ff.de aqua plu.arc.l.vicinus. §. lacus.& ff.de acquiren. re.do.l. lacus. & ita vult Bar.in tracta.Tyberiadis, in x.colum. versi.item videndū est. Cuius autem sint ista flumina priuata & fossata, vide s. in ti.de fossatis siue foss. 2 *Et nunquid fossata debeant cauari & mundari per colonum vel dominum, vide plenè per Barto.in l.pen.ff.de impen.in re.do. fac.& Bart.in consi.cclxv.quod incipit, cōmune Lucignani locauit. Cætera circa materiā fluuiorū vide in toto tit.ff.de flu.cū duobus tit. seq. & Bar.ī l.quominus.ff.de flu.& trac. Tyberia.& Bal.in ru.ff.de re.di.in l. item lapilli.l. riparum.eo.tit.& quæ dixi s.in.tit.de ser.aquædu.

De insulis. CAP. XXXIII.

1 *Insula tribus modis accipi potest.*

2 *Insula aquis circundata quotuplex sit.*

3 *Insula quot modis contingat.*

4 *Insula quando esse dicatur.*

Insula

5 *Insulæ maris, sicuti, Corsica & Sardinia, uel etiam fluminis, cuius sint.*
6 *Insula casualis seu accidentalis qualis esse dicatur.*
7 *Insula in medio fluminis nata, cuius esse dicatur.*
8 *Insulæ portus cuius sint.*
9 *Insula usus respectu cuius sit.*
10 *Insulæ dominium per comparationem quomodo acquiratur.*
11 *Insulam quo ad iurisdictionem an quis occupare possit.*
12 *Insulæ possessio qualiter acquiratur.*
13 *Insulæ mensuratio qualiter fieri debeat, ut cuius sit, cognoscatur, & pro quanta eorum quantitate, qui prope ripam prædia possident.*
14 *Insula quando desinat esse insula.*

QVIA insulæ in mari & fluminib. sunt, idõ postquàm de mari & fluminib. diximus, cõsequenter
1 etiã de insulis dicamus. *Et in primis sciendũ est, insulã tribus modis accipi posse: Vno modo pro domo in mari posita, quia in salo, id est, in sallo posita est, secundũ Isido. & no. gl. in §. insula. inst. de re. di. & gl. j. in l. si insulã. de verb. obl. & Bar. in tracta. de insu. Secũdo, pro qualibet domo: vt l. ij. §. si quis insulã. ff. de acq. re. do. & l. iij. §. effracturæ. in ver. in sul. de offi. præf. vrb. & ita accipitur l. ita stipulatus. in prin. ff. de ver. obl. & de istis insulis hic tractare nõ cõstitui: quia istæ nõ sunt propriæ insulæ, vt dicit glo. in d. §. effracturæ. Tertio modo dicitur insula, locus vndiq; circũdatus aqua, vt in §. insula. & ibi gl. hoc dicit. & l. adeò. §. insula. ff. de acq. re. do. & no. Bar. in tracta. de insula, in prin. & ista insula dicit incremẽtũ a distinctũ, ad differentiã alluuionis, q̃ est latẽs incremẽtũ, b vt no. Ang. in l. si fundi. §. j. ff. de vsu fru. & de ista tractabimus hic, qa est insula propriè: vt no. gl. in d. §. effra-
2 cturæ. *Secundò sciẽdũ est, quotu plex sit ista insula aquis circundata, & in primis est duplex. Vna quæ in mari nascitur, quæ rarò accidit. Altera quæ in flumine nata est, quæ frequẽter cõtingit. l. adeò. §. insula. ff. de acq. re. do. & inst. de re. di. §. insula quæ in princi. quæ declara, vt per Bal. in tract. de insula, quẽ posui super d. l. adeò. §. insula. Itẽ insula quæ dã est naturalis, quæ semper fuit, vt Corsica, Sardinia, Creta, quæ dicitur Candia, & similes. alia est casualis & accidẽtalis, quæ in flumine sæpe nascitur, sed in mari rarissimè, secũdũ Bal. in rub. de re. di. in x. col. ver. nũc
3 videamus de alueo. *Tertiò est videndũ quot modis insula cõtingat. & dicas tribus modis. Primò, cũ circũdatur ager, qui nõ erat alueus. Secundò, cũ alueũ derelinquit siccum, & incipit circũfluere. Tertiò, cùm paulatim eminentẽ locũ facit supra alueũ. l. ergo. §. tribus. ff. de acq. re. do. & no. Bar. in tract. de insula, in v.
4 col. ver. in flumine. *Quartò oportet intelligere, qñ dicatur esse insula. & dic qñ est nata: vt d. l. adeò. §. insula. & not, quod dixi, quando est nata, vt dicunt illa iura, non quando est nascitura: quia per hoc appatet, quòd nõ inspicimus insulam, quando incipit apparere: sed tunc, cùm opi. circumcolentium incipit reputari. arg. l. j. §. j. ff. de flu. quæ declara vt per Bald. in tract. de insula, v. col.
5 *Quintò inspiciamus cuius sit insula maris, vel fluminis. & primò de insula maris dic, naturales insulæ, vt Corsica, Sardinia b, sunt principis,

nõ in dominio patrimoniali, sed in dominio iurisdictionali.l. insulę Italię.ff.de iud.& no.in l.illicitas.§.qui vniuersas.de off.pręsi. secundū Bal. in rub.ff.de rer.di.& Bal.in c.j.in tit. quę sint regalia, qui dicit, ꝙ insulę sunt principis, qđ intellige quo ad
6 iurisdictionem vt dictū est. *Casua lis verò siue accidentalis,quę in mari nascitur,quę rarò accidit,in nulli⁹ bonis est respectu proprietatis: sed occupanti cōceditur.d.l.adeò.§.insula.sed respectu iurisdictionis, est sub iurisdictione illius,qđ illud mare distinguit,vt d.l.insulę Italię.& ibi no.& vide ad hoc etiā Bald.in d. rub.in x.colū.ad finem.& pro hoc l. Cæsar.& q̃ ibi no.Bart.& Doct.ff.de pub.& quæ dixi s̃.de mari,ver.& ex hoc no.ac singulariter tene mēti,cū
7 ver.seq. *Insula verò quæ in flumine nata, si quidē mediā fluminis partem tenet: cōmunis fit eorū, qui ab vtraq; parte fluminis prope ripā prædia possident, pro modo latitudinis cuiusq; prædij:ꝙ si alteri parti proximior sit,eorū est tantū, qui ab ea parte prope ripā prædia possident: sed si ab vno latere proruperit flumē,& ab altera parte nouo riuo fluere cœperit: deinde nouus iste riuus in veterē se conuerterit, ager qui à duobus riuis cōprehensus, in formā insulæ redactus est, eius est scilicet, cuius & fuit.text.in d.l.adeò. §. insula.& insti.de re.di. §.insula.& no. Bartol.in tracta.de insula, in princi. & vide l.insula. cum ibi nota.ff. de acquirē.re.do.& quæ not. Ang. in l. fluminū.in prin.ff.de dam.infect.& pdicta intellige de insula nata in flumine,quæ solo cohæreat: sed si supra aquam staret: vt quandoque accidit,publica esset.ff.de acq.re.do.l. pe.§.j.& ita no.Bart.in tract.de insula,v.colū.ver.in flumine.in fin.illius ver.quæ not.quia ita vidi in lacunis territorij Paduani,in quib⁹ sunt certæ insulæ,quæ nō cohærēt solo, sed aquæ,& mouentur de loco ad locū 8 per dictas lacunas. *Cuius aūt sunt portus insulæ,dic eius, cuius insulæ esse videntur.l. Cæsar.ff.de pu. & di
9 xi s̃.de portu & mole maris. *Sed tò qa diximus cuius sit insula respectu proprietatis & iurisdictiōis, nūc dicamus cui⁹ sit respectu vsus:& dic ꝙ vsus insulæ est publi.ff.de acq. re. do.l.pe.§.j.qđ intellige si insula est ita,ꝙ tota possit dici ripa, vel ripæ accedere propter attractionē aquæ. ff.de flu.l.pe. sed si insula esset magna,ita ꝙ in ea essent pdia culta:tūc puto solū ripas esse in vsu publ. non prædia,eadē ratione,qua cætera prędia.Itē pdicta vera,nisi essent agri limitati:vt ff.de flum.l.j.§.si insula.& ita tenet Bar.in trac.de insula,ix.co.
10 ver.sit eorū. *Septimò videamus quomodò acquiratur dominiū insulę per occupationē:dic qñ eo animo qs ingreditur insulam,vt totā occuparet.nō tñ est necesse ꝙ omnes glebas insulę circūdet.l.iij.in prin.ff.de acq.pos.& not.Bar. ꝙ ille dicitur occupare,q sic incipit occupare,ꝙ pōt obseruare, & possidere: aliter dicit occupasse.arg.l.in laqueū.ff.de acq. re.do.& si plures præoccupāt debellando,victor qui stetit per tres dies in possessione dicitur.arg.l.iij.§.cū igitur.ff.de vi & vi ar.ille qui nō potest tenere,nisi capiat aliquē locum principaliter,nō dicitur occupasse. ar.d.l. in laqueū. Et est argumentū, ꝙ si vnus teneret ecclesiā,alter campanile

panile, q̃d est fortaliciũ, ille qui est
ingressus ecclesiã, vnde de facili pos
sit expelli, nõ dicitur adhuc adeptus
corporalẽ possessionem beneficij: si
tamẽ ille est ita incastellatus, ꝙ eua-
dere non põt, tũc cũ ipse nõ dicatur
tenere, sed teneri, vt patet ex not. in
l.j. §.pe.de vi & vi ar.dicã ipsum pos
sessione priuatũ, & sic etiam in pos-
sessione esse, & tamẽ nõ possidet. fa
cit l.si quis anteà.ff.de acq.pos. secũ
dũ Bal.qui ita singulariter no. in ru.
ff.de re.di.x.col.quæ perpetuò tene
11 mẽti, qa facit ad plura. •Quo aũt
ad iurisdictionẽ, an possit quis insu
lã occupare, vide Bart.in tract. de in
sula, ij.col.& Bald.xv.col.& quod di
xi in tit.de mari, ver. sed quid si insu
12 la maris esset in mari alto. •Octa-
uò etiã quæramus qualiter possessio
insulæ acquiratur, dic si nascatur in-
sula in medio fluminis, est cõmunis
iure dominij inter eos, qui prope ri
pam prædia possidẽt: vt dixi in v.q.
tamẽ nõ est cõmunis iure possessio
nis: quia cũ sit separata insula à pri-
mo fundo per possessionẽ primi fũ-
di, illa nõ videtur possideri, nisi ap-
præhẽdatur, & occupetur.l.adeò. §.
insula.ibi, ꝙ si alteri propinquior. ff.
de acq.re. do.& l.iij.in prin.cũ glo.
in verbo, qualibet. ff.de acq.poss. Po
test ergo, & debet appræhẽdi posses
sio insulæ.l.cũ hęredes. ff.de acquir.
poss.& ita tenet Bar.in tract.de insu
la, in viij.col.ver. cõmunis sit eorũ.
& l.quominus.ibi aduerte tamen ad
vnũ. ff.de flu.vbi omnino vide. Et ad
de ꝙ in dubio prædia ex vtraq; par
te pro indiuiso possident insulã, &
habẽt dominiũ certũ.l.pro regione.
ff.de acq.re.do.& no.glo.in §.insu-
la.in verbo, ab vtraq; parte, insti.de
13 re.di. •Nonò est necessariũ etiam
intelligere, qualiter fieri debeat mẽ
suratio insulæ: vt cognoscatur cuius
sit, & pro quanta quantitate eorum,
qui prope ripam prædia possident.
Et dic hoc declarari per iurisconsul
tum in l.inter eos.ff.de acqui.re.do.
videlicet vt quatenus est latitudo
prædij iuxta ripam, eatenus per dire
ctam lineam extendatur supra insu-
lam. Si ergo finis agri iuxta ripã est
largus, licet posteà prædium in se ar
ctetur, vel ecõtrà. solũ latitudo, quæ
est iuxta ripã, attẽditur, & secũdũ il-
lã debet duci linea recta.l.inter eos.
Sicut enim diuiditur alluuio inter eos, q
ab vtraq; parte ꝓdia possidẽt: ita illa
pars insulæ cedit prędijs, quæ sunt
ab vna parte, & debent diuidi: & ita
vult Bar.in trac.de insula.x.col.vers.
pro modo latitudinis cuiusq;.cũ ver
si.seq. Et ex hoc vltimo dicto not. ꝙ
idẽ iuris est de insula nata in flumi-
ne, quod in alluuione. quod prodest
ad multa.& ista mensuratio põt fieri
accepta chordula, vt no.glo.in d. §.
insula.& l.nõ solũ. §. sed vt probari.
ff.de no.ope.nũ. Põt etiã fieri per pe
ritos in arte, & rusticos: vt per gloss.
no.inst.de re.di. §. pręterea per allu
uionẽ.l.j.de vẽ.insp.& l.semel. C.de
re mi. Vbi habetur, ꝙ peritis in arte
14 standũ est. •Decimò & vltimò in-
telligamus, qñ insula desinit esse in
sula. Dic quando aquis desinit cir-
cundari: vt l.insula.in fi.ff.de acquir.
re.do.& tenet Bar. in tractatu de in-
sula. Cętera vide plenè per Barto.in
tractatu de insula, & l.quominus. ff.
de flu.& Bal.in rubrica, ff.de re.diui.
& quæ not.gloss.& Doct.in l. adeò.
§.insula.& l.inter eos.& l.insula.de
acquirẽ.rer.do.& l.j.ff. de flumi.&

inst. de re. di. §. insula.

a Incremētū. *Adde Bar. ff. de act. emp. & inst. de contrah. emp. § si post emptionem & in l. Iulia. §. si Titius.*

b Sardinia. *Sardinia est insula subiecta ecclesiae Ro. c. si diligēti. & ibi Doc. de praesc. ubi Abb. Sicul. lxiij. di. c. tibi domino. et c. ego Lud. xcvj. di. Cōst. itin.*

c Occupet. *Occupans rē per uim, an teneatur de periculo rei, q̄ erat eodē modo futura penes dominū. gl. Bar. & Bal. in l. si de possessiōe. C. unde ui Et occupās p uim et si cōfirmetur à superiore pōt cōueniri. Bar. in l. iiij. C. unde ui.*

De alueo. CAP. XXXIIII.

1 *Alueus propriè est fluminis uenter. & alia multa de alueo.*

2 *Alueus quomodò publici iuris esse intelligatur.*

3 *Flumen si alueum omnino dimittat, quid iuris.*

4 *Fluminis impetus si abstulerit mihi simul & semel, uel successiuè totum agrum meū, non applicando uicino, sed sibi ipsi flumini alueum, seu lectum fecerit, & postea in breue tempus uel lōgum alio impetu locum mutauerit, an ager meus mihi de aequitate restituatur, an uerò ipsi uicini lucrari debeant.*

5 *Alueus si mutatus fuerit, an nouum flumen dicatur.*

6 *Alueus mutatus uel relictus quando dicatur.*

1 ALVEVS* propriè est vēter fluminis: vt dicit Bar. secūdū Hug. in tract. de alueo, in prin. & sicut stomachus continet vinū, ita alueus supra se cōtinet aquā: nūc alueū lectū fluminis vulgariter appellam*, quia ibi flumē cubat, vt dicit Bal. in rub. ff. de re. di. xij. col. in prin. ver. nūc veniam* ad vidēdū. in q̄busdā ēt locis canale fluminis. Alue* pluribū s modis dicitur. Primò naturalis, id est cōsuet*. ff. de flu. l. j. §. ripa. & ibi no. q̄ naturalis cursus aestate discurrit potius, quàm in hyeme. l. j. §. is autē. ff. ne quid in lo. pu. secundū Bart. in d. trac. de alueo. circa prin. Itē dicit' alue* naturalis, id est, antiqu*, ad differentiā noui: & ita pōt accip. l. adeò. §. insula. ff. de acq. re. do. & § insula. inst. de re. di. Itē dicit' alueus nouus in dictis iuribus ad differentiā veteris. Vnde & si per multos annos steterit, nouus appellatur, donec alius nouus superuenerit. l. ex vsu. cū l. seq. ff. de tri. & ole. le. & per no. in l. cū qd. ff. si cer. pe. aliàs dicit' nou*, insolit*. l. rē nō nouā. C. de iud. Itē dicitur alueus prior in cōparatione sequētis. d. l. adeò. §. insula. probatur in l. j. §. priorē. ff. de aq. quo. & ęsti. & ideo si flumē se celasset, alueus derelict* nō esset alueus prior: & tūc haberet locū d. §. insula, vt probatur in d. l. j. §. q hac ęstate. vt no. Bart. in d. tract. ij. col. ver. prior quidē. Itē alueus dicit' qui nō est naturalis, & appellat' inundatio, secūdū Bar. in d. trac. de alueo. in prin. ij. col. Itē alueus dici pōt, qui nō est modò, sed iam fuit: per l. insula. in fi. ff. de acq. re. domi. & l. diuortio, in prin. ff. de neg. gest. & idē Bar. dicit in d. trac. in ij. col. q scribit hoc facere p notario, & testib* dicētib* talis filius Titij, cū Titius esset mortuus: quia subintelligitur quondā. de quo per Bal. & Doct. in l. eius qui in prouincia. in prin. ff. si cer. pet. & per Ant. de But. & Doct. in c. ex parte B. de fo. compe. Iste alueus est iuris publici, quamdiu flumini seruit, quia eiusdem iuris est, sicut est flumen. l. adeò. §. insula. ver. nou* aūt alueus.

praeall

præallegato. & Insti. eod. §. insula. & hoc tenet Bal. in d. ru. x. col. in prin. & Bar. in tract. de alueo. vij. col. ver. cui & ipsum flumẽ. q dicit hoc esse mirabile. nã regulariter quicqd superimponitur, solo cedit: hoc solũ autẽ cedit aquæ, quę superimponit & est speciale in flumine & mari, & cęteris aquis: & idẽ vult Bald. in l. si plures. ĩ iij. col. in fi. C. de cõdi. infer. & dixi s. in tit. de aqua.

2 *Quomodo autẽ intelligatur alueũ esse publici iuris? dic q oẽs gẽtes isto iure vtũtur, & talia loca sunt publica, & ĩ dominio eius, q ibi habet imperiũ secũdùm Bar. d. vij. col. versi. publici iuris. Bald. in d. l. si plures. iij. col. in prin. & dixi suprà de mari, versi. sed dubitari potest, alueus fluminis an dicatur esse cõmunis nõ solum, vbi omnino vide per Cy. in l. quedã. ff. de re. di. vbi hęc plenissimè & elegãter examinat. & aliquid per Bal. in c. j. circa principiũ, quę sint rega. & ad de opt. tex. in l. j. §. nõ enim in flumine. ff. de flu. qui dicit in fi. impossibile esse, vt alueus fluminis publici, non sit publicus. & hoc est vtile scire, vt intelligamus, an quilibet de alueo fluminis possit arenam extrahere, & exportare.

3 *Sed quid si flumen alueum omnino dimittit? Dic q alueus desinit esse publici iuris, etiam si dimittat cum impetu, & omnibus videntibus, & eorũ efficitur qui iuxta alueum habẽt prædia sua. l. adeò. §. q si toto. ff. de acq. re. do. Instit. eo. tit. §. insula. & ita vult Bar. in rub. de re. di. xij. col.

4 *Sed pone q impetus fluminis abstulit mihi simul & semel, vel successiuè totũ agrũ meũ, non applicãdo vicino, sed sibi ipsi flumini fecit alueum seu lectum: & posteà in breue tempus, vel longũ alio impetu locum mutauit, nũquid ager meus mihi de æquitate restituetur, an verò vicini lucrabuntur? Quidã dicũt, q mihi debet restitui, per d. §. q si toto. Alij dicũt contrariũ, si in totũ perdidi. Pro prima opi. facit l. Atticilinus. ff. de ser. ru. pręd. & est casus, secũdùm vnã lec. in l. si ager. cum l. seq. ff. qui. mo. vsuf fru. amit. nec est simile de alluuiõe, quia ibi est iam ius: sed in alueo nihil est quæsitũ priuato, sed solum, vt ita dixerim, flumini. Cùm ergo flumen habeat quodãmodo istũ alueũ pro derelicto, æquũ est agrũ restitutum ad suũ dominũ reuerti, magis quàm ex lucratiua causa circũcolentibus applicari: argu. d. l. adeò. §. j. & hãc opi. tenet Dy. secus si paulatim & vicino adijciẽdo, quia tũc est alluuio: & ideo nihil recupero de rigore, vel æquitate, q alterius factũ est: & ita tenet Bal. in rub. ff. de re. di. xij. col. ver. sed pone q impet. Vel põt aliter distingui secũdũ Bar. in tract. de alueo. ij. colũ. Aut flumẽ recessit cũ impetu, & restituitur primo domino. Et ita loquitur d. l. adeò. §. q si toto. & ibi gl. iij. & ibi so. Et est ratio, quia magis videtur esse inundatio, quàm alueus: vt dixi circa princ. Aut non recessit cum impetu, & tũc aut apparet forma primi agri, & domino restituitur: vt in ij. col. glo. Ratio est, quia nõ desinit, ex quo remanet forma. Aut forma non apparet, & tunc aut de rigore loquimur, & non restituitur primo domino, secũdùm Azo. in d. §. quòd si toto. Quæ tamen Baito. intelligit, nisi flumen fecerit ibi alueum per x. annos inter pręsentes, & xx. inter absentes. Si-

cut enim quilibet hoc tẽpore præscripsisset, ita & flumen cũ habeat titulũ de iure gent.l. in bello. §. si qs seruũ. ff. de capti. Itẽ sicut recuperat fundũ, ita & partẽ fundi. facit l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Contra illud tamẽ facit, quod no. Bal. c. j. §. si quis de manso. vj. colũ. versi. sed nũquid aqua. in tit. de cõtrouer. inuesti. vbi dicit, ꝙ aqua per se fluens, nõ potest inducere præscriptionẽ vel consuetudinẽ, per l. per fundũ. ff. quemad. seruit. amit. & dixi supra in titu. de aqua. in fin. & per eandẽ rationẽ æquitatis videtur habere ius acquisitionis aluei dimissi, vel eius qui adderetur per alluuionẽ. & dicit Bart. ꝙ ista est mens d. §. ꝙ si toto. si be
5 ne inspiciatur. * Quid autẽ si alueus est mutatus, an dicatur nouũ flumen? Pone enim, ꝙ princeps cõcessit mihi, vt possim i tali flumine colligere pedagiũ, an potero alueo mutato? Quidã dicunt ꝙ non: per glos. in §. insula. ver. nam etiã. ff. de acqu. re. do. In contrarium videtur, quia idem videtur esse flumẽ. arg. l. filiæ. §. fi. de condi. & demõ. Si vno impetu recessit, dicitur nouũ flumẽ: sec* si paulatim. ff. de aqua quo. & æsti.
b l. hoc iure. §. si aqua. In ponte[b] autẽ indistinctè loco mutato alius erit põs. ff. de eo qd cer. loco. l. iij. §. itẽ Iulianus. & l. fi. ff. de ser. ru. præ. Nam pons dicitur à pono ponis, & stabilitate. Et ideò amoto põte à loco suo, nõ idem pons est. Ita vult notabiliter Bal. in rub. ff. de re. di. in ij. colũ. in fi. versi. sed an mutato. Quibus adde quæ not. Bart. l. quominus. xvj. quęst. ff. de flu. & vide etiã tex. & ibi Bar. in l. hoc iure. §. si aquã. ff. de a-
3 *Quia furtū est cōtrectatio &c. vt l. j. ff. de furtis, & Instit. de obl. quæ ex deli. nasc. in princ. quæ cōtrectatio nō videretur interuenisse: sed tu dic idē etiā si nō tradidit, quia sufficit, ꝙ obligauerit specialiter, & posteà cōtra volūtatē creditoris alienauerit: vt est casus in l. in actione. §. fi. ff. de fur. de quo vide ibi Bar. & in l. si is. in prin. eo. tit. & habetur in l. si rē. §. fi. ff. de prescr. verbis. & ita hic vult etiā Pau. In ea. gl. in fi. hoc declara, vt dixi in primo not. In gl. ij. in fi. ibi, & sic cōtrectauit. dic scilicet vendēdo posteà alteri. nā vendēs rē alienā sciēter, & tradens, cōmittit furtū: vt l. si seruū. & l. alienā. cum ibi no. s. de fur. & J. in l. seq. vel intellige glo. vt velit dicere,
4 *ꝙ ille, q obligat rē alienā creditori suo, & illā tradidit ei, cōmittit furtū, si facit sine cōsensu domini: vt sentit glo. j. j. eo. l. seq. & probatur in l. si pignore. in princ. ff. de fur. In gl. fi. in verbo, Vsucapi. in prin. op. de l. si. ff. pro soluto. So. ibi redit primò in potestatē creditoris: & intelligitur inquantùm dixi, ꝙ ista l. loquitur in pignorante rē suā, quo casu sufficit, ꝙ redeat in potestatē creditoris, quātum ad hoc vt possit prscribi cōtra ipm, respectu iuris suæ hypothecæ: sed respectu iuris dominij hoc non requiritur: qa satis est, ꝙ redierit in potestatē domini, vt statim dicetur: sed si intelligeres d. l. fi. ꝙ loqueret de re aliena, tūc nō sufficeret, si rediret in potestatem creditoris, imò debet redire i potestatē domini, vt dixi su

xi suprà in l. præcedēti, licet gl. hic videat sentire cōtrariū & male. In ea. gl. ibi, sed nō impeditur vsucapio. intellige gl. quātū ad ius dominij ipsius debitoris domini, sed bene impedit quantū ad ius hypothecæ: vt s. dixi. Raph. autē hic dicit, aliter videlicet, quādo fit furtū, p quod res ipsa reuertitur in potestatē domini: & tūc nō sit furtiua: quia si antè fuit furtiua, purgaretur vitiū domini, redeūdo in potestatē domini. & ita loquitur d. §. si rē. aliquādo per furtū nō reuertitur in potestatem domini: & tūc loquitur hic. & dicit, quòd istud est subtile, sed certè nō videtur bene dicere, vt patet per prædicta: quia licet res redierit i potestatē domini, nec res efficiatur furtiua, vt ipse dicit: tamen hoc est verū, respectu dominij sui: sed respectu creditoris non pōt purgari vitiū, quia cōmittatur furtum, vt hic, & l. fi. ff. pro soluto.

SVMMARIVM.

1 *Res furtiua, usucapi non potest.*
3 *Vitium furtiuitatis est uitium reale.*
4 *Vitia realia quæ sint, & quæ personalia, & quis eorū effectus sit, remissiuè.*
5 *Bona fides emptoris non sufficit cum titulo & possessione, ut rem emptam usucapere possit.*
6 *Furtiuitatis uitiū possidenti officit, nō ratione malæ fidei, sed ratione uitij ipsius, quod purgatum non est.*

SCIENS seruū. Vendēs rē alienam sciēter cōmittit furtū, & res efficitur furtiua: & ideo p emptorē etiā bonæ fidei vsucapi non potest, nisi purgetur vitiū furti irritati per reuersionē i potestatē domini. h. d.

1 Nota, quòd vendens rem alienā scienter cōmittit furtū, quod intellige vendidit & tradidit: vt l. ij. infrà, pro donato. secundùm Cyn. hic. de

2 quo dic, vt dixi in l. j. suprà eo. Nota secūdò, quòd res furtiua nō pōt vsucapi, vt in §. furtiuæ. Insti. de vsuca. qđ intellige, nisi sit purgatū vitiū, reuertēdo in potestatē domini: & qn dicatur reuerti in potestatē domini, dic vt dixi in l. præcedēti. & an & quādo res furtiua possit vsucapi. declara vt

3 plenè dixi in d. l. prima. Nota tertiò, ibi, Rei vitiū. quòd vitiū furtiuita-

4 tis est vitiū reale. Quæ aūt sint vitia realia, & quæ personalia, & quis sit eorū effectus, vide per gl. ordi. in l. vitia. & quod ibi dicā j. de acqui. poss. & per gl. & Doc. in l. Pōpo. §. cū quis. ff. de acqui. poss. & an huiusmodi vitia noceāt successorib. vniuersalibus & singularib. vide in dictis iurib. & p gl. in l. i his. §. nō debeo. & l. q in ius. ff. de reg. iur. de qb. di-

5 cam in d. l. vitia. No. iiij. ibi, Bonæ fide. quòd bona fides emptoris non sufficit, & cum tit. & poss. vt possit rē emptā vsucapere, & sic, ppter hoc nō excusatur, qn teneat domino rē restituere, ēt ptio sibi nō restituto. l. inciuilē. suprà de fur. quod declara, vt ibi no. per gl. & Doct. Et circa causam huius l. dic vt plenè dixi in l.

6 j. s. eo. Nota quintò & vltimò, quòd vitiū furtiuitatis officit possidēti, non ratione malæ fidei, sed ratione vitij ipsius, quod non est purgatum.

SVMMARIVM.

1 *Titulus transactionis, quomodo ad usucapiendum sufficiens existat.*
2 *Possidenti alicui, quādo ex transactione causa aliquid dimittitur, aliquis titulus possessori non operatur.*
3 *Titulus aliquis nō transfertur, quādo ex iuramento aliqđ alicui dimittitur.*
4 *Laudum seu arbitramētum, quadam*

transactio esse dicitur.

5 *Verbis, sta in possessione, an titulus detur.*

6 *Dominiū nō trāsfertur, nec usucapiēdi cōditio, si quisquā de re sua promittat possessori controuersiam non mouere.*

7 *Possessori rē dimittēdo, quòd nō transferatur titulus in possessiōe habilis ad transferēdum dominiū uel usucapiēdi conditionem, in quibus casibus fallat.*

8 *Socij duo si se extra iudiciū diuidant, uel etiam in iudicio, an titulus acquiri possit, ita quod usucapere ualeant.*

9 *Cautela est, quod si fiat diuisio inter fratres uel socios bona communia habentes, per iudicem fiat.*

10 *Renunciat qui in iudicio rei uendicationi, uidetur de necessitate dominio renunciare.*

11 *Argumentum à consequenti destructo bonum est.*

12 *Limitata causa limitatū parit effectū*

13 *Dominium eo casu, quo dominus transfert, non dominus transfert usucapiendi conditionem.*

14 *Regula est, quòd quæcunq; res usucapitur, eadem Publiciana peti potest.*

EX CAVSA. Ex causa trāsactionis possessionē acquirēs, potest vsucapere. tit. pro trāsacto. h. d. Et sic facit ista lex pro secūda parte huius rubricæ ibi, vel trāsactione. & ibi dixi. vel sic, Trāsactio est sufficiēs titu-
1 lus vel causa ad vsucapiendū. *No. ꝙ titulus transactionis est sufficiens ad vsucapiēdū: quod intellige, si res fuit tradita ex causa trāsactionis. nā si tradēs erat dominus, incōtinenti in eum trāstulit dominiū. l. traditionibus. suprà, de pac. Ratio est: qa tradidit rem vt suā, quæ sua erat: & sic potuit & voluit transferre dominiū in accipientem, vt ibi. & §. per traditionem. Insti. de re. diui. sed si nō tradidisset, sed ex causa trāsa. dimisisset penes aduersariū, secus. Pone exemplum: petij rē à te, quā detines tāquā meā, cū forte non esset. venimus ad istā transactionē: quia tu dedisti mihi x. & ego destiti à lite: & dimi: si eā rem esse penes te, promittēdo, ꝙ nūquam amplius peterē, liberās te ꝑpter illā rem, quā tu possides: certè non vsucapis cōtra verū dominū: vt l. si pro fundo. & l. siue apud acta. suprà, de transac. Et est ratio: quia si ego essem dominus illius rei, per illā trāsactionē dimittēdo ipsam rē penes te, nō transtulissem in te dominiū: quia intētionis meæ nō fuit aliquod ius in te trāsferre: sed solū de lite discedere: & sic quod potui, noluit. l. multùm. §. si quis alteri vel sibi. & c. cū super abbatia. extrà, de offic. deleg. Itē potest assignari alia ratio: quia trades, tenetur ad dominium transferendum: dimittēs verò nō. & ita sentit ista glo. no. in d. l. si pro fundo. circa fi. quod dicitetiā tenēdum menti perpetuò. facit quod no. Bal. in l. si cōstante. §. si vxor. ff. sol. mat. Si itaq; in hoc casu fuissem domin⁹, nō trāstulissem dominiū: ergo si nō fui dominus, nō potui trāsferre vsucapiendi cōditionē: quia ista procedunt à pari: vt l. clauibus. ff. de cōtrahen. emp. & ita tenet hîc gl. & istam opin. sequitur Azo, in summa huius tit. §. pe. & Bar. in l. j. ff. de vsucap. ꝓ emp. & ita tenet Doct. Moder. secūdùm Ange. hîc. & ita cōmuniter tenetur secūdùm Pau. hîc. de quo dicā plenè in glo. In gloss. j. in princi. pro declaratione glo. op. de l. si pro fundo. in fi. & de l. siue apud acta. & de l. super possessiōe. suprà, de trāsl. vbi

vbi habetur, ꝙ dñs rei q̃ transigit dimittēdo rē suā aduersario, cum quo trāsigit, in eū nō trāsfert dominiū: ergo vbi nō esset dominus, nō posset trāsferre vsucapiēdi cōd. ꝑ regulā l. clauibus. ff. de cōtrah. emp. Glo. soluit duobus modis istud cōtrariū. Primò secūdū Mar. Hug. & Pla. quòd cōtrariū loquit, qñ dominus dimittit rē aduersario: quo casu nō ꝓcedit vsucapio: vt dixi suprà in notabili. hic loqtur qñ tradidit. Pone exemplū, petebas à me rē quā possidebam tāquā meā: deuenimus ad trāsactionē, qa dedisti mihi x. & ego tradidi tibi rē. nā si fuisset mea, trāstulissem in te dominiū: & si nō est mea, trāsfero vsucapiēdi cōditionē: vt d. l. clauibus. & ita loquit ista lex, & dixi suprà in notabili. Secūdò soluit gl. secundū Io. negādo regulā d. l. clauibus. qa semp nō est vera, per l. ij. §. si à pupillo. ff. de vsucap. pro emp. q̃ gl. vult dicere secūdū Io. quòd ista lex ꝓcedit etiā in casu, quo res nō fuisset tradita: sed dimissa ex causa transac. apud aduersariū. & respondet ad d. l. clauibus. quia secūdū Io. illa regula, quę dicit, ꝙ in casu in quo ille qui est dominus, nō trāsfert dominiū: in eo nō dominus nō trāsfert vsucapiēdi cōditionē, nō semp ꝓcedit. nā qñq; ille qui est dominus, nō trāsfert dominiū: & tamē nō dñs trāsfert vsuca. cōditio. vt d. l. ij. §. si à pupillo. Sed ista opi. Io. cō̃ter nō tenet: pōt tñ aliquibus casibus saluari, vt dicet infrà in ver. & illud qđ dixi de trāsac. Docto. cōiter tenēt primā opi. q̃ fuit Mar. &
2 Pla. & Hugo.* Ex qua tu no. ꝙ qñ alicui possidēti dimittit aliqd ex causa trāsac. possessori, nō ꝓbat aliqs titulus, maximè habilis ad vsucapiēdū. ꝓ hoc est tex. in d. l. si ꝓ fundo. in fin. & ibi hoc no. Bar. & alij scribētes: qui tex. est sing. in c. j. in fi. in ti. de cōte. inter vasal. & aliū de bñfi. in vsi. feu. & est tex. cū gl. in verbo, pēdēte. in l. siue apud acta. & ibi Bar. in fi. s̄. de trāsa. & no. Bar. in l. j. ff. de vsuc. ꝓ emp. & no. etiā gl. & Bar. in l. eius rei. ff. de rei vēd. & no. Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōe. in iij. col. ver. ꝓ declaratione huius lec. primò quæro. ff. de acqui. pos. vbi est vidēdū: qa declarat d. l. si ꝓ fundo. & l. postquā liti. s̄. de pa. & ita tenet An. de Bu. sequēdo Bart. in d. §. nihil cōe. in c. pastorali. in vij. col. ad fi. extrà de causa pos. & ꝓprie. & idē tenet etiā Pau. de Ca. in d. l. siue apud act. in fi. primæ col. p gl. quę
3 est hic.* Idē dico si dimittitur alicui ex iuramēto: quia tūc etiā nō trāsfertur aliqs titul*: vt not. gl. & Saly. in l. sed & si possessori. ī pri. ff. de iureiu. & no. gl. Inst. de act. §. si qs postulāte. ī verbo Dedit. & ibi p Ang. de Are. de quo vide oīno p Raph. in l. nā & post eā. §. fi. cū l. se. & seq. ff. de iureiu. Idē qñ res dimittit ex snīa: vt in §. fi. Insti. de offi. iudi. & no. in l. Pōpo. §. si iussu. ff. de acqui. pos. & p gl. Dyn. & Bar. ī l. exceptio. ff. de excep. rei iud. & Cy. & Doc. in l. j. suprà cōia vtri. iudi. Idē tu dicas, qñ ex laudo vel arbitramento dimittit res penes aliquē:
4 * Quia laudū seu arbitramētū dicit esse quędā trāsactio: vt no. gl. in aut. vt dis. iudi. §. si verò contigerit. col. ix. de quo per Cy. & Doc. in l. si qs ex cōsensu. suprà de epis. aud. & p Doc.
5 in l. j. suprà de transac. cū si. * Adde tamē singulariter ꝙ per ista verba, sta in possesione, dat titulus: vt eleganter dicit Bal. in l. si volūtate. per illum tex. suprà de fideicom. lib. Sed

aduerte, quia Bal. in d.c.j. in fi. in tit. de cōtē. inter vasal. & aliū de benefi. in vs. feu. videtur aliter dicere, vide licet ꝙ ille q dimittit rē penes aliquē, alienat & trásfert dominium, si erat dñs. vt ſ. de rei vē. l. qdā mulier. & ff. de iur. do. l. in ſponſalibus. §. j. pterquam in cōtractu tráſac. vbi non acqritur aliquis titul⁹: ſed res dimittitur alteri parti, & nō trásfertur dominiū ſeu vſucapiēdi conditio: vt in gl. noſtra, & d. l. ſi pro fundo. ſ. de tráſac. Sed cōtra Bal. videtur eſſe gl. in l. ſtipulatio iſta. in pri. in verb. ſucceſſores. & ibi Ang. ff. de ver. ob. q dicit

6 p illá gl.* Quōd ſi aliqs de re ſua apud aliū cōſtituta ꝓmittit cōtrouerſiā nō mouere poſſeſſori, p hoc non trásfert dominiū, nec vſucapiēdi cōditio: quod eſt diligenter no. & ſubdit quōd de hoc eſt caſus in d. l. ſi ꝓ fundo. ſ. de tranſa. licet illa loquatur in tráſac. & ſic vult quōd non ſit ſpeciale in tráſac. Itē aduerte, quia videtur ꝙ etiá in tráſa. tráſeat dominiū: & ſi nō erat dominus, trásfertur vſucapiēdi cōditio. Nec ob. d. l. ſi ꝓ fundo. in fi. qa ſecundū Rapha. Ful. in l. ná & poſteà. in §. ſi petitor. in iiij. colū. ff. de iureiu. pōt illi l. ſi pro fundo. in fi. reſponderi duobus modis. Vno modo, ꝙ ibi nō negatur dominium rei relictæ ex cauſa tranſ. tranſire in poſſeſſorem, ſi erat dominus. Sed bene dicitur ibi, nō teneri relaxantem de euic. ſi res euincatur. ná p hoc nō ſeqtur: ergo ſi fuiſſet dominus, non tráſiuiſſet dominiū. ná ex donatiōe tráſit dominiū: & tamē ſi res euincatur, donás nō tenetur de euic. l. ij. C. de euic. & habetur in l. Ariſt. ff. e. tit. idē ſi ego crederē omne ius qd habeo, & non plus, ſi eſſem dominus, 7 trásferrē dominiū: & ſi nudū ius mihi cōpetijſſet, nō teneor de euic. & ita eſt de directo in d. l. ſi pro fundo. in fi. facit l. quōd ſi in vēditiōe. ff. de hære. vel act. vē. Secūdo modo pōt rñderi ad l. ſi ꝓ fundo. ſi volum⁹ eá intelligere, ꝙ ibi nō tráſiuiſſet dominiū a petitore, ſi fuiſſet dñs interim: qd tñ ibi nō dicit, intelligendū eſt, ꝙ tráſactionis forma & couētio ea fuit, videlicet qa dñs nō cōuenit eá nō petere, datis ſibi cētū: & ſic nō tranſiret dominiū, etiá ſi fuiſſet petitoris: ſed ageretur, vt res de qua tráſigitur, ſit poſſeſſoris: vt in iuramento habetur in d. l. ná & poſteà. § ſi petitor. ꝙ hoc caſu nō tráſiret dominiū: nec dicit illa l. ſi ꝓ fundo. in fi. ſecūdū Raph. in d. §. ſi petitor. vbi plenius p eū. & licet iſta verba quátum ad intellectū d. l. ſi ꝓ fundo. in fi. ſint notabilia: tamē quátū ad deciſionē q. noſtræ nō ſunt oīno vera. ná cōis op. eſt in cōtrariū: vt ſcilicet, quādo qs dimittit rē aliquá apud aliū ex cá tranſactionis, poſſeſſori nō acquiritur dominiū, nec ꝓbatur aliqs tit. ad trásferēdū in eū vſucapiēdi cōdi. ſecūdū primá opi. glo. hic, vt ſ. dixi. & ita vult etiá hic ipſe Raph. & rationes deduxi ſ. in j not. Pōt etiá aſſignari alia rō ſecūdū Bal. hic. ná vbi eſt tráſactio ab omni obligatiōe ſubtracta, licet ibi ſit titulus. id eſt, tranſactio: tamē nō eſt ibi obligatio. ſubaudi tu, ex qua trásferri debeat dominium vel vſucapiēdi cōditio: ſed eſt qdā patiētia, q nō habetur ꝓ titu. quo ad acqrēdū dominiū vel vſuc. & nunquá nuda. in pri. ff. de acq. re. do. & facit pro hoc gl. ſecūdū eū in l. ſiue apud acta. q incipit. pēdere. ſ. de tráſa. *Et illud qd dixi de tráſa. ꝙ dimit-

mittēdo rē possessori, nō trāsfertur titulus in possessorē habilis ad trāsferēdū dominiū, vel vsucapiēdi cōditio. fallit in pluribus casib*, & primò si ex cā trāsactionis retinetur res aliqua de qua nō erat cōtrouersia, sed cōstabat eā esse petitoris, & ex cōuētione remanet apud reū: tūc enī reus vsucapiet, si tradens nō erat dñs. ar. Inst. de re. diui. §. interdū. secundū Raph. hic. Secūdò fallit, etiā si de ea re dimissa erat cōtrouersia, qñ fuit actū in trāsa. vt omne ius petitoris ad reū trāseat: qa tūc si petitor erat domin*, trāsfert dominiū: aliàs trāsfert vsucapiēdi cōditionē. & ita tenet Barr. in l. eius rei. per illū tex. ff. de rei vēd. & Bal. & Raph. hoc idē tenēt. Sed Bar. ī l. j. ff. de vsu. ꝓ em. distinguit in hoc: aut quis accepit pecuniā, & dixit: cōcedo esse ius quod mihi cōpetit in tali re, de qua lis erat: & hoc casu habebit titulū ꝓ emptore etiā pro tali re retēta: sicuti quando emo quicqd iuris habes, vt l. emptor. c. e. ti. & l. ꝙ si in vēditione. ff. de hæred. vel act. ve. & sic poterit habere vsucapiēdi condi. Aut nō dicit cōcedo, sed finio: vel quicto omne ius, & tūc sec* esset: vt d. l. si pro fundo. Idē secūdū Bal. hic, si agitur ne ad iudicē eatur. Ista tamē falletia nō videtur posse ꝓcedere: qa res incerta nō pōt possideri, nec tradi, nec vsucapi. l. locus. in fi. ff. de acqui. pos. Sed tu potes ad hoc respōdere distinguendo, prout distinguit Bar. singulariter in d. l. emptor. in fi. ff. de vsuc. pro emp. Aut vēditio vel cōcessio est facta hoc mō: Vēdo vel cōcedo qcqd iuris habeo, vel trado qcqd iuris habeo: & tūc nō pōt possideri: & ideo pscriptio nō ꝓcedit. l. fine possessionc. ff. de vsuc. & ita loq tur d. l. locus. in fi. Aut vēdo vel cōcedo qcqd iuris habeo in tali fundo: & trado totū fundū: & tūc ꝓcedit vsucapio: qa cred esse totū emisse vel habere ex cōcessione sibi facta. ar. l. ij. §. si fundū. ff. de vsuca. pro em. & licet Bar. loquatur de traditione rei, & bñ: qa psupponit rē fuisse apud vēdentē vel cōcedentē: tñ idē esset qñ fuisset apud reū possessorē: & cōcessisset omne ius in tali fundo, p ea q̄ s. dixi. & ꝓ ista distinctione quā facit Bar. in d. l. emptor. vide Bal. in l. si iic. §. j. i fi. ff. de le. j. & ibi Doc. & qd no. Pau. de Ca. in cōs. cxxv. in v. col. in fi. & vide eundē Pau. in cōsi. suo clxxxj. in fi. vbi declarat qūo intelligitur illud qd dicitur, ꝙ incertæ partis possessio vel dominiū acqri nō pōt. Et ex pdictis sis cautus tu, apud quē res dimittitur ex causa trāsactiōis, vt nō solū dicatur in tradi. ꝙ actor promittit rē apud reū, & ꝓmittit ipsum nō molestare, vel etiā rē petere: sed etiā dicat, quòd cedit & concedit, & trāsfert & mādat omne ius quod habet in dicta re, de qua erat cōtrouersia: & similiter oēs actiones reales & psonales, & mixtas, ciuiles & ptorias, & expressas, sicuti in instrumētis vēditionū apponi consueuit: & si fieri pōt, actor tradat rē ipsi reo vel inducat ipsū in possessionē, nō recedēdo tamē ab aliqua possessione, quam haberet ipse reus: sed potius inhærēdo oī meliori mō, &c. & hoc mō cessabūt oīa dubia. Tertiò fallit, qñ dimittēs accepit litis æstimationē: puta qa ius partis erat certū: licet de eo esset lis. ar. l. si donatę. i pri. ff. de do. inter vi. & vxo. & l. j. & oīno vide Bar. ff. de vsuc. ꝓ em. & vide etiā eūdē, & non omittas, in l. litis æstimatio. eo. ti. vbi

hec

8 hoc optimè declarat. *Sed circa pdicta posset dubitari, qd si sunt duo socij, & diuidūt extra iudiciū vel in iudicio, an acqritur titulus, ita quòd possit vsucapere? dic si fit extra iudiciū, tūc solū in dimidia dimidiæ qs habet titulū à socio: & ideo solū in illa dimidia dimidię acqrit titulū, & pcedit vsucapio: aliā verò dimidiam dimidię dicitur habere iure suo, & non à socio: & ideo in ea non quærit titulū. & ita vult gl. in l. cum puta rem. ff. fa. her. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. & sic illam non vsucapit: idem si fiat inter duos communiter possidentes: sed si fit in iudicio diuisio, qa possidēs egit iudicio diuisorio: si nō possidēs egit iudicio diuisorio cōtra possidentē, & cōsecut* est dimidiā rei: tūc ī tota illa dimidia, quā est cōsecut*, habet titulū adiudicationis, cū antè nō possidebat: & ideo totā illā rē quā cōsecutus est, vsucapit. & ita loquit l. Pōp. §. q iussu. ff. de acq. pos. & ita no. vult
9 Flo. in d. l. cū putarē. in fi. *Et ex hoc no. vnā cautelā, q tuti* est, vt fiat diuisio p iudicē inter fratres vel socios habētes bona cōia: & q iudex adiudicet ptes: qa tūc si reperiet in illa diuisione facta in portiōe signata & tradita vna, quòd esset vnus fundus alienus: ille cui adiudicatus est in parte sua, posset totum pscribere spatio x. vel xx. annorū: quod nō esset, si esset facta diuisio extra iudiciū: & hoc operatur sentētia iudicis: sicut alibi operat singulariter, in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & habetur p gl. or. Inst. quibus alie. licet vel nō. in §. nūc admonēdi. Itē pōt etiā dubitari de alia q. videlicet quid si actor in petitorio renūtiauit liti, an si cut renunciat rei vēdic. ita videatur etiā renuntiare dominio rei, de qua agebatur? Et Bar. in l. naturaliter. in §. nihil cōe. in ij. lec. circa pri. versi. pro decla. huius lec. ff. de acq. pos. tenet quòd nō, p d. l. si p fundo. in fin. s. de trāsac. & pbat p istā rationē. nā certū est, quòd p transactionē qs renūciat iudicio, & tamē p hoc nō trāsit in eum dominiū fundi penes eū relicti. allegat no. in ista l. nostra, pro hoc l. exceptio. ff. de excep. rei iudi. & quod ibi no. Non ob. gl. in l. postquā liti. s. de pac. qa dicit ipse, quòd nos debemus scire quòd ius duplex est, scilicet dominiū. Item rei vendicatio, quæ causatur à dominio: vnde p renuciationem videtur renunciare instātiæ & iuri, hoc est actioni seu vēdicationi: vt per hoc cōtra me agentem ad rem, habeas exceptionē petitiōis, vel doli: vt d. l. postquā liti. & l. non solū. §. si liberationis verbo. & quod ibi no. ff. de lib. leg. iuri autē dominij nō videor renūciare, vt dictis iuribus probatur. Sed Lud. de Ro. in d. l. naturaliter. §. nihil cōmune. in ij. col. ff. dicit, quòd Bart. in d. §. si liberationis verba. sequendo Inn. in c. veniēs. extrà de renūcia. tenet cōtrariū, videlicet quòd imò ex dicta renūciatione facta litis trāseat dominiū cōtra reū: & hoc dicit esse verius: qa sibi videtur impossibile, quòd penes ipsum reū, q acquisiuit rei vēdicationē, respectu renunciationis nō dicatur esse acqsitū dominiū: cū illa nō possit stare, vbi dominiū nō est, vt ff. de rei vē. l. in rē. & l. vnica. C. de alie. iud. mu. causa facta. Secūdò, qa renūtiās isti petitorio intentato, rē quā petit, pro derelicto videtur habere. dominiū ergo illius na-

naturaliter possidẽti q̃ritur.ff.ꝓ derelicto,p totũ.& l.si qs vi. §.differẽtia.ff.de acq.pos.Nec ob. secũdũ eũ l.siue apud acta.& d.l.si ꝓ fundo. s. de transac.quia longè diuersa sunt à translatione dominij renũciatio & transactio:cũ renũciãs agat omne ius in illũ,cui renũciat,transferre:sed non ita ecõuerso in eo,cuius respectu renũtiatũ est,in trãsactione,qa ibi trãsigens agit principaliter,vt à lite discedatur,nõ autẽ vt dominiũ ex trãsa.q̃ratur.& ideo dixit hîc Bald. ꝙ si transigens,expressè diceret,Relaxo tibi omne ius, quod in d. re habeo: tali casu induceretur dominij trãslatio,cũ intendat hoc exp̃ssè & pricipaliter agere.& idẽ tenet Ang.in d. §.nihil cõe.Dicẽs,ꝙ qui renũciat in iudicio rei vendicationi, videtur de necessitate dominio renũciare:quia vnũ sine alio esse nõ põt.nã si dominiũ remaneret apud renũciantẽ, oporteret dicere,apud eũ debere remanere rei vẽdica.& nihil ad hoc al
11 leg.sed ꝓ hoc posses allegare: *qa bonũ est ar.à cõsequẽti destructo:vt no.gl.in l.ij. §.j.in ver.ideo.ff.si cer. pe.nã si ꝑdit renũciãs rei vẽdicationẽ,q̃ est cõsequẽs ipsius dominij.l. licet. §.ea obligatio.ff.de ꝓcur. ergo videtur,ꝙ debeat perdere dominiũ:quod est eius antecedẽs: qa rei vend.causatur à dominio.l. in rẽ. in pri.ff.de rei vẽ.& Saly.etiã tenet cõtra Bar.p d.l.postquã liti.Sed ego teneo opi.Bar.quã ponit in d. §. nihil cõe.& quã tenet idẽ Bar.& Bald. in d.l.si ꝓ fundo.& Bal.in l.j.in iij. col. s.cõia de le.& Ant.de Bu.in ca.cũ dilectus.in iiij.col.& in c.pasto.in vij. col.extrà de causa pos. & propri. & Pau.de Ca.& Mode.ĩ d. §.nihil cõe. in ij.lec.& hoc p rationes Bart. Nec obstãt ratiões allegatę p Lu.in d. §. nihil cõe.& primò dũ dixit esse impossibile,ꝙ non sit acq̃sitũ dominiũ ipsi reo:q acquisiuit rei vendicationẽ p ipsam renũciationẽ:quia nõ est verũ,ꝙ ex renũtiatione facta p actorẽ liti in petitorio, videatur illa rei vendicatio acquisita ipsi reo:qa p dictã renũciationẽ videtur solũ renũciatũ instantiæ & causæ & actioni:videlicet vt si dicat se dominum ex aliqua causa,nõ amplius ex illa causa dicere possit se dominũ : nõ autẽ videtur ꝑpter hoc rei vẽdicatio q̃sita ipsi reo: qa ad hoc nõ tẽdit illa renũciatio.ar.d.l.si pro fundo.in fi. Nec ob.si dicatur, si renũciauit actioni, ergo sibi inutile remanet domin. & sic pinde est ac si ipsũ nõ haberet:qa ad hoc põt respõderi secũdũ Pau.de Cast.in d. §.nihil cõe. hoc esse verũ quãtũ ad effectũ agẽdi:sed quãtũ ad effectũ excipiẽdi vel replicandi vel iustificãdi,possessoriũ nõ est,pinde ac si nõ haberet.ar.eorũ q̃ habentur in l.Iul.ff.de cõdi.inde.& per hoc patet,ꝙ non obstat,dum secũdo loco dixit Ludo.in d. §.nihil cõe.quòd si transfertur rei vẽdicatio in reum,vt dixi, & posito ꝙ transiret,non tamẽ sequeretur,ergo transiret etiã dominiũ:qa vnũ põt stare sine alio:quia si cedo tibi rei vẽdicationẽ, nõ p hoc transfero in te dominiũ, nisi secuta traditiõe:vt not.in l.planè.ff.fa.her. & ĩ l.eius.cũ l.seq.ff.de rei vẽ.& no. Bar.in l.ij.eo.tit.& in l.fi.ff.de hære. vel act.vẽ.& in l.j. ff. pro emp. facit quod no.in l.Põp. §.si iuss.ff.de acq. po.Nec etiã ob.quod dixit Bar. in l. nõ solũ. §.si liberationis.de lib.le.& Lud.in d. §.nihil cõe. videlicet ꝙ re

nunci

verò. in vij. colum. versicu. nota ex ista. de rescriptis. in vj. Secũdo casu principaliter, qũ loquitur de pręscriptione longi tẽporis decẽ vel viginti annorũ, & tũc idẽ est dicendũ qđ dictũ est suprà de vsucapione. Ratio est, qa sicut in vsucapione requiritur titulus & bona fides, vt Instit. de vsucapio. in princ. & l. j. infrà de vsucapio. transfor. ita requirit in pręscriptione longi tẽporis, vt ibi. & habẽtur plenè in c. si diligenti. extrà de præscrip. cũ similib. sed errans in iure nõ dicitur esse bonę fidei, vt l. ij. §. si à pupillo. ff. codẽ. quia quilibet tenetur scire iura. l. pen. suprà de iuris & facti ignoran. Tertio casu prĩcipaliter, qñ loqtur de pręscriptione lõgissimi tẽporis, videlicet xxx. vel xl. annorũ. & in hoc dicit Pau. de Ca. hic, q credit sufficere quòd volens prescribere nõ sit in mala fide, sed errans in iure, licet non sit bonæ fidei,
37 vt dixi, nõ tñ est malę fidei. •Quia quæcunq; causa etiã iniusta excusat à dolo. l. igitur. §. j. de liber. causa. & no. gl. in l. j. in fi. ff. de abige. & gl. in l. si plagij la ij. & ibi plenè per Ange. infrà ad l. Fla. de plag. & glo. magna in fine. in l. j. §. fi. ff. si quis ius dicen. non obtemp. cũ similib. & sic est dare mediũ inter bonã fidẽ & malã fidem, scilicet habere nõ malã fidem, quod est quãdo quis errat in iure, vt patet per not. per gl. in l. j. in verbo, interuenerit. infrà de acquiren. possess. & ibi de hoc dicemus. & habetur p gl. in l. iij. §. genera ff. de acquirẽ.
38 poss. •Vnde not. secũdũ Pau. hic, q si quis per triginta annos possederit rem meã, errando in iure, & credendo rem esse suã, eam pręscribit etiã de iure Canonico, licet dicat malæ fidei possessorem nõ pręscribere. facit quod not. in c. cum personę. de priuileg. in vj. Et idẽ ego dico, quando quis dubitauerit, an res esset sua vel non, quia tunc nõ diceretur esse in mala vel bona fide, sed in medio, scilicet nec in bona nec in mala, vt est glo. no. in dicto §. genera. quod est notabile. & ideo cũ error etiã iuris non noceat in præscriptione longissimi temporis, non procedunt ea quæ dixi in primo casu principali, de quo distinxi, aut est error iuris tãtùm, aut facti tantùm, aut iuris & facti simul. Sed aduerte, quia quãdoq; sciẽtia rei alienę sine mala fide impedit præscriptionẽ, puta creditor scit rẽ sibi datã pro pignore à debitore, nã licet possideat bona fide, quia habet causam possidẽdi propter traditionẽ debitoris, tñ quia scit rem esse alienã, nõ pręscribit, vt est gl. not. & ibi, tertiò not. Bal. in l. nec creditores. suprà de pign. act. simile in l. communi diuidundo. §. inter prędones. versicu. precaria verò. ff. cõi diuidũdo. quod intellige de pręscripitone longi tẽporis. secus de pręscriptiõe longissimi, vt no. gl. in d. l. nec creditores. in verbo, lõgi. & ibi per Doc.
39 •Et adde singulariter, q ille q possedit rem xxx. annis, pręsumitur esse in bona fide, vt l. fi. infra vnde vi. & ibi not Bar. in fi. & idẽ tenet Anto. de But. in c. sæpe. in v. col. in fi. versicu. itẽ hoc veri si. extrà de restit. spolia. & idẽ no. Abbas Sicu. in c. si diligenti. in v. col. de pręscript. & Ange. in l super longi. in iiij. col. in fi. infrà de pręscrip. lõgi tẽporis. & ibi dicã. Et aduerte q aliqui nõ intelligẽtes Bar. in d. l. fi. in fi. dicunt Bar. velle, q contra pręscribentem xxx. annis nõ

posſit allegari mala fides ſua.nã hoc
non dicit Barto.ibi,ſed vult q̃ con
tra posſidentẽ xxx.annis non posſit
allegari mala fides præſumpta, quæ
cauſatur ex l.fin. ſed vera mala fides
bene põt allegari & probari etiã vſ-
que ad mille annos. & ita loquitur
c. malę fidei poſſeſſor. de regu.iur.
40 in vj.& c fi. extrà de pręſcript. *In
ead.glo.fi.in fi.no.gl.quę vult, q̃ in
vẽditione requiratur bona fides tẽ-
pore cõtractus,& tẽpore traditiõis,
ad hoc vt procedat vſucapio, ſed in
cæteris cõtractibus ſufficit, q̃ fuerit
bona fides tẽpore traditionis tantũ,
& ratio differentiæ eſt ſecũdũ gl. in
l.ij.in prin.ff.pro emp.ꝓpter frequẽ
tiam cõtractus emptionis & vẽditio
nis.& hãc tenet Petr.& Cyn.hic,ſed
Salyc.hic dicit, q̃ iſta ratio eſt ſatis
remota,nec eſt bona, quoniã oẽs v-
ſucapiones ſunt introductę, ne do-
minia rerũ ſint in incerto.l.j.ff.de v-
ſuca.& inſti.eo.in prin.vnde frequẽ
tia cõtractus nõ debet obuiare ei ad
quod intẽdit:vnde ipſe adducit aliã
rationẽ ſubtiliorẽ,quę colligitur ex
gl.in l.ſi is qui pro emptore.in §. fi.
ff.de vſucap.nã vſucapio pro empto
re denominatur à titulo cauſato ex
parte vſucapiẽtis & ab eius facto, qđ
nõ eſt in alijs.Nã titulus pro ſoluto
cauſatur principaliter à facto traden
tis.& idẽ in titulo pro donato,& ti-
tulo pro legato,& pro dote,& ꝓ de
relicto,& quodãmodò oẽs alij tituli
concernunt traditionem vel apprę-
henſionẽ ſeu receptionis tẽpus, qđ
nõ eſt in titulo pro emptore.de quo
etiã dixi ſuprà eodẽ,in rubrica. &
ideo cũ titulus pro emptore concer
nat tẽpus contractus,& pactũ ipſius
ementis,meritò illo tẽpore bona fi-
des debet interuenire,& non tantũ
illo tempore,ſed etiam tẽpore tradi
tionis,vt in cæteris contractibus, qa
ſine poſſeſsione,quę cauſatur à tra-
ditiõe,nõ cauſatur vſucapio,vt l. fi-
ne poſſeſsione.ff.de vſucap.& c.ſine
poſſeſsione.de regu.iur.in vj.Et hãc
rationẽ põdera,dixit ipſe,quia aliàs
eſt inaudita. Sed tu pondera,quia li
cet iſta ratio ſua videatur ſubtilis, ta
men non videtur mihi bona.nã ſi tu
bene conſideras,ipſe vult q̃ omnes
tituli præter titulũ de vſuca.pro em
pto.denominentur à facto tradẽtis,
& ſignificẽt appræhenſionẽ vel tra-
ditionẽ,vel tẽpus traditionis ſeu re
ceptionis:ſed iſtud eſt falſum.nã ti-
tulus pro donato,vel ꝓ legato, hoc
nõ ſignificant.nam res põt eſſe mihi
donata,vel legata,& tñ nõ tradita,&
ſic ſignificant tantũ tẽpus contractus
.& non traditionis.l.cũ pater. §. ſur-
do.ff.de leg.ij.& l.ſi quis argentum.
infrà de donat.cũ ſi.ni. Raph.autem
hic dicit,q̃ ſubtilior ratio eſt, qa ex
natura venditionis nõ eſt,vt emptor
fiat dominus,ſed tantũ venit tradi-
tio.l.ex empto.ĩ prin.ff.de act. emp.
per quã traditionẽ ſi venditor erat
dominus,transfertur dominiũ:aliàs
nõ,vt d.l.ex empto.& l. clauibus. ff.
de cõtrahen.emp.ſi ergo emptor nõ
putat venditorẽ eſſe dominum, nõ
eſt bonæ fidei,quia aliter nõ poteſt
transferri dominium.quod ſecus eſt
in ſtipula.vbi pręciſè agitur de obli
gando:& quamuis ſciam te non eſſe
dominum,nihilominus poſſum eſſe
bonæ fidei poſſeſſor.& hãc rationẽ
ſenſit iuriſconſultùs in l.ſi is qui pro
emptore. §.fina.ff.de vſucap.ſecun-
dùm Rapha.hic iſta etiam ratio non
videtur mihi bona,quia dicitur quis
eſſe

esse in mala fide cõtrahendo sciẽter super aliena re, aliter quàm per vẽditionẽ, sicut per aliũ cõtractũ, & hoc modo etiã videtur reprobare gl. in d. §. fi. vnde ego starẽ opinioni glo. quæ est in dicta l. ij. in prin. ff. de vsu cap. pro empt. videlicet propter frequentiã cõtractus emptionis & venditionis sit statutũ, vt in venditione reqratur bona fides duobus tẽporibus, scilicet tẽpore cõtractus & tẽpore traditionis, in alijs verò sufficiat tẽpus traditionis tãtũ, vt l. iij. ff. pro solu. Neq; obstat qđ dicit hic Salyc. quòd vsucapio est inuenta, ne domnia rerũ sint in incerto, qa illa ratio nõ tollit istã, ne detur materia emẽdi rem, quã qs scit alienã: quia si hoc cõcederetur, vt nõ requireretur bona fides tẽpore cõtractus vẽditiõis, esset valde damnosum dominis propter frequẽtiã cõtractus, quę frequẽtia nõ est in alijs contractibus, ideo in eis hoc nõ introduxit, vt duobus tẽporibus requiratur bona fides. & pro hoc allego tex. in ratione sui in l. iusto. in prin. dũ dicit, ibi enim propter assiduam & quotidianam comparationem seruorum, ita constitui publicè interfuit. ff. de vsucapio.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis appellatione non solũ comprahẽditur illa possessio, quæ iuris est, sed etiam ipsa res immobilis possessa.*

2 *Statuta si dixerint, quòd possessionis domini talia facere possint, non refertur solùm ad dominos possidentes, sed etiam ad dominos rei.*

3 *Possessionis appellatione, an fundus rusticus & urbanus ueniat, an uerò rusticus tantùm.*

4 *Possessor malæ fidei an rem & omnes fructus restituere teneatur.*

5 *Emens rẽ alienam sciẽter à malæ fidei possessore, præscribere non potest.*

6 *Titulus excusat a mala fide, & à fructibus percipiendis.*

7 *Vitium personale, ut est mala fides autoris, singulari successori non nocet.*

8 *Verbum usucapio est genus, & sic appellatione usucapionis etiã longum tẽpus comprahenditur.*

9 *Exceptionẽ in forma usucapionis si cõuentus opposuerit, & in forma præscriptionis probauerit, an sufficiat.*

10 *Res mobilis an per furtũ uel per uim surripiatur, nulla differentia est.*

SI PARTEM. Malæ fidei possessor tenetur domino rẽ cũ fructibus restituere, bonæ fidei verò emptor rẽ restituit, nisi cõpleuerit vsucapionẽ, quæ sibi nõ procedit in re ui possessa prius quàm ad dominum reuertatur. hoc dicit. Vel sic, malę fidei possessor nõ præscribit, sed bonę fidei possessor sic, licet eius autor fuerit in mala fide, nisi res sit affecta vitio reali. hoc dicit. In textu ibi, Si partẽ expone, id est, dimidiam. l. nomen filiarũ. §. portionis. ff. de verborũ sign. idẽ tamẽ esset, si plus q̃ dimidiã, vel minus vẽdidisset. argu. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. & eodẽ modo expone verbũ Portio, qđ est infrà. In tex. ibi, Possessiõis. dic, id est, rei possessæ, ex quo dicit infrà cũ fructibus: & sic ista lex loquitur ꝓpriè de præscri. sed si velles intelligere de vera vsucapione, dicas possessionis, id est, rei mobilis possessę. & dũ dicit, Fructib⁹, expone, id est, pẽsionib. & vecturis. & secũdũ primã expositionẽ vsucapio ĩ hoc titulo & sequẽtib⁹ largè ponit, vt etiã lõgi temporis ꝑscriptio cõtineat, vt dicit gl. no. in l. iij. ff. de vsuca. sed certè illa lex

lex loquitur de re ĩmobili, & sic de
præscri.lõg.tẽpo.vt patet hic in tex.
dum dixit, vel bona fide.qui indicat
hunc tex.loqui de re immobili tan-
tum, quia dicit, quòd bonæ fidei em
ptor qui emit à malæ fidei possesso
re, põt vsucapere, qđ nõ posset, si es-
set res mobilis, qa facta esset furtiua,
vt l.j.s̃.eo.& l.sciẽs.j.eo. secundũ Al
be.hic, de quo dicitur infrà ĩ primo
no. In tex.ibi, Malę fidei possessor.
dic & sic erat vitiũ personale, nõ rea
le, & sic nõ erat ab eo vi possessa, vt
patet in fi.q in hoc differt à princi-
pio huius legis: vt dicit hic gl.j.& sic
nõ potuisset vsucapi, vt in fi.dicitur,
& tñ põt in principio vsucapi, vt pa-
tet tibi, cõpleuerit vsucapionẽ. In
tex.ibi, Recipi põt. subaudi, scilicet
per verũ dominũ directa rei vendi-
catione: sed si id quod alienauit, tan
quã dolo desierit possidere, vtili rei
vẽdi.restituere tenebitur. ar.l. parẽ.
ff.de reg.iur.& l.qui petitorio.& l.q
restituere.ff.de rei vẽd. cũ simi. In
textu ibi, Perueniat.subaudi qñ dñs
fuerat deiectus: vbi autẽ alius quàm
dñs deiect⁹ fuisset, sufficeret reuer
ti in potestatẽ expulsi: vt est tex.cum
gl.sing.in l.certè.in §.Iul.ff.de pre-
cario.secundũ Ang.hic: & Bar.in d.
§.Iul. secus est in furto: vt ibi dicit
gl.not.de quo dicã plenè infrà in gl.
1 pen.vbi omnino vide. *No.primò
text. ibi, Possessor. ꝙ appellatione
possessionis cõpræhenditur nõ solũ
illa possessio quæ est iuris, de qua in
l.j.in prin.& per totũ tit.ff.de acqui.
pos.& in l. quęstio est, fundus. ff. de
verb.sign.sed etiam compræhendit
ipsam rem immobilem possessam,
vt dixi super tex.& probatur in l.cũ
satis.in §.caueant autẽ possessionũ
domini.C.de agric.& censi.lib.xj.&
in l.locorum.ibi, proprietas posses-
sionis.C.de omni agro deserto, eo-
dẽ lib.& ibi hoc no.Bart.in fi. qui di
2 cit,*Quòd hoc est vtile pro statutis
dicentibus, ꝙ domini possessionis
possint talia facere: nam hoc non re
fertur solum ad dominos possiden-
3 tes, sed ẽt ad dominos rei.*Sed pos-
set dubitari, an appellatione posses-
sionis veniat fundus rusticus & vrba
nus, an verò rusticus tantùm.& vide
tur quòd in dubio intelligatur de
fundo rustico, maximè propter cõ-
munem vsum loquendi: & sic nõ ve
rificabitur in domo vel furno.ar.l.li
brorũ. §.quòd tamen Cassius.ff. de
le.iij.& l.Labeo.cũ no.per Bar.ff.de
supel.le.& ita vidi al.ãs Paduæ iudi
cari.de quo etiã dixi in d. l. quæstio
4 est, fundus. *No.secundo ibi, omni
no cum fructibus. quòd malæ fidei
possessor tenetur restituere rẽ.& o-
mnes fructus.concordat l.certum.in
princi.& ibi est materia.suprà de rei
5 vẽdic. *Nota tertiò ibi, Si sciens ꝙ
emens rem alienã scienter à malæ fi
dei possessore, non potest pręscribe
re, & maximè quia in ea committi-
tur furtũ: vt l.j.in fi.s̃. eo. & ibi dixi.
6 *Nota quartò secũdũ Rapha.quòd
hic videtur esse casus pro glo. cõtra
Pe.in l.si fundum.suprà de rei vend.
quod titulus excusat à mala fide, & à
fructibus percipiendis.& dicit, quòd
hoc sibi placet. de quo dic vt plenè
habetur in d.l.si fundũ.& in d.l. cer-
tũ.quia nõ est materia nostra: quod
intellige de fructibus perceptis ante
litem contestatam: sed de perceptis
pòst, tenetur ad omnes: vt d.l.certũ.
in fi.& ibi per gl. & Doct.. & per gl.
in c.super quæstionũ.in prin.in ver-

bo exordiũ. in fi. extrà de officio de
7 leg. cũ similibus. *Not. quintò ꝙ vitiũ personale, vt est mala fides autoris, nõ nocet singulari successori hoc iure: vt hic & l. j. infrà de præscri. longi temporis. quod tamẽ hodie corrigitur in aut. malæ fidei. ibi posita, & ibi plenè dicitur. vt habetur hic etiã in gl. fi. sed vniuersali successori, qui est successor vitiorũ & culpæ, bene nocet etiã iure isto: vt etiã ex persona sua. licet sit bonæ fidei, nõ posit vsucapere vel præscriptionẽ inchoare: vt l. cũ hæres. ff. de diuer. & tẽpo. præscrip. quod tamẽ limita esse verũ de iure ciuili, sec' de iure canonico secundũ Dy. qui loquitur de volẽte inchoare ex sua persona vsucapere vel præscribere: & dic. t, ꝙ nõ nocet sibi mala fides autoris sui vt ipse no. in c. ij. de re. iu. in vj. & ita tenet etiã Bar. sequẽdo Dy. in d. l. cũ hæres. qđ dicit hic Paul. de Ca. videri sibi satis nouũ, quia plus nocet mala fides de iure canonico, quàm de iure ciuili: vt habetur in d. c. ij & in c. fi. extrà de præscri. & in l. sequitur. §. si viã. per Bart. & Doct. ff. de vsucap. vnde si de iure ciuili mala fides autoris nocet hæredi, quãto magis videtur debere nocere de iure canonico? & nõ dicit vltrà. sed in l. Põponius. §. cùm quis. ff. de acqui. poss. hoc declarat. de quo vide quòd plenissimè dicam in l. nihil. infrà pro hærede. Vitium autem reale bene nocet cuilibet successori, quousq; sit purgatum: vt hic in fin. & quæ sint vitia realia, dic vt habetur in l. vitia. infrà de acqui. pol. &
8 ibi dicemus. *Nota sextò & vltimò: ibi, vsucapionem. & in fi. ibi, vsucapio. coniuncto tex. ibi, cum fructibus. & coniuncta rubrica suprà eod, ꝙ verbũ, vsucapio, est genus: & sic appellatione vsucapionis cõpræhenditur etiã præscriptio longi temporis, quia hic loquitur de re immobili: vt dixi s. in prin. super text. ĩ verbo possessionis: quæ res immobilis nõ præscribitur nisi longo tẽpore secundũ Pau. hic. & est tex. & ibi dicã in l. j. ĩ. tit. j. & dixi s. in rubr. in princ. in secunda cõtinuatione, sed propriè vsucapio est in re mobili, præscriptio in immobili: vt l. ij. ĩ. de præscri. longi tẽporis: vt dicit gl. no. in l. iij. ff. de
9 vsuca. *Ex quo no. ꝙ licet cõuentus opposuerit exceptionem in forma vsucapionis, & probauerit in forma præscriptionis, sufficit: sicut ecõ fra, dixit Bal. in l. in seruorũ. in fi. infrà in quib. cau. cessat lõgi temporis præscr. qui voluit per illu tex. ꝙ si in opposit u est forma præscriptionis, & est probatũ in forma vsucapionis, sufficit. & sic no. pro saluando libellũ in quo diceretur, dico me vsucepisse cõtra Titiũ, cum tractaretur de præscriptione rei immobilis, & ecõtrà dicẽdo se præscripsisse, cũ tractaretur de re mobili, in qua solũ cadit vsucapio: quia verba libelli etiã impropriãtur, vt possit saluari & sustentari, vt no. Bart. in l. si olei. in fin. s. loca. & in l. j. in fin. s. de vsufructu. & in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. & ibi per Doctor. & per Bartolum. in l. si prius: in xij. colum. versiculo, secundò contra hoc oppo. ff. de no. oper. nunciati. & per Barto. Bald. & Ioan. de Imol. in l. scire debemus. ff. de verborum obli. & per Cyn. in l. j. in iiij. q. suprà de iure emphy. & vide omnino per Inno. in c. examinata. in fin. extrà de iudi. qui tenet, quòd libellus sit sustẽtãdus,

dummo

dũmodò sit quacũq; via tolerabilis. & ibi per Doctor.& adde prædictis, quæ dicã in l.vnica,in iiij.euidentia li,infrà de vsuca.trãsfor. vbi ponam an & qñ verbũ vsucapio possit verificari in rebus immobilibus,tã in libello & sentẽtia,quàm etiã in statu tis,vbi omnino vide. In gl.ij.in verbo bona fide.ibi,Hodie cotiã.aduerte ad istam glo. quia si tu intelligeres q loqueretur de vsucapione rei mobilis,malè diceret,quia illa autẽ. loquitur in præscriptione longi tẽporis:vnde cùm sit exorbitãs,nõ est extendenda.ita dicit Bar.in l.Põponius.§.cũ quis.ff.de acq.pos.Præter eã ista glo.nõ habuit istũ sensum, vt intelligeret d.autẽ.malæ fidei, habere locũ in vsucapione per istum tex. quia iste tex.loquitur de præscriptione propriè loquendo, & impropriè loquitur de vsucapiõe, vt suprà dixi in vltimo notabili.Itẽ quãtũ ad propositũ nostrũ nõ habet locũ in præscriptione longissimi tẽporis.quod patet:quia etiam ipsimet autori malæ fidei non nocet mala fides,ad pręscribendum longissimo tempore:vt l.omnes.& l.sicut.infrà de præscrip. xxx.annorum. & hoc de iure ciuili: secus de iure Canon.vt in c.malæ fidei possessor.de reg.iu.in vj.& in c. fin.extrà de præscrip.intellige ergo gl.sanè,vt loquatur in præscriptione longi temporis tantùm.de quo dicam latè in d.auten.malæ fidei. In glo.pe.in verbo violenter.ibi,Si vi. quæ est contrà. dic idem tenet gl. in isti.de vsuca.in §.furtiuæ. & vide omnino gl.in d.l.si vi.& quod ibi no. per Doct. In ea.glo.in fin.oppo.de l.non solùm.§.si dominus.ff.de vsucapi. vbi quando quis violenter est deiectus à possessione,res à qua fuit deiectus, põt vsucapi seu præscribi antequã reuertatur in potestatẽ dñi.

So.hic loquitur, qñ cõs fuit vi expulsus,& ab expulsione fuit appræhẽsa possessio:in cõtrario verò nõ fuit per expellentẽ appræhẽsa possessio. & sic nõ videtur fuisse res vi possessa:quia quamuis dominus sit vi deiectus,res tamen nõ est vi possessa: vt l.sequitur.§.si tu me vi.ff.de vsucap. & ibi no.de hoc.& est gl.inst.de vsu cap.in §.quod autem. el j.in verbo possessarum.Item aduerte, quia ista glo.videtur velle relata ad textum, q si est res vi possessa, nõ põt vsucapi,nisi reuertatur in potestatẽ dñi: sicut etiam dicitur in re furtiua,vt illa non possit vsucapi,nisi similiter reuertatur in potestatẽ domini: vt l.sequitur.§.quod autem dicit lex.ff.de vsuca.& videtur esse tex.de vtroque insti.de vsuca.in §.sed aliqñ.& dicitur reuerti in potestatẽ domini, qñ ab eo non põt euelli:vt d.l.sequitur. §.tunc in potestatẽ.& not glo. in d. §.sed aliquãdo.& vide gl.in l.abducta.ff.de furt.quæ ponit quando domino subtrahitur, quatuor copulatiuè requiruntur, vt dicatur reuersa in potestatem domini. de quo dic ut ibi.Sed gloss.singul.in l.certè. §. Iulia. ff. de precario . videtur facere differentiam inter rem furtiuam,& vi possessam:quia res furtiua nõ potest vsucapi, nisi reuertatur in potestatem domini:vt dict.l. sequitur.§. quod autem . sed res vi possessa bene potest vsucapi,etiam si non reuertatur in potestatem domini, dũmodò reuertatur in potestatem expulsi.& ita tenet Bartolus in d.§.Iulia,quod dicit esse notandum : quia

nescit hoc alibi.& dicit q̃ ita debet intelligi ista l.in fi.sed quæ sit ratio differẽtiæ inter rem furtiuam & vi possessam,glo.in d.§.Iulia.non ponit,sed remittit se ad nota.in le.j.§. q̃ vi à me.ff. de vi & vi armata.vbi glo.dicit,q̃ ratio põt esse,ne homines inuitentur facilius ad furãdum, quàm ad inuadendum.sed Barto.ibi dicit,q̃ istud nil est dicere, quia eadem est ratio,ne homines inuitẽtur ad rapinã.Vnde ipse Bart. in dicta l. sequitur.§.si dñs assignat aliã rationẽ.nam cũ in diuersis legibus sint factæ istę prohibitiones:vt inst.de vsu ca.in §.furtiuæ.ex verbis l.sic debere intelligi colligebat:sed istud non est reddere rationem differẽtiæ:vel dicit ipse,alia ratio potest esse:quia in furto res tantũ afficitur,ideo domino rei dicitur res subtrahi: sed in violentia afficitur persona,cui infertur:& ideo ab eo dicitur vi possessa: & sic si in eius potestatẽ reuertatur, sufficit,& verificantur verba l.& hoc probatur ex not.in l.itaque fullo. ff. de furtis.& ibi per Bartol.sed contra istam rationem ego allego textũ,in l.fin.ff.pro soluto, coniuncta gl.ibi,nã ibi dicitur,q̃ si aliquis obligauit rem creditori,& posteà ipse eã surripuit,q̃ si reuertitur in potestatẽ creditoris,põt vsucapi res,ẽt si nõ reuertatur in potestatem veri domini.Sol.illa l.fi.nõ loquitur in pignorante rem alienã,sed suá,& dum dicit textus ibi,q̃ si non reuertatur in potestatem creditoris, non potest vsucapi: dato quòd reuertatur in potestatẽ domini,intellige respectu hypothecæ,quam habebat creditor in illa re sibi pignorata.sed respectu proprietatis.bene põt vsucapi: quia illo respectu non est furtiua.Itẽ contra dictam rationem differentiæ videtur etiam esse textus in l.final. ff. vi bonorum raptorum.vbi et:ã dicitur,quòd res vi possessa debet reuerti in potestatem domini.Sol.secundùm Bartol. in dicta l.sequitur. in §.si dominus. & in dicta lege finali, ibi fuit violentia, quæ affecit ipsam rẽ: quia res mobilis fortè fuit sublata, ideo oportet vt in potestatem domini reuertatur:sed si solùm est violentia,ita vt res non efficiatur furtiua, tũc sufficit quòd reuertatur in potestatẽ expulsi: vt d.l.certè. §. Iulia.ff.de precario.& sic ex hoc no-

10 ta,quòd non est differentia.* An res mobilis surripiatur per furtum, vel per vim:quia vtroq; casu requiritur quòd redeat in potestatem domini. & sic põt intelligi ista glo. & omnia iura quæ non videntur facere differentiam inter rem furtiuã,& vi possessam:sed bene remanet differentia inter rem mobilem furto subtractã,& rem immobilẽ per vim expulsiuam occupatam:vt patet ex prædictis.Saly.autem hic ponit aliã rationem differentiæ:quia res mobilis in qua cadit furtũ minori tempore vsucapitur,scilicet triẽnio: ideo ne faciliter præiudicetur domino ignoranti,lex voluit eã reuerti in potestatẽ ipsius domini:sed res immobilis in qua cõmittitur violentia expulsiua, nõ sic breui tẽpore præscribitur & sic facilius lex permittit rẽ reuerti in potestatem expulsi,vt possit posteà præscribi:quia cũ res ipsa immobilis se exhibeat, dominus verisimiliter infra tempus præscribẽdi de ista reuersione notitiã habere deberet, & præscriptionem interrumpere,& sic

sic nō potest ex tali permißione faciliter lędi: & ista videtur satis ratio colorata: vel dicit ipse sub dubio forte, ꝙ possumus dicere, ꝙ nō sit differētia inter rē furtiuā, & vi possessā. Nec ob. d. l. certē, §. Iul. ff. de precario: qa ibi loquitur de expulso bonę fidei possessore, q possidebat cogitatione domini, & credebat se domi num. l. apud antiquos. circa me. ibi, domini cogitatione. s. de furtis. vñ satis est, ꝙ ibi reuertatur in potestatem illius, licet alius sit ver⁹ dñs: nō aūt sufficeret, ꝙ reuerteretur in potestatē alterius expulsi. & ita loqtur d. l. sequit. §. ꝙ aūt. ff. de vsuc. & hac ratione dicit hic Raph. ꝙ semel cogitauit: licet Saly. nō alleget: sed ipse Raph. conat dare aliā rationē differētię meliorē. nā pro re furtiua cōpetit domino actio furti, subaudit etiā si sit surrepta alij quàm dño: vt l. si furtiuā ancillā. ff. de furtis. licet in re vi ablata, subaudi alij quàm domino, nulla actio dño cōpetit pro illa expulsione: nō dicit plus Rapha. Tu aūt declara: quia quādo res surripitur per furtū propter rē, quæ afficitur vitio reali, tenetur fur ipsi, cui surripuit, & etiā ipsi domino: vnde licet reuertat in potestatē illius, cui subtracta fuit, per hoc satis fit ei, sed nō dño, cui fur etiā tenebat: vt d. l. si furtiuā. sed qñ res vi possidetur: cū istud vitiū violētiæ sit potius psonale, quàm reale: vt dixi s. secundùm Bart. nō nocet nisi ipsi expulso, non domino: meritò sufficit, ꝙ redeat in potestatē expulsi: & sic si bene cōsideres, ista ratio Raph. cōcludit cum ratione Bar. quā suprà dixi, & bene. In gl. fi. in fi. dic vt dicemus plenè in authē. malæ fidei. allegata in glo.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria durat xxx. uel xl. annis.*
2 *Res bonæ fidei emptori uel poßeßori surrepta, usucapi non poteſt, nisi in domini poteſtatem reuertatur.*
3 *Furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino.*
4 *Vendēs rem alienam scienter, & tradens, furtum committit. Et l. sciens. sequenti, nume. j.*

CVM SIT. Qui rē suā quā alteri obligauit, alteri vēdidit, cōmittit furtū, respectu iuris hypothecæ creditoris, & efficitur res furtiua, vt nō poßit vsucapi aduersus creditorē hypothecaria agētē. h. d. secūdū intellectū Bart. Ang. & Pau. de Cast. hic. Vel sic, q rē alienā quā alteri obligauit, alteri vendidit, cōmittit furtū: & res efficitur inusucapibilis, tā respectu iuris creditoris, quàm respectu dominij ipsius rei. h. d. secundùm intellectū glo. hic: quā sequitur Bar. in l. sequit. §. si rē. in fi. ff. de vsuca. & iste intellectus videt verior: vt patet ex rubrica huius ti. quę loquit tantū de vsucapione, & nō de pscriptione, qua pscribitur ius hypothecæ: patet etiā ex fi. dū dicit, vsucapi, nō pscribi. *Et pro intelligētia primi intellect⁹ pręmitte, ꝙ hyppothecaria durat xxx. vel xl. annis: vt l. cū notißimi. in prin. & ibi no. j. de præscri. xxx. anno. nisi possessor habeat titulū, & bonā fidē: qa tūc nō durat, nisi lōgo tpe, quo prescribit cōtra hypothecariā. l. j. & ij. j. si aduer. cre. qd est verū. nisi res fuerit effecta furtiua respectu creditoris: vt in hac l. vñ si rē tuā mobilē mihi obligasti, et sic habeo hypothecariā, & eā alteri vēdidisti, cōtra quē possum eādē intētare, cū hypothecaria actio auo-

Ego verò dico: Aut quis vult habere rẽ verè pro derelicto, nõ habẽs animũ donãdi alicui certæ personę: & sic nõ in fraudẽ: & tunc locum habet, quod dixit Bal. vt insinuatio nõ requiratur. Aut habuit animũ principaliter donandi certæ personæ: & in fraudẽ legis habuit rem pro derelicto: puta ne soluatur gabella de dicta donationẽ: & tũc debet insinuari, sicut si verè donasset, per totũ titulũ suprà, plus valere, quod agitur. Item etiã hæc sunt vtilia: quia vbi quis esset prohibitus alienare, non põt habere rem pro derelicto. vt not. Iaco. But. in l. j. §. j. ff. si ex noxa. cã agatur, & Bar. in d. l. quod seruus. ff. de stip. seruorũ.

9 *Quartò principaliter intelligamus pro declaratiõe huius titu. pro derelicto, quando quis dicatur habere rem pro derelicto. Et respõdeo, pro derelicto habetur, quãdo dominus ea mente abiecit, vt id rerum suarum esse nolit: ideoq; statim dominus eius rei esse desinit, vt dicit tex. insti. de rerum diui. §. pen.

10 *Sed quid si aliquis leuãdæ nauis causa dubitans de naufragio, proiecit ex naui aliquas res in mare, nunquid videatur habere eas pro derelictis? dic ꝙ non in dubio. l. ij. §. fin. & ibi bona glo. ff. ad l. Rhodiam. de iactu. & l. qui leuandæ. eo. titu. & l. qua ratione. §. fi. ff. de acq. re. do. & insti. de rer. diui. §. fina. & l. falsus. §. si iactum. ff. de fur. & no. per gl. & Doct. in dictis iuribus. Ex qualitate tamẽ actus potest perpendi de animo proijcientis, si habuit pro derelictis, vel animũ recuperandi habuit, puta si proiecerit in mari librum apertum, præsumitur ipsum habere pro derelicto, vt dixit glossa in dicto §. fina. & in lege ij. §. final. & dicto §. si iactum. & Barto. ibi, qui dicit quòd si proiecit librum inuolutum in pannis cereis, non præsumitur habuisse animum habendi pro derelicto: quod dicit esse menti tenendum: nec huiusmodi res possunt titulo ꝓ derelicto vsucapi. l. si quis merces, ff. pro derelicto. & occupans dicta bona, quæ ex naufragio perierunt, tenetur domino restituere. aut. nauigia. C. de furtis, & ibi Doct. & habentur in l. si quis nec causam. §. final. ff. si cert. pe.

11 *Item qui patitur secundum decretum, dicitur habere rem pro derelicto. glo. est fin. in l. quamuis. ff. de dam. infec. secundùm Bald. in l. secunda. ff. si ex noxa. causa agatur.

12 *Quid autem si impetus fluminis rupit ratem, & proiecit ligna mina in fundũ tuum; quomodò poteris scire, an dominus lignorũm habuit ea pro derelicto? Fede. de Sena consil. suo cij. quod incipit, dominę Francisce infrascripta materia, &c. form

format istā quæst.& dicit ꝙ lex,quæ loquitur de materia derelicti, videtur dicere, quādo qs abiecit rē suā. sed in casu nostro non abiecit, sed ruina eā perdidit, vt in d. §. fi. Insti. de re. di. vnde in casu nostro nō videtur lignamina pro derelictis, nec procedit vsucapio:vt d.l.si quis merces.ff.pro derelicto.maximè secundùm Cano. secūdùm quos, semper requiritur bona fides.c.fi.de pręscr.

13 * Quid ergo faciet iste, in cuius agrum flumē lignamina, & vegetes ꝓiecit, cū agris noceāt, vt ea possit lucrifacere, cū nō cognoscātur domini dictarū rerū? Et videtur posse dici secūdū Fed.in d.cōs.ꝙ fiat ꝓclamatio in locis vicinis, vt domin⁹ ea tollat infra certū tēpus.aut ex nūc ꝓ derelictis haberi videātur, maximè si res illæ sunt leues. Ex causa nāque cōpelli quis potest agere.l.j.§. vt nemo inuitus. hic enim causa subest, quia nocerēt ista lingnamina vel rudera agris vicinorū. Subdit tamē,ꝙ securior via esset, ꝙ post aliquod tēpus post dictā proclamationē venderētur res, & pretium errogaretur pauperibus:arg.c. cùm tu. de vsuris. cū si. Et hoc vltimū etiā vult Bart.in l.falsus.§.qui alienū.ff.de furtis.qui dicit,ꝙ quādo quis occupat rē, quā putat pro derelicto habitā,potest eā licitè retinere,vt in toto titu.pro derelicto.& si hoc nō putauit,debet dare pauperibus pro anima eius,cuius fuerūt.argu.aut.omnes peregrini.§. cōmunia de successionib.quod tenementi: quia est quotidianū in locis, vbi sunt flumina rapida,sicut est Padus & Athesis.

14 * Item quādo quis denegat alimēta seruo infirmo, statim efficitur liber.l.j.§.sed sancim⁹. §.de lati.liber.tollen.& habetur in l. fi.ff.pro derelicto. per tex. & glo.in Insti.de liber. §.fi.in glo.ordi.& gl. in authē.de nuptijs.§. & multo potius.& ibi Iac. de Bob.& Ange.in d. l.fi.& habetur per glo.ordi.lxxxvij. dist. si expositus.

15 * Sed quid si denegat alimenta futura seu præsentia seruo sano,an per hoc videatur ipm habere pro derelicto? glo.in d.l.fin. ff.pro derelicto. tenet ꝙ nō.Sed gl. tenet cōtrariū in l.fi.§.de infan.exp. & in d.§.sed sancimus.& Ange.in d. l.fi.qui ita dicit, sumēdo illā legem: Denegans alimēta præstare,videtur rem pro derelicto habere: & ideo cōceditur occupāti,& etiam ipsa res potest seipsam pro libera gerere: & ideo si ipse vult liber esse, potest seipsum in libertate occupare: vt d.l. quod seruus.de stipu.seruo. aliàs erit alterius ipsum occupātis.Sed Iac. de Are. dicit,ꝙ quis potest esse seruus sine domino. declaro, si dominus denegat sibi alimēta: quia videt incōtinenti ipsum habere pro derelicto: & sic perdit dominiū serui.l.j. ff.pro derelicto. nec acquiritur alteri ante occupationē,nec efficitur liber, nisi velit se occupare gerēdo se pro libero,& ideo statim ꝙ domin⁹ habet eū pro derelicto, & vult esse liber, fit liber titu. pro derelicto. & sic intellige in authē.de nuptijs.§.& multò potius. Et ratio potest assignari,quia id quod pro derelicto habetur, in suā originē & primā causam redit: sed ab initio oēs homines liberi nascebātur:vt Instit.de libertinis.in prin.ergo,&c.Sed si quis denegat alimēta iam præstita seruo, restituere alteri: nō videtur habere pro derelicto,nec ei libertatē impar

tiri: vt d.l.si.ff.pro derelicto.& ita tenet in hoc ibi Ange.& de ista materia vide per glo.fi. & Doct.in c.j.de infan.& lang.expon. & per Gotr.in summa eod.titu. & per text. & glo. lxxxvij.dist. si expositus. & vide qd not.Bal.in l.si qua illustris.in versic. quæro quis succedat.infrà,ad Orfic.

16 *Itē adde, ꝙ id quod fortunę committitur, & nō defenditur, nō dicitur derelinqui.tex.est, & ibi Bald.in l.seruus.ff.de statu homi.

17 *Quintò principaliter est etiā sciendum, quis posit habere rem pro derelicto.Et respōdeo regulariter,ille,qui alienare potest:sed qui nō potest alienare, non potest habere rem pro derelicto:vt not.Barto.in l.quod seruus.ff.de stip.seruorū.& no.Doct.in l.j.ff.si ex noxa.causa agatur. & dixi s.in vij.q.prin.in fi. Item bannitus nō potest habere rem pro derelicto. solet allegari glo.no.in l.iij.C. de agrico.& censi.li.xj.

18 *Sextò & vltimò nō est prætermittendū,aliud esse agrū deserere,& aliud derelinquere. qui enim derelinquit, ipsum ex pœnitētia nō reuocat.l.j.ff.pro derelicto. sed qui deserit infra bienniū, ei detur, si nō fuit vocatus per possidētem,vt in l. qui agros.C. de omni agro deser.lib.xj.alias datur sibi solùm tēpus semestre,vt l.locorū.eod. titu.ita dixit Bar.in d.l.qui agros.& ita vult Lud.de Ro.in quodā suo singulari, quod incipit, quæro quæ sit differētia inter deserere &c. qui dicit, ꝙ ille habet rem pro derelicto, qui totale abiecit à se dominium & possessionem rei suæ, quam si alius occupat,nō habet locū pœnitētia.d.l.j.ff.pro derelicto.& l.quod seruus. de stipu. seruorū. & cognoscitur an quis habeat rē pro derelicto ex qualitate proijciēdi, puta quis proiecit librū apertū,vt dixi s. in iiij.q.prin. Sed si ego proijcerē,quia me prosequebantur inimici,vt possem leuius currere,secus. Deserere aūt propriè dicitur,qui à se abijcit diligentiā culturæ rei propriæ,vt puta si habeo vineā, & nō facio ipsam zapare, dicor deserere, & ex ista desertione resultat,ꝙ respublica illū fundū vel agrū tributarium,pro quo debetur tributum,potest transferre in dominiū alterius,qui dicat se velle colere illum fundum

19 * Sed nūquid postea primus dominus desertor posit duci pœnitentia, & recuperare fundū & colere? dicas quòd sic,infra bienniū vel semestre tempus, secundùm diuersitatem causarum.tex. sunt singulares, quos valde no. Bar. in d.l.qui agros. & in l.locorum. C. de omni agro deser.lib.xj.

FINIS TRACTATVS DE VSVCAPIONE.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTORIS,

TRACTATVS DE CONTRACTIBVS EMPTIONUM & Locationum cum pacto de retrouendendo simulatis,

AD R. D. D. HERMOLAVM Barbarum, sacri Pontificij ciuilisq; iuris Doctor.

PTIMAM bonorum possessionem maiores nostri Veronenses in fundis libellarijs esse existimantes, facultates suas in eis semper collocare cõsueuerunt. Hi enim certissimos reditus dominis omni tẽpore nullo cũ labore, nulla cũ impẽsa recõditos reddũt. Quod quidẽ etsi oĩbus, in primis tñ illis, quibus nulla est agrorũ cura, conuenit atq; cõducit. Sed cùm oẽs tam intellexerint onus grauissimũ emphyteoticum esse, tum propter bella, quę diu nobis fuere, tum propter grandines & alias tẽpestates, quæ pluribus annis Veronenses conterruerunt, pauci nunc admodùm reperiuntur, qui se iuri emphyteotico subijcere velint, cum sæpenumero plus dominis reddant quàm præceperint. Ex quo impræsentiarũ nulli ferè noui contractus emphyteotici celebrãtur. Inoleuit autẽ in hac vrbe nostra alius similis cõtrahendi modus, vendẽdi scilicet fundum, ipsumq; posteà siue incõtinenti ab eodem in perpetuũ conducendi, cum pacto de retrouendendo, & ab his vt plurimũ, qui neque vendere, neque conducere cupiunt, sed cogente necessitate hoc colore pecuniã mutuam[a] quærunt. Vnde cũ his cõtrahentes sæpissime Euangeliorũ prædicatores publicè detestantur, ac etiã nonnulli, qui bonæ cõscientię apud omnes existimãtur, aliquem obligare sibi hoc pacto perhorrescũt. Plurimi autẽ hos contractus inire non dubitant. Qua ex re illud euenit, vt quandoq; vbi abstinendum non est, abstineãt, & vbi non est cauendum, inaniter caueãt.

Et licet apud viros religiosissimos de hoc publicè prædicari cõsueuerit, nõnunquàm tamẽ minus rectè, nõnunquàm minus perfectè id fieri solet, & si quandoq; à viro doctissimo rectè ac perfectissimè hoc munus absolutũ fuerit, nõ tamen ab omnibus, & præsertim viris indoctis intelligũtur, & si ab illis intelligunt, id ex eorũ memoria facilimè delet obliuio. Quamobrẽ hũc libellũ de his cõtractibus cõposui, singulos in eo casus, qui euenire cõsueuerunt, distinguẽdo, & cõiecturas plurimas

b ex quibus cõtractus fictitius[b], simulatus, & vsurarius præsumatur & intelligatur, vndique tactis diligẽtius colligendo, vt omnes percipere possint à quibus abstinendũ sit, & quos absque salutis interitu valeant celebrare: quem libellũ antequàm edere voluerim, tibi inscribendũ, & ad te mittendũ esse putaui, vt sapiẽtia & autoritate tua hac in re mihi iudex existas. Es enim ciuitatis nostræ sanctissimus præsul & antistes, & in omni iure doctissimus. Nec vnquã alteri edendũ esse censui, nisi prius per te visus & correctus aut comprobatus extiterit.

a Pecuniã mutuã. *Vtrũ dare mutuũ petẽti sit de præcepto.* Respõ. *secũdùm Sco. in iiij. dist. xv. q. habẽs pecuniã sibi pro aliquo tẽpore inutilẽ, mortaliter peccat, si eã nõ mutuat indigẽti, & petẽti, q̃a facit cõtra præceptũ naturæ et Christi, & sic prohibetur usura. & primò Moyses in Deutero. c. xxiij. Nõ fœneraberis fratri tuo ad usurã pecuniã, nec fruges nec aliã quãlibet rẽ, sed alieno fratri tuo absq; usura id quod indiget, cõmodabis, ut benedicat tibi dominus Deus tuus in opere tuo.*

b Cõtractus fictitius. *Et cõtractus simularis præsumit, si uẽditor diu post cõtractũ uẽditionis reperit possidere. uide Corneũ ij. uol. cõsi. cxxj. inci. duo. Et ad probandũ simulationẽ cõtract. quid requiratur, & an species simulationis debeant exprimi, & quot sint species simulationis, uide Alex. in uol. consi. cxij. in j. & ij. col.*

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo pignus contractum præsumitur.*

2 *Pactum de retrouendendo in contractu appositum de iure ciuili reprobatum non est.*

3 *Locatio & uenditio iusto pretio facta de iure ciuili & canonico, reprobata non est.*

4 *Ius naturale est, quod in lege & Euangelio cõtinetur, quo quisq; iubetur alij facere, quod sibi fieri uult.*

5 *Fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent.*

6 *In incertis, non certis, locus est coniecturis.*

7 *Contractus an sit pignoratitius, simulatus, siue usurarius, an uero illicitus, magna differentia est.*

8 *Cõtrahẽtib. se in pretio decipere licet.*

9 *Expressè uel tacitè, quomodo in pacto de retrouẽdẽdo aliquid actũ dicatur.*

10 *Actus præsumptiuus potius quam tacitus per coniecturas inducitur.*

11 *Pacto de retrouendendo, quomodo aliquid præsumptiuè actum dicatur.*

12 *Pacto de retrouendendo quando aliquid dicatur factum incontinenti, uel ex interuallo.*

13 *Iure diuino, seu consciẽtiæ foro nullus decipi debet seu lædi.*

14 *Contractus simulatio testibus & instrumentis probari potest.*

15 *Pactum de retrouendendo simulatum præsum*

præsumitur, quando contrahentes nõ habuerũt animũ emendi uel uẽdendi.

16 *Contractũ factũ cum pacto de retrouendendo ubicunque præcesſit cõtractus mutui, semper usurariꝰ pſumitur.*

17 *Præsumptionem cõtra iuris à iure introductam semper probatio in contrarium admittitur, nisi ius statuat, quòd non admittatur.*

18 *Pactum de retrouẽdendo dolosum præsumitur, quandocunq; in ipsa uenditione læsio interuenerit.*

19 *Pactum de retrouendendo cũ sola paritate uel maioritate pretij, maximè iusti pretij dimidiam non cõtingente, non facit præsumere contractũ simulatum uel usurarium, nisi aliæ coniecturæ fuerint.*

20 *Lex uel canon ubicũq; prouidens super certo disponendo secundùm aliquã rationem in foro iudiciali obtineat rationabiliter, secundùm Theologos etiã in foro conscientiæ obtinere debet.*

21 *Ecclesia in suis contractibus fraudem aliquam adhibere non debet.*

22 *Contrahentibus de iure diuino non est licitum se decipere etiam extra dimidiam iusti pretij.*

23 *Foro ciuili uel canonico cur contrahentibus se decipere licet.*

24 *Cõtrahens unus si alium non deceperit, quia quilibet sciebat & intelligebat ualorem rei uenditæ. Itẽ nullus eorum erat in contrahẽdi necesſitate, & nihilominus res fuit uẽdita uel in solutum data, uel aliter plus uel minus iusto pretio alienata, an in foro conscientiæ licitum sit.*

25 *Restitutioni an in foro cõscientiæ quis teneatur, quando uendens uel alienans læsus est sagacisſima persona.*

26 *Restitutioni quibus in casibus in foro conscientiæ quispiam teneatur.*

27 *Emptor secũdũ sanctũ Thomã, si multùm iuuetur ex re quam emit, & ille qui uendidit non damnificatur ultra cõmunem ualorem illius rei, eam utilitatem emptori uendere non debet.*

28 *Pretium iustum in foro conscientiæ quod dicatur.*

29 *Lex ubi figit pedes suos, ultrà trãsgredi non licet.*

30 *Res quod uendatur uel ualeat quantùm uendi potest, quomodò intelligat.*

31 *Res ubi quãdoq; diuersis pretijs uendi potest, quæ uia tutior eligenda sit.*

32 *Pactum de retrouendendo dolosum præsumitur, quando læsio esſet in locatione, seu in ficti quantitate.*

33 *Pensio iusta alicuius rei quænam sit, & quando dicatur.*

34 *Domus in ciuitate Veronæ communiter in ratione trium pro centenario locantur, & quandoq; uiliori pretio, si ipsæ domus pretiosæ fuerint.*

35 *Liuelli de affictu, quicquid ualeat aureus, siue eius æstimatio crescat, siue decrescat, semp tãtũ i monetis solui debet.*

36 *Argumentum ab experientia sumere bonum est.*

37 *Pacto de retrouendendo quãdo in pretij quantitate læsio contingit præsumptio est, ipsum fore iniquum.*

38 *Vsura est, quicquid sorti accedit.*

39 *Contractus usurarius detegitur, si creditor ultra sortem aliquid recipiat.*

40 *Pactum de retrouendendo uenditione in secũda, si plus exigatᷓ seu percipiatur quam fuerit quod soluit in prima, non in pecunia, sed in alia re, iniquum & dolosum præsumitur.*

41 *Pacto de retrouendendo, præsumptio est contractum esse licitũ, quãdo contingit læsio in aliqua expensa, quæ ad ipsũ emptorem, eundemq; locatorem spectaret, & tamen ipse uelit, quòd illa*

ad primum uenditorem, eundemq; locatorem spectare debeat.

42 Creditor tenetur soluere tabellioni instrumentum crediti conficienti.

43 Cōtractus dolosus esse præsumitur, quādo res est pro parte uendita, & pro parte donata, & donationis causa nō subest.

44 Donatio pura & simplex propter liberalitatē & munificentiā fieri debet.

45 Benemerita in dubio nō præsumūtur.

46 Contractus simulatus iuramento non ualidatur.

47 Pactum de retrouendendo quibus uerbis in instrumento appositus iniquum esse præsumatur.

48 Contractus iniquus esse præsumitur ex pactis uel clausulis insolitis in instrumento appositis.

49 Pactum de retrouendendo quòd sit dolosum, maxima præsumptio est, quādo emptor, idemq; locator noluit contractum uenditionis non posse dissolui, nisi usq; ad certum tempus.

50 Emptio & uenditio ad certum tempus fieri potest.

51 Pactum de retrouendendo dolosum esse præsumitur, quando in eo dictū fuerit, quòd emptor teneatur retrouendere uenditori fundum uenditum &c.

52 Pactum de retrouendendo malum esse, præsumptio est, quādo quis mihi fundum uēdidit, & ego sibi dictum fundū in perpetuum locaui, & simpliciter in instrumento esset appositū pactum de retrouendendo usq; ad certū tempus.

53 Pactū de retrouendendo usq; ad certū tempus completum uel in perpetuū de iure ciuili licitum est.

54 Damnum nemo facere dicitur, nisi eū id facit, quod ius faciere non habet.

55 Præsumitur in dubio quis uelle quod sibi fauorabilius est.

56 Pactum de retrouendendo facere ad tempus completum in foro conscientiæ tutius est quàm in perpetuum.

57 Temporū taxationib. nulla ratio reddi pōt, nisi q. ita legislatori placuerit.

58 Pactum de retrouendendo esse malū; præsumptio est, quando ab ipso initio partes egerūt, q. quandocūq; uenditor restituet pecuniam perceptam, emptor etiam rem suam restituere teneatur.

59 Meum uel tuum propriè loquendo dicitur, quod uendicari potest.

60 Pactum de retrouendendo simulatū, uel usurariū esse præsumitur, quando pacta in contractibus apposita claudicant, ut puta quia omnia in creditoris & nō debitoris fauorē apposita fuissēt.

61 Pactum de retrouendendo simulatum esse præsumitur ex parte uēditoris propter ipsam rem uenditam.

62 Pactum de retrouendendo malum esse præsumitur ex persona ipsius uenditoris, scilicet propter pretium.

63 Pactum de retrouendendo fictitium esse præsumitur, ex paruitate pretij ex persona emptoris.

64 Pactum de retrouendendo præsumitur esse simulatū ex parte ipsius emptoris, propter rem emptā, quā nō curauit uelle uendere, nec de ea informationē suscipere, & alia quæ sequuntur.

65 Pactū de retrouendendo præsumitur esse usurariū ex persona emptoris, scilicet quòd emere noluerit, quando ipse propria prædia uenderet, & huiusmodi contractus faceret.

66 Pactum de retrouendendo fictitiū esse præsumitur, quando contractus uenditionis & locationis cum pacto &c. clàm & occultè celebrati sunt.

67 Beneficium ecclesiasticum qui occultè confert, præsumitur contra eum.

68 Pactum de retrouendendo usurarium

esse

tium, seu usurariū, ad præsumendum duo potissimum requiruntur, scilicet pactum de retrouendendo, & pretij paruitas.

201 *Contractus an fœneratitius præsumatur, si quispiam receperit mutuo pecuniæ quātitatem, puta centum, & pro illis fecerit uenditionem Titio de prædio ualoris ducentorum, & per aliud instrumentum, postea Titius promiserit sibi retrouendere, soluto sibi centū.*

202 *Ratione quo quis magis utitur, eo maioris autoritatis eius uerba uidentur.*

203 *Instrumento in dubio standum est, nec simulatus præsumitur.*

204 *Contractus simulatus & in fraudem usurarum celebratus de iure Canonico ex duobus præsumitur.*

205 *Pactum de retrouendendo precij paruitas, cōsuetudo fœnerandi cōtractum fœneratitium præsumere faciunt.*

206 *Dictio Maximè, quandoq; abundat.*

207 *Interpretari in re dubia in meliorem partem semper debemus.*

208 *Regula, quòd sicut quæ non prosunt singula, multa iuuant, ita econtrà quæ non nocent singula, multa nocent.*

209 *Contractus simulatus ad hoc ut præsumatur, quomodò pretij paruitas, seu deceptio in pretio præsumatur.*

210 *Societatis partes in dubio æquales esse debent.*

211 *Læsio saltem in tertia parte, & non in sexta interuenire debet, ad hoc ut reductio ad boni uiri arbitriū petatur.*

212 *Læsio de iure canonico tunc esse dicitur, quādo modicum etiam pretiū est.*

213 *Quātitas magna & parua causa & personarum respectu esse dicitur.*

214 *Iudex in pacto de retrouendendo, & in quocunq; alio contractu, quòd sint dolosi, iniqui, & usurarij, qualiter arbitrari debeat.*

215 *Cōtractu quādo nō interuenit dolus, fraus, uel simulatio, nec aliqua læsio, uel deceptio in pretio uēditionis, locationis, uel pacti de retrouendendo, sed sunt aliæ præsumptiones uel cōiectura doli, fraudis, uel simulationis, quid iuris.*

216 *Conscientia omnipotenti Deo occultari non potest.*

217 *Contractibus cum pacto de retrouendendo abstineat, qui sine conscientiæ scrupulo uiuere optat.*

218 *Animæ salutem in his quæ respiciunt, ad euitandos graues cōscientiæ remorsus, pars semper securior tenenda est.*

219 *Ecclesia quandoq; propter scandalum crimen tolerat.*

220 *Ecclesia quandoq; crimen tolerat propter multitudinem peccantem.*

CAIUS quidam Veronensis fundū emit centum aureis, deinde ipsum venditori locauit iure liuelli, viginti quinque libris denariorum Veronensiū, fecitq; eidē venditori pactū de retrouendendo. a Ex quo dubitari cōsueuit apud Prædicatores religiosos & catholicos viros, & præsertim in ciuitate Veronę, vbi sępissime huiuscemodi cōtractus celebrari consueuerunt, si dictus cōtractus venditionis & locationis cū pacto de retrouendendo sit licitus. In qua quidem materia, multæ, varię ac diuersæ sentētiæ reperiunt. Quidā enim dixerunt dictum contractum esse illicitum, simulatū & vsurariū, quia nonnunquam ille qui emit & incontinenti locat cum pacto de re-

trouendendo non habet, nec habere videtur animũ emẽdi, sed solùm percipiẽdi fructus siue redditus pecuniæ suæ centũ aureorũ, videlicet xxv. libras singulis annis, nec etiã vẽditor habuit animũ vendẽdi, sed potius fundũ suum pignorãdi, ex quo simpliciter & absolutè vendere noluit, sed solummodò cũ pacto & conditione, ꝙ sibi locetur cũ certa pensione & cum pacto de retrouendendo. 1 *Ex pacto enim de retrouendẽdo præsumitur pignus contractũ, vt dicit Bart. per illũ tex. in l. creditor. §. fi. qui incipit, post diuisionem. ff. qui pot. in pign. hab. & tenet Baldus in l. creditoris. ad finẽ. C. de pigno. Et ideo isti dicunt, ꝙ iste contractus c non modò est illicitus, quia cẽsetur simulatus, sed etiã est vsurarius. Nã quando venditor alienat & remanet in possessione, etiam si constituat se emptoris nomine posidere, est b præsumptio fraudis b, & quòd venditio fuerit simulata, nisi interuenerit traditio corporalis, vt not. Barto. in l. post contractum. in tertia colũna, in princi. ff. de donatio. & in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis pigno. vel hypote. soluitur. de quo videatur, quod dicam in tertio casu principali, xxv. presumptione. sic licet instrumentum sonet de venditione, tamen verè contrahentes voluerunt, quòd esset pignus, vt ibi. & probatur in c. illo vos. extrà de pignori. & in c. ad nostrã. extrà de emptione & venditione, & per ea quæ habetur in l. emptione. C. plus vale re quod agitur, quàm quod simulat. concipi. Et maximè hæc opinio videtur vera, quia dicit Io. And. post Hostien. in d. c. ad nostram. in nouel la, experientia docuit, quòd vsurarij dimissis contractibus mutui, inchóauerunt facere huiusmodi contractus, videlicet contractum conditionalem cum pacto de retrouendendo rem, & posteà ne forma contractus ex vi illius pacti iudicaret illũ vsurarium, cœperunt facere bina instrumenta, primum purum emptionis, secundum promissionis de retrouẽdẽdo. Hodie verò decet debitorem pecunia indigentem confidere de vsurario, sicut sacrista facien do sibi purum instrumentum venditionis, nec vult in eodẽ instrumento, vel alio facere pactum de retrouendendo, ne propter hoc præsuma tur contractus vsurarius c. Sed certè hodie faciũt duo vel tria instrumen ta, primum venditionis puræ, secun dum locationis liuellariæ: quia emptor locat rem emptam venditori. Tertiũ quandoque scilicet pactum de retrouendendo. Alij dicũt, quòd dictus contractus de retrouendendo est licitus de iure ciuili & canonico, & etiam in foro conscientiæ: & sic de iure diuino, 2 *quia de iure ciuili pactum de retrouendendo appositum in contractu, non est reprobatum, vt est casus in l. secunda. C. de pactis inter emptorem & venditorem, & ibi not. per Doct. & no. Ang. in l. ad officiũ. in fine. C. communi diui. nec de iure canonico, vt probatur in d. c. illo vos. de pignori. & c. ad nostram. de emptio. & venditio. & dicam in xij. præsumptione. Neque etiam de iure diuino pactũ de retrouendendo videtur esse reprobatum, probatur Leuitici xx. c. ibi, dum dicitur, si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suã, &

& voluerit, propinquus eius potest redimere qđ ille vendiderat. Si autem non habuerit proximū, & ipse pretiū ad redimēdū potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tēpore, quo vendidit, & quod reliquū est, reddet emptori, sicque recipiet possessionē suā. Et hoc maximè verum est, quando deceptio siue læsio non est in ipsa venditione, nec in locatione, neque in pacto de retrouendendo.
3 *Nam de iure ciuili & canonico venditio & locatio iusto pretio facta nō est reprobata, & probatur in toto titulo. ff. & C. de cōtrah. venditione, & locatio. & Institu. eusdem, & extrà eodē de emptione & venditio. & de locatio. cū similibus. & pactū de retrouendo factū, dūmodò non sit simulatū, & pretium iustum, non videtur esse reprobatum ab aliquo iure, etiam si sit conuentum. cum vēditione & locatione eiusdem rei præcedente, vt est casus in l. fundi. ff. de contrahen. emptio. imò videtur esse quædam gratia & liberalitas, quæ est liberatio à iure liuelli, cùm tendat dictū pactum ad liberandum venditorem, eundēmq; conductorē à iure liuelli, qui de sui natura est perpetuus, vt est casus notabilis in c. j. §. j. ibi, ex natura perpetui liuelli. in titu. de alien. feud. & ibi not. per Docto. in vsib. feu. Cùm ergo dictū pactū non tendat ad necem venditoris, sed ad eius gratiam, & vtilitatē, videtur quòd sit permissum etiam in foro conscientiæ, cùm illud idem vellet sibi fieri emptor, idem ipse locator, si esset vēditor & conductor. argum. c. j. prima distin. v-
4 bi text. sic dicit, *Ius naturale est, quod in lege & Euangelio continetur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod sibi nollet fieri. vnde Christus in Euangelio, Omnia quæcunque vultis vt vobis faciant homines. & vos eadē facite illis. hæc enim est Lex & prophetæ. Et hæc opinio videtur etiā fundari & inueniri ex communi opinione & obseruātia ciuitatis Veronæ. Nam quotidie celebrantur Veronæ huiuscemodi contractus, & reputantur liciti. Ergo videtur, quòd non possunt dici illiciti & vsurarij, vt probatur in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ibi, quia id facit, quod publice facere licere arbitratur. ff. de ædil. edic. & ibi Bar. dicit per illum tex. φ si quis facit aliquē actum vel contractum, qui existimetur communiter licitus: cōtrarium tamē est in veritate, quia sapit vsurariam prauitatem, ex hoc nō dicitur vsurarius. & ibi hoc idem dixi, addendo, quòd hoc est multùm no. pro mercatoribus alijs, qui quotidie faciunt multos contractus vsurarios in veritate, & communiter tenetur in illo loco, quòd non sit vsura, quòd tales nō sunt vsurarij, & nō forte peccant, nisi essent in ignorantia supina d. & non curarent, nec valent informationem habere. argu. l. nec supina. ff. de iuris & facti ignoran. & argumen. eorū quæ not. Bart. in l. bonorum. ff. de bono. posses. & in l. pecul. ff. de adulte. ad quod videatur, quod dicam in v. casu. principali, versi. nisi dicamus, quòd cōsuetudo. nec text. in d. c. ad nostram. extrà de emp. & vendi. vbi ponitur pactū de retrouendendo quādocunq;, contradicere videtur: quia ibi nō videtur reprobari contractus, ex eo φ esset

esset appositum pactum de retrouendendo quādocūq; sed quia ipse emptor fuit in dolo, quia venditor ibi volebat recipere pecuniam mutuo, & non vendere, vt patet ibi in prin. dum dicit, Cum B. laicus ab M. mutuo recipere voluisset, & emptor ne videretur vsurarius, & sic ne posset posteà conueniri tanquàm vsurarius, voluit, q̄ dictus B. venderet sibi domos & oliuas: & sic cū in veritate fieret mutuū, voluit q̄ instrumentum fieret de venditione, & sic propter dolum [e] emptoris eiusdem locatoris reprobatur ibi contractus, & non propter pactū de retrouendendo, vt probatur in textu ibi, igitur.

5 f *Fraus & dolus [f] cuiquam patrocinari non debent &c. De quo tamen est aliter dicendū, vt dicitur plenè in quinto casu principali. & licet ex pacto de retrouendendo rō, ipsa res intelligitur obligata, vt dixi suprà, non tamen propter hoc presumitur cōtractus simulatus, vt statim dicam: nec etiā obstare videtur, quod dixi secundū Bart. quòd contractus præsumatur simulatus, quādo venditor remanet in possessiōe: quia illud nō procedit, quando venditor responderet emptori de fructibus, hoc enim facit cessare presumptionē fraudis. argu. l. litibus. C. de agri. & censi. lib. xj. vt dicit Bal. in d. l. post contractum. in princi. iij. colū. ff. de dona. & in d. l. sicut. §. superuacuū. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. Itē nō procedit, quo ad ipsum venditorē dicētem contractū fuisse simulatū: quia non sufficit, vt ex hoc solo possit venire cōtra factū suū, vt de seruo pig. da. ma. l. si creditoribus, sed quo ad tertiū creditorē dicentē contractum fuisse simulatū, vt si contractus præiudicet, bene procederet, secundùm Barto. in d. l. post cōtractū: in iij. presumptione. in fin. & in d. §. superuacuū. in fine. & sequitur Bal. in l. emptionē. in fine, versi. qualiter probetur. C. plus valere, qd agitur. & Franciscus Zabarella in c. illo vos. in secundo notabili, extrà de pignorib⁹. Alij verò aliter dixerūt prout ex infrà dicendis apparebit, quæ breuitatis causa hic omittuntur.

a De retrouendēdo. *Et pactū de retrouendēdo, an inducat præsumptionē usurarū cōtra nō solitū feneraṙi, uide Corn. primo uol. cōsi. cccxxiiij. inci. quā quā. & cōs. cccxlj. & cōsi. cccxlvij. inci pi. uisa. Et pactū de retrouendēdo infra certū tēpus casu quo emptor uelit pro seipso, an & quando procedat ut pmittēs cōpelli possit. uide cōs. ccxliiij.*

b Fraudis. *Esaias propheta cap. xxxij, fraudulenti uasa pessima sunt.*

c Vsurarius. *Cōtractus quādo celebratur in fraudē usurarū, uide text. in l. j. cū gl. C. de his qui ad princi. uaca. li. x, & Bal. in l. illud, in fi. uersi. extra glo. hic positam. C. de sac. sanc. eccle. ubi allegat d. l. j.*

d Supina. *Ignorātia nō excusat eum, qui dabat operā rei illicitæ. Bar. no. in l. cū qui. §. pe. ff. de iniur. Itē nec qua non pōt allegari. Alexan. in l. si. de decre. ab ordi. fac.*

e Dolum. *Dolus in alienāte rem causa mutādi iudicij probatur eo ipso, quod rē abenauit sub pacto de re sibi retrò restituēda, uel qui accepit prædium uel alienā rē pro eadē, secūdū Bar. in l. itē si res. §. idēq; fiers. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. Et dolus consistit in animi qualitate, non in pretio. l. doli. & ibi Bald. C. de rescin. uendi.*

f Dolus. *Dolus ex coniecturis probatur. glo. in c. fi. de renũ. in vj. l. quoties. §. qui dolo. de prob. l. dolum. C. de dolo. Pau. de Cast. cõs. lxxx. & Bar. in l. fi. a C. de probati. ubi dicit uerũ, si sunt cõiectura indubitata, ita q animũ iudicis reddant certũ: uide Spec. de expen. §. fi. uersi. tu autem.*

EGO Bartholomæus Cæpolla Veronensis, iuris vtriusq; doctor minimus, & aduocatus consistorialis, sic nunc dicerem distinguẽdo sex casus principales, salua tamen meliori deliberatione cuiuslibet alterius, & maximè Theologici, & sanctę matris ecclesiæ: cuius opinioni & decisioni semper adhæreo, & nũc me submitto. Quandoq; contractus dictæ locationis & pacti de retrouendendo fuit celebratus ex interuallo post contractũ venditionis, & nihil fuit actũ expresse vel tacitè ipsius venditionis tempore, nec ante, inter dictos contrahentes de celebrando dicto cõtractu locationis & pacti de retrouendendo. Quandoq; fuit actum inter contrahentes expressè vel tacitè tempore venditionis, vel ante, de locando dictam rẽ venditam eidem venditori cum pacto de retrouendendo, vel tẽpore dictæ venditionis fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto cõtractu venditionis & locationis & pacti de retrouendendo nõ interuenit verè, fictè, vel præsumptiuè fraus, dolus, simulatio, vel aliqua læsio seu deceptio in venditione, locatione, vel pacto de retrouendẽdo, nec in aliquo alio. Quandoque in dicto contractu interuenit fraus, vel dolus, vel simulatio verè vel fictè vel pręsumptiuè, & est deceptio siue lęsio in vẽditione, locatione, & in pacto de retrouẽdendo. Quandoque in dicto cõtractu interuenit fraus, a dolus, vel simulatio ex parte vtriusque contrahentis, vel vnius tantũ: sed nulla interuenit læsio in pretio vẽditionis, locationis, & pacti de retrouendendo. Quandoq; dubitatur an in dicto contractu dolus, vel fraus, vel simulatio interuenerit & interuenit læsio in locatione & pacto de retrouẽdendo in aliquo aut aliquibus ex ipsis. Quãdoq; nõ interuenit dolus, fraus, simulatio, nec aliqua læsio in pretio venditionis, sed in alijs, vel adsunt alię præsumptiões doli, fraudis, vel simulationis.

a Fraus. *Fraus præsumitur ex actuum celeritate, & ex nimia liberalitate. Bald. in l. eã quã. xv. col. de fideicõ. Itẽ præsumitur cũ cõstet de dãno, & non aliter. Bal. in l. si tutor. C. de interdic. ma. inter tu. & pu. Itẽ præsumitur ex nimijs cautel. Bal. in l. etiã. iij. coliũ. C. de execu. rei iudi. & not. in l. vj. ff. de condi. insti. & in l. pe. C. de euic. Item præsumitur ex qualitate personæ: ut si est solitus feneraris, secundũm Baldũ in l. cũm allegas. iij. oppo. C. de usu.*

PRIMO casu quando contractus locationis & pacti de retrouendendo fuit celebratus ex interuallo post contractum venditionis, & nihil fuit actũ expressè vel tacitè ipsius venditionis tempore, nec ante, inter dictos cõtrahẽtes de dicto contractu locationis & pacti de retrouẽdendo, & sine dubio hoc casu cõtractus locatiõis & pacti de retrouẽdẽdo est licitus: nec põt dici, q fit simulatus vel vsurarius: quia nihil interuenit, propter quod iudicari possit, quod

quòd dictus cõtractus locationis, & pactũ de retrouendẽdo fuerit illicitus, simulatus, vel vsurarius, imò licitus, & q potius cõtinet merã gratiã 9
& liberalitatẽ ex parte locatoris propter dictũ pactũ de retrouendendo. Idẽ est dicendũ multò magis, si habeo fundũ, quẽ emi, vel aliter acquisiui à Titio, & posteà ipsum locaui Sempronio, eiq; feci pactũ de retrouendendo. Nã hoc casu nulli dubiũ est, q licitũ: quia non reperitur hoc prohibitũ ĩ iure ciuili, aut canonico, aut theologico. potius dici pössẽt, q fiat gratia ipsi conductori per ipsum locatorem per pactũ de vendendo, maximè cùm nõ possit dici, q fuerit pignus vel contractus simulatus, ex quo res locata nõ fuit ipsius conductoris, sed ipsius locantis tantũ: & iustũ pretiũ locationis, & pacti de vendẽdo interuenit. Si aũt fuisset pactũ de retrouendendo tẽpore venditionis expresè vel tacitè, vel præsumptiuè, quod qñ sit, dicetur in sequẽti casu principali: tũc qd iuris sit. dic vt ibi dicam, & in tertio casu principali in x. presumptione. Sed si interuenisset pretiũ iustum respectu locationis, vel pacti de retrouendendo, vel vẽditionis tantũ. vel in omnibus prędictis, quod quãdo fit, dicetur in tertio casu principali in secunda, tertia, & quarta præsumptione: & tunc si pretium fuit iustum respectu vnius contractus tantùm: & sine dubio nõ erit, nec esse poterit contractus vsurarius. sed si fuisset læsio in tribus prædictis contractibus vel duobus ex eis: & idem etiam est dicendum, ex quo in veritate percipio fructus vel reditus rei meæ locatæ, nec aliquod pignus verè vel præsumptiuè ĩteruenerit: & hoc si emptor habuit animum emẽdi, & vẽditor vẽdendi, qđ sic dic, vt dicã in prima præsumptione in principio. * Quia in incertis nõ certis locus est coniecturę. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de ver. oblig. aliàs secus. Ad quæ adde quod dicã in quarto casu principali. Poterit tamen dici dictus contractus illicitus: quia si fuit iniustũ pretiũ in vẽditione & pacto de retrouendendo vltra vel citra dimidiã iusti pretij, nunc in eo, quo pl⁹ iusto cõmuni pretio res erit empta, locata, vel promissa de vẽdendo, tenebitur lędens supplere iustũ pretiũ, vel restituere illud plus, quod perceperit de fictu vel vẽditione, seu retrouẽditione, & tenebitur etiã reddere verè fictũ futurũ & pretium venditionis seu retrouenditionis ad iustum pretium in foro conscientiæ vel rescindere dictum contractum in electione ipsius lædentis etiam de iure ciuili; quando, vt dixi; esset deceptio vltra vel citra dimidiã iusti pretij, per l. ij. cũ ibi not. C. de rescin. vẽdi. Et etiã de iure cano. vt est casus in c. cum dilecti. ibi, quia verò in arbitrio emptoris est. & in c. cùm causam. ibi, aut suppleatur. extrà de empt. & vendi. quod quidem procedit, etiam si esset læsio in simplici locatione tantùm: siue fuerit locatio ad tempus, siue libellaria in perpetuum: quia beneficium d. l. ij. 2
C. de rescin. vendi. non solùm habet locum in venditione seu emptione, sed etiam in locatione & conductione simplici: vt pbatur in l. itẽ si pretio. §. quemadmodum. ff. loca. & in l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quid in frau. pa. & ita tenet glo. fi. in l. si olei. C. loca. & glo. in l. in venditione. §.

j.in l.si minori.ff.de bo.autor.iudic. pos.& glo.fina.in l.si ea pactione.C. de usur.& Spec.in tit.de empt.& vẽdi.§.ergo nunc dicendũ restat.de re scin.vend.versi.sed nũquid prædicta lex.Et ita tenet Cy.in l.legẽ.in prin. C.loca.& in d.c.quemadmodũ. Bal. in c.cũ causam.el ij.ad finẽ.extrà de testi.& Ang.in l.maioribus.C.cõmunia utriusq; iud.& Ant.de Bu.in c.cũ dilecti.de emp.& vend.& ita tenent Doct.in d.l.ij.C.de rescin.ven. Item habet locũ beneficium d. l.ij. etiam in locatione perpetua liuellaria seu emphyteotica: vt probatur in d.cap. ad nostram.extrà de rebus eccl. non alie. arguendo ibi de feudo ad emphyteosim.Et ita tenet Spec.in titu. de locato. §.nunc aliqua.versicu.nonagesimò.& Bald.in d.l.ij.versic. est 7 dubium,de contractu emptionis. Et b Ludo.de Ro. in l. si quis cùm alter. in viij.col.in princ.ff.de verb.oblig. Et Ioan.de Imo.in c.cùm causam.circa finem,extrà de empti.& vendi.& do.Barto.Salyce.idem tenet in quodam suo consil. quod incipit, super pũcto,quo quæritur an ecclesia, qui mouetur in primis per gl. l.excepto. C.loca.in versi. fructus.quæ dicit, ꝙ idem iudicatur de contractu similis locationis, quod de ipsa locatione. & per gl.in fi.in d.l.si olei.quæ vult, quòd beneficium d. l. ij.habeat locũ
a etiam in contractu innominato[a].& idem scilicet quòd habet locum in emphy.seu liuello.d.l. ij. tenet Ant. de But.in d.c.cum dilecti.de emp.& vend.si habeatur respectus ad valorem iuris emphyteotici, & sic attendatur deceptio inspecto valore communi iuris emphyteotici: de quo dicam in tertia præsumptione.& ita intelligantur prædicti doctores: secus si haberetur respectus,& attenderetur deceptio ad verum valorem rei: de quo dicam plenè in secunda præsumptione,vers.verum quia dictum est.Nam tunc non haberet locũ beneficium d.l.ij.C.de rescindẽ. vend. Et isto modo potest saluari.Spe.qui contrariũ videtur dixisse in ti.de empti.& vend.§.nũc restat.ver.quid de concessione in emphyteosim.vbi dixit,ꝙ d.l.ij.nõ habet locum in dicto contractu emphyteotico, & istud teneo,qđ dixi secundũ do.Ant. Sed si nõ esset lesio citra vel vltra dimidiũ iusti pretij, sed in minori quãtitate, tũc quid iuris sit,dic vt infrà dicã in proxima distinctione,& plenè in secunda pſumptione tertij casus princip. [b]Et est maxima differẽtia,an cõtractus sit pignoratitius,simulatus,siue vsurarius,an illicitus:qa quãdo est vsurarius,pignoratitius, vel simulatus, quicquid percipitur de ficto, reditu,vel fructibus, debet in sorte, id est,in debito principali computari:vt probatur in capitillo vos. extrà de pigno.& in c.ad nostram.de empti.& venditi. & in tit. extrà de vsu. & maximè in c. j.& ij. & c. conquestus.& c.cum contra. extrà de pigno. & in l.j & ij.C.de pign.actio.cum si. & not.glos.in c.ex literis. in verbo, fortè amplius.extrà de iureiu. Intantùm.quòd extenuatur debitum sortis per solutionem ficti, vel reditus,vel perceptionem fructuum ipso iure:vt est casus in l.j.C.de distra. pigno.& hoc tenet glo.in dicto cap.ex literis.& in verbo fortè & amplius. de iureiurã. Sed quando contractus est solummodò illicitus,& non vsurarius vel pignoratitius aut simulatus,

tus, tūc illud tantū, quod recipitur vltra iustum pretiū, est restituendū, & contractus reducendus vel rescindēdus: vt d.l.ij. cū ibi no. C. de rescind. vend. & not. glo. fina. in verbo, deceptione. circa princ. & in c. cū dilecti. de empti. & vend. & in c. per tuas. in verbo, interest enim. de donatio. extrà. Circa hoc autem sic concludas: Aliquando contractus est simulatus siue vsurarius. Aliquādo est tantum modò illicitus, id est, iure non probatus. nā huiusmodi simulatio est à iure improbata in notatis in toto ti. C. plus valere quod agitur. & in d.c. ad nostram. & in d.c. illo vos. cū similibus. Itē vsura est illicita, seu reprobata vtriusq; Testamenti pagina: vt est tex. in c. quia in omnibus. & c. super eo, extrà de vsuris. & etiam de iure ciuili hodie, quia leges non dedignātur sacros canones imitari: vt est tex. in auten. de ecclesi. titu. & ibi gl. colla. ix. & not. glo. in l. cū allegas. & in auten. ad hoc. C. de vsuris. & in l. j. C. de sum. tri. & ibi per Doc. & hoc casu quādo contractus est simulatus vel vsurarius, pōt rescindi vel annullari cū distinctione, quā posui infrà in quarto casu principali, ad finem. & fructus percepti cōputari debent in sorte: vt suprà dixi. Si verò contractus est tantummodò illicitus, & non simulatus, vel vsurarius, quod est, quando contrahentes habuerunt 8 animum verè & simpliciter contrahendi, sed deceptio siue læsio interuenerunt in pretio: & tunc si læsio est in dimidia iusti pretij vltra vel citrà, contractus poterit rescindi, vel debebit suppleri iustum pretium de iure ciuili & canonico, secundū beneficium d.l.ij. & d.c. cùm dilecti. & c. cū causam. Et multò magis reprobatus est iste cōtractus in foro conscientiæ, in quo non est licitū cōtrahentibus se decipere etiā in pretio, vt dicā plenè in secūda præsumptione: nec fructus vel reditus per emptorem medio tempore percepti in hoc casu in sortem cōputantur, nec sunt restituendi de iure ciuili vel canonico: quia hoc non memini me legisse iure cautū. Imò d. l. ij. videtur probare contrariū: ex quo solū prouidit, q̀ sit in electione lædētis vel rescindere contractū, vel supplere iustum pretiū, & cū tenuerit ipso iure vēditio, & sic emptor perceperit fructus rei suę, eos restituere non tenetur. & facit ad hoc, quod no. Bal. in c. j. in ti. de feudo dato in vicem leg. commis. in vsib. feud. & quod not. Anto. de Butr. in c. ad nostram, circa medium. ibi, sed veniente tempore. de emptio. & vendi. in foro autem animæ, & sic diuino, bene credo, quòd emptor teneatur restituere fructus siue reditus, vel in sortem computare pro eo minori pretio, quo res fuerit vendita vel distracta. Sed si læsio nō est in dimidia iusti ptij, tūc talis cōtractus est licitus de iure ciuili vel canonico, per d. l. ij. C. de rescin. vendit. & per dictum c. cum dilecti. & c. cum causam. de emptio. & venditio. & hoc tantùm intelligitur, quod dicitur, *Quòd licitum est contrahentibus se in pretio decipere: vt l. in causæ. §. penul. ff. de mino. & in lege item si pretio. §. quemadmodum. ff. locati. & sic peti non poterit, quòd rescindatur dictus contractus, aut quòd sibi suppleatur iustum pretium, vel quòd fructus restituantur, aut computentur in sortem.

Itē nec in foro conscientiæ iste contractus erit rescindendus. Credo tamen, quòd tenebitur lædens supplere iustum pretium, & fructus restituere pro eo pluri, vel minori, quo res est vendita vel distracta: ex quo in foro conscientiæ, vt dixi, non est licitum contrahentibus se decipere in pretio citra dimidiā iusti pretij. & vt not. Anto. de But. in c. in ciuitate. extrà de vsuris. & in c. quia plerique. in fine. antepenul. col. de immu. ecclesia. & dicam plenius in secunda præsumptione tertij casus principalis. versic. de iure autē diuino, &c.

a Cōtractu innominato. *Contractus nominatus quas actiones pariat, uide Spec. de acti. seu peti. §. sequitur uidere. uer. sed & ubi. & ff. de prascr. uer. per totum.*

b Simulatus. *Cōtractus simulatus quo mō ꝓbetur, uide Pau. de Ca. cōs. lxxx. et cōs. cxiij. & cōs. cccxxvj. & se. Bar. in l. pacta nouissima. circa med. C. de pac. Cōtractus ꝑsumitur usurarius, & simulatus, quādo uēditio modico tēpore durauit. Bart. in cōsi. Pet. Nicol. & Paulus de Cast. consi. cccxxv. incip. in causa mota &c. uer. his pramissis &c.*

SECVNDO casu principali, quādo fuit actum inter contrahentes expressè vel tacitè vel præsumptiuè tempore vēditionis, vel antè, de locando dictam rem venditam, & de faciendo pactum de retrouendendo, vel tempore dictæ venditionis, fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto pacto locationis, venditionis, & pacti de retrouendendo, non interuenit fraus vel simulatio, vel aliqua læsio seu deceptio in aliquo. Et tunc etiam hoc casu omnes dicti cōtractus sunt liciti, etiam in foro conscientiæ: nec pactum de retrouendendo coniunctum cū vēditione & locatione eiusdē rei, reddit contractū vsurariū vel illicitū, si nulla fraus, dol⁹, vel simulatio, aut læsio, siue deceptio interuenerit: vt probatur in l. ij. C. de pact. inter empt. & vend. & est casus not. in l. qui fundū. ff. de cō trah. emp. & ita tenet Albe. de Ro. in d. l. ij. qui dixit, quòd ita de facto obtinuit dictam inuestituram sine locatione valere. & hoc no. & tenet glo. in terminis, in cap. conquestus. extrà de vsuris. in glo. magna, circa fin. ibi, nō est tamē vsura, vt si vēdo tibi fundū. Nec obstat textus in d. c. ad nostram. quia ibi propter pactū de retrouendēdo tantùm, nō reprobatur contractus, sed propter fraudē & dolum emptoris: vt dixi s. circa principium: quod tamen intellige secundùm ea quæ dicam in sequenti casu
6 principali. *Quando autem dicatur seu intelligatur actum expressè, vel tacitè, vel præsumptiuè tempore venditionis vel antè, de pacto de retrouendendo: dic ꝙ expressè dicitur actum, quando probari potest manifestè, quòd ita dixerit, & expressè voluerit vēditor vel emptor. Tacitè, quando inter emptorē, & vēditorem factum de dicto pacto de retrouendendo, & non coram testibus: quia fortè si dixit emptor confidens in fide, quòd tibi faciam ex interuallo pactum de retrouendendo, vel dixit, ex nunc promitto tibi retrouēdere, sed nolo, quòd de hoc fiat mentio in instrumento locationis vel venditionis, sicut *faciebat Hieronymus de Saluaticis vsurarius qui tempore venditionis sæpissime noleb

nolebat facere pactũ expressè de retrouendendo, ne cõtractus censeret vsurarius, & clàm promittebat venditori, & volebat, ꝙ vẽditor de ipso confideret: & cõmuniter seruabat fidem promissam. hoc autem, scilicet tacitam fidẽ fuisse promissam, probare poterit per confessionẽ vel per testes, vel per scripturã de manu emptoris, vel quia emptor scripsisset hanc promissionẽ super libris suis, vel quia etiã ita esset solitus facere, sicut solitus erat dict⁹ Hieronymus per ea, quæ habẽtur & not. in l.ij.§. si quis palàm.cum §.seq.& in §.tacita. & in l. cùm tacitũ.ff. de iure fisci.& in l.cum tacitum.ff. de probatio. & quæ notantur per Barto. in l. si gener.ff. de his quibus vt indi. licet glo.Ioan.And. in c. contra eum. ante mediũ, ibi, si constat tacitè, vt per cõiecturã. de regulis iuris. in vj. intellexerit, ꝙ tacitè cõstare dicatur

10 per cõiecturas. * Nam per coniecturas [a] inducitur potius actus præsumptiu⁹ quàm tacitus, vt probatur in c.requisisti.extrà, de testa.& in c. illo.vos.in fi. in verbo, præsumitur. de pigno.& in c.ad nostrã.in verbo, patet.& ibi glo.quæ exponit, id est, præsumitur de emptio. & venditio. & probatur in alijs iuribus præalle. ad quod facit, quod statim dicam.

11 * Presumptiuè autẽ diceretur actũ, quãdo incõtinẽti post venditionem facta fuisset locatio cum pacto de retrouendendo: vel quãdo post venditionem & locationem incontinenti fuisset factũ pactũ de retrouendendo. Ex breuitate enim spatij præsumitur dictũ aut factum, vt est text. cum gloss.fin.in fine.& ibi per Doc. in l.si ventri.§.si in bonis.ff. de priui.cred.& est tex.cum glo.in verbo, incontinenti.in c.officij.extrà, de electio. & per Bart. & Doct.in l. post cõtractum.ff. de donatio. §.j.versic. item pone aliquis.& per Cyn.in l.si quis postbac. in ij. quęst. C. de bon. præscrip.& per Bal.in l.ij.C.de ædil. act.& per eũdem Bal.in l.per diuersas.C.manda.vbi dicit, ꝙ cùm fuerit facta promissio de retrouendendo, incontinenti præsumitur conuentũ fuisse per prius, per d.l. si ventri. ad quod adde, quod dicitur in prima præsumptione, circa prin.

12 * Quando autem dicatur incotinenti vel ex internallo factum: dic quòd hoc est relinquendum arbitrio iudicantis. arg.l.j.ff.de iure deliberã.& c.de causis.extrà, de offi.deleg. & per glo.fi. in c.nõ est. de regu. Ita tenet Ange. in d.l.si ventri.§.fi. de priui. credit. & Ludo.de Ro.in l.j.§.j.ff. de verb. obligatio. & quando est factum pactum de retrouendendo eadem die & loco, & corã eisdem testibus præsumitur fuisse factũ incontinenti.argu.à communiter accidentibus, secundùm Bald. qui ita dicit not.in l. pe.quę incipit.in his.§.mulier.ad fi. ff.solu.matri.Item quãdo est factum pactum de retrouendendo [b] eodem die, de quo est facta venditio, præsumatur factũ incõtinẽti, vel etiã deeo conuentũ tẽpore vẽditionis vel antè, quia vna dies nõ est longũ interuallum, vt probatur in l.si ex duob⁹. in princi.ff.de duob. reis. & ita not. Bar.in d.l.j.§.j.ff. de verbo. obliga. Et ita vidi alràs consultum per plures Doct. in materia nostra simulationis. Facit ad hoc optimè quod no.Bal.in l.j.in fi.C. de oper.lib.vbi dicit, quod fit eodẽ die & loco, præ-

præcesserunt.ff.de iudi. & Bald.in l. multum.in ij.col. C. si qs alteri vel sibi.& ad hoc vide glo.in l.interposi tas.in verbo,qualitas.C. de transact. Si autē prædicta protestatio nō præcessit, & cōtractus appareat celebratus in formā venditionis, licet inter partes tractatus de celebrādo aliter siue in alia forma:per hoc nō probaretur contractus simulatus vel fraudulentus, quādo,vt dixi, contractus venditionis celebratus fuit ex interuallo post dictū tractatū. pro hoc l. cum in plures. §. locator horrei.ff. loca.secūdùm Ange. qui ita no.in l. si quis cùm aliter.ff.de verb.obli. Et subdit, q si verba contractus essent ita ambigua,q possent trahi ad multos sensus, interpretāda sunt secundùm tractatū quantūcunq; præcedētem.allegat ad hoc Inno.in c. innotuit.extra,de arbi.quod est valde notandū.& ita tenet Ludou. de Roma. in d.l. si quis cùm aliter. in xiiij.col. in fi.qui allegat glo.ordinariā.in l.j. in glo.j.ad fi.ff.de iud.& glo.in l.eleganter.in prin. in verbo, puto.ff.de condi.indeb.& l. hæredes palàm. §. sed si notā.ff.de testa.Item præsumitur,q cōtrahentes nō habuerūt animum verè vendēdi & emēdi,quādo debitor petebat mutuū, & creditor dixit, nolo mutuare, sed emere volo cum pacto de retrouendendo ad certum tempus,secundùm Hostien. & Anto. de But.in c. ad nostram. de emptio.& vendi. Et de hoc est casus secundùm intellectum Odofre.in l. emptione. C. plus valere quod agitur,vt refert & tenet ibi Bal.in prin. qui dicit, q hoc est notatu dignum. Et idem voluit Guil. de monte Laudu.in Clem.ex grandi.de vsur.& cū sequitur ibi.iij.q. §.cæterum. domi. Francis. Zaba. Et idem tenet Ludo. Pontanus,in suo singulari,quod incipit,quæro an pacta de retrouēdendo.
16 *vbi dicit,q vbicunq; cōtractū factū cū pacto de retrouēdēdo præcessit tractatus mutui, semper præsumitur vsurarius. Et ideo debet nullus declarari, & fructus restitui. allegat dictū singulare Odofre. relatum per Baldū in d.l.emptione.& dicit q ita etiā cōsuluit.Et idem tenet etiā Ioan.de Imo.in d.c.ad nostram. qui subdit, q hoc ideo præsumitur, qa originalis causa fuit mutui petiti. Idē quādo probaretur,q debitor quærebat pecuniā accipere mutuo super tali possessione, & posteà reperitur ipsum fecisse venditionem de illa possessione,quam quærebat. Nam tūc præsumitur color quæsitus de cōtractu ad contractum, sicut & alibi de persona ad personam, vt ff. ad Velleia.l.mulier. §. cum esset. Ita dixit domi.Paul. de Castr. in consil. cccxxviij.in princi. & alleg. not.per Hostien.in c.ad nostrā.Item nō præsumitur animus vendendi & emēdi, quando fuit actū inter partes à principio, quòd dictus emptor cogeretur vel obligatus esset ad locandū ipsam rem venditam ipsi venditori cū pacto de retrouēdendo, & quòd aliter dictus venditor nō esset venditurus,vel quia in instrumēto venditionis dicitur,cum pacto de retrouendendo , siue quòd ipse venditor non esset venditurus.hæc tamē verba nunquam tu apponas in instrumento vēditionis, quia declararent instrumentum esse simulatum:vnde si vigore dicti pacti etiam incontinenti post ipsam venditionē vel eadem

dem hora vel die fuerit facta dicta locatio dicto venditori de dicta re per ipsum vendita, cũ pacto de retrouendendo in eodẽ instrumento locationis contẽto, vel etiã in alio instrumẽto fuisset appositũ pactũ de retrouẽdendo: præsumeretur quòd venditor non habuisset animũ vendẽdi. facit ad hoc quod dixi in præcedenti casu princ. circa finẽ. hæc tñ præsumptio tolleret, si constare posset expreßè de cõtrario, videlicet ꝙ venditor habuit animũ vendendi, & emptor emendi, maximè per confeßionem partis, quia præsumptio non cadit super certo, sed super incerto tantùm. vt per gloss. in l. vnica. §. accedat. in verbo, præsumatur. C. de rei vxor. actio. & in l. siue poßidetis. C. de probat. & sic in incertis nõ certis locus est cõiecturæ. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verbo. obligat, & in l. pediculis. § argẽteis. ff. de auro & argẽto lega. & in l. ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. cũ simi. Et quia dicta præsumptio nõ est iuris, & de iure, sed iuris tantùm, vt no. dominus Laurẽti⁹ de Rodulphis. in suo tractatu de vsu. quem scripsit super c. consuluit. extrà de vsur. in ix. quęsti. & licet esset pręsumptio iuris & de iure, ita quòd non posset admitti probatio in contrarium, per c. is qui fidem. cum ibi nota. de sponsalibus. & per nota. in auten. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. & in corpore vnde sumit. & vt videtur sentire Ioã. Cald. de Bononia in quadam sua disputatione seu quæstione, quæ incipit, Vsurari⁹.

37 quod tamen non teneo:* quia contra præsumptionẽ iuris à iure introductam semper admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat. quòd non admittatur, vt est gl. notab. iiij. distinctio. c. fraternitate. in glo. fi. Et est glo. l. distinctio. ferrum. in gl. fin. ad finem. & no. per Doctores in c. is qui fidem. Sed in hoc nõ reperitur, quòd ius statuat contrarium, ꝙ nihilominus contra dictã præsumptionem iuris, de iure admitteretur præsumptio in contrarium per cõfeßionem partis: vt no. gl. in autẽ. de ęqua li. do. §. illud quoque. coll. vij. & est gl. in l. in contractibus. in principio, in verbo, nullo modo. C. de nõ num. pecu. Et no. Ang. & dominus Pau. de Cast. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. in princ. col. ff. de verborum obligatio. & no. per Docto. in dicta auten. sed iam necesse. & in dicto c. is qui fidem. & ita sentit glo. in c. ad nostram. in verbo, patet. de emptione & venditio. & ibi Anto. de But. ꝗ dicit, quòd si constat, quòd sit venditio, & sic venditor habuerit animum vendendi, tenebit talis cõtractus, & emptor lucrabitur fructus. & hoc tenet Ioan. de Imo. sequendo domin. Anto. in dicto c. ad nostram. in versi. in eadem gl. in fine. & istud est verißimum, quod bene not. in practica, vt cautè procures, quòd saltem vẽditor profiteatur, quòd habuerit animum vendendi, maximè respõdendo oppositionibus emptoris, si hoc verum est, quia per talẽ cõfeßionẽ vel aliã sufficientẽ probationem apparebit. Et iudicabitur quòd dictus contractus fuerit omnino simulatus, neque pignoratitius neq; vsurarius, sed verus, quod singul. not. & tene menti, vt scias defendere emptorem. Et eadem ratione potest dici contrà, quãdo instrumentum loquitur de vera venditione & in veritate fuit simula-

to. Nam cautela est pro venditore, vt ꝓcuret ꝓbare, si pōt, ꝙ ipse nō habuerit animū vēdendi, nec emptor emendi. Nā si probabitur vel confiteātur partes, quòd neuter habuerit animū vere contrahendi, videlicet emptor emendi nec vēditor vendēdi, tūc indistinctè dici pōt, ꝙ iste cōtractus sit simulatus vel vsurarius, nō solùm in foro conscientiæ, sed etiā in foro canonico & iudiciali, quia cō stare dicitur expreßè de simulatione saltem re ipsa. facit ad hoc l. j. & per totū. C. plus valere quod agi. vt dicam plenius in quarto casu principali, vbi est videndū. Sed si probatio vel cōfeßio fieret solùmodò, quòd vnus tantū contrahentium habuerit animū verè vendendi, sed emptor habuit animum reemendi vel econtrà, tunc quid iuris sit? dic vt dicam in dicto quarto casu principali, vbi hoc prolixius examinatur.

a Læsio in vendi. *Venditio si cōtinet læsionem venditoris, est in potestate emptoris supplere iustū pretiū vel rē restituere. l. ij. C. de resci. ven. ij. respon. & ibi Doc. quod verū est, si emptor dolo careat, nā si sit in dolo, cogitur præcisè restituere. l. pe. cū glo. in ver. poßessionem. C. si ven. pig. ag. quod est verū etiam pro modica læsione etiā infra dimidiam iusti pretij. l. dolus. C. de rescind. vendi. & Pet. de Sum. in d. l. ij. xiij col.*

18 SECVNDA ✱ pſumptio est, quādo interuenit læsio in venditione, a puta quia res vendita valebat cē tum, & fuit vēdita plus vel minus ꝓpe dimidiā iusti pretij. quod quando sit, dic vt habet per gl. & Doctores in l. ij. C. de rescinden. vendit. & in c. cū causam. extrà, de emptio. & vēdi. & in c. cùm causam. el ij. extrà de test. & licet ex tota paruitate pretij nō præsumatur dolus sufficiēs ad rescindendū cōtractū, vt est casus in l. dolus. & in l. ad rescindendū. C. de resci nd. vend. & sic nō præsumitur cō tractus simulatus: vt no. Ang. in l. interpositas. in fi. C. de transac. tamen hoc cōiūctū cū alijs inducit præsumptionē doli, vt est gl. no. in d. l. dol⁹. in verbo pretij. quæ allegat l. cū hi. §. modus. ff. de transac. vbi hoc optimè probatur. si enim esset læsio in paruitate pretij nō cōtingente dimidiam iusti pretij, tūc de iure ciuili esset licitū, nec vlla mala præsumptio induceretur per hoc contra ipsum emptorē, nec deberet suppleri ad iustum pretiū: quia licitū est cōtrahentibus se in ꝓtio decipere: vt l. in causæ. §. pe. ff. de minori. vbi tex. sic dicit, in pretio emptionis & vēditionis naturaliter licere cōtrahentibus se circunscribere. & est text. nota. in l. item si pretio. §. quēadmodū. ff. locati. vbi sic dicitur ad literā. Quēadmodum in emendo, & vendēdo naturaliter cōceßum est, quod plus sit, minoris emere: & quod minoris sit, pluris vendere, & inuicē sese circunscribere: idem & in locationibus & cōductionibus quoq; iuris est. Idem esset licitū de iure Canonico: vt not. gl. fi. in verbo, deceptione. in c. cū dilecti. extrà de emptio. & vendi. & gl. fin. in c. cū causam. el ij. extrà de testib. & glo. in ver. inuenerūt. in c. per tuas. extrà de dona. & glo. in c. in ciuitate. extrà de vsuris. Et ibi hoc tenet domi. Anto. de Butri. & habetur per Bald. in dicta l. in causæ. §. penultimo. ff. de minorib. & per Albéric. de Rosa. in l. ij. C. de rescindenda

da venditione. & sic in foro ciuili vel canonico, non potest dici ex paruitate pretij tantũ, quæ non contingat dimidiam iusti pretij, qđ sit aliqua præsumptio doli, fraudis, vel simulationis: nec etiam pōt agi cum effectu ad rescindendũ contractum, vel ad supplendũ iustũ pretiũ, etiam si emens scienter emerit rem ꝓ minori pretio, & venditor nō putet eã esse maioris pretij. vt est gl. notabil. in d. l. item si pretio. §. queadmodũ. in gl. fin. ff. locati. ac etiã si concurrat cum dicto pacto de retrouēdendo:

19 *quia pactũ de retrouendendo cũ sola paruitate vel maioritate pretij, maximè nō cōtingente dimidiam iusti pretij, nō facit præsumere contractum esse simulatũ vel vsurariũ, nisi aliæ sint cōiecturæ: quia nō reperit textus, qui hoc dicat, scilicet ꝙ ex sola paruitate pretij in vno tãtũ contractu interueniēte cũ pacto de retrouēdendo presumatur cōtractus simulatus vel vsurarius: nec etiã hoc dicit c. ad nostrã. de emptio. & vēd. quia ibi fuit actum, quòd post certũ tempus possit retrò emere, & non antè: ex quo inducitur vna alia mala præsumptio contra ipsum primũ emptorē, vt dicam infrà in proxima præsumptione, quę nō subest, quando est pactum, quòd quandocũque possit retro emere, vel vsq; ad certũ tempus: vt probatur in l. ij. C. de pactis inter emptor. & vendi. ibi, pretiũ quando cunq; vel intra certa tempora obtulissent. Nec obstat glos. in c. cōquestus. extrà de vsuris. quia ibi verbũ, pretio, abundat, vt dicam in quinto casu principali: vbi videas. Nisi dolus dedisset causam contractui: quia dolus inductus fuisset: nam contractus venditionis cũ sit bonæ fidei. vt institutio. de actio. §. actionum. & nota. in c. cùm venerabilis. extrà de exceptio. ex quo dolus dedisset sibi causam ipso iure contractus non teneret, vt est tex. in l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. & argu. xij. quæstio. ij. quisquis episcopus. in fine. & extrà de rerum permutatio. c. cũ vniuersorũ. & no. gl. fi. in princi. in c. cũ dilecti. de emptione & venditione. Vel nisi dolus incideret in contractum, quia venditurus erat, sed ꝓ dolum emptoris fuit inductus ad minus vendendũ. Nã tunc licet contractus teneret, non posset rescindi, tamen posset agi ad supplementũ residui iusti pretij, vt est casus in l. Iulianus. §. si venditor. & §. per cōtrariũ. ff. de actio. emp. & not. gl. fi. in d. §. quemadmodũ. ff. loca. & glo. in verbo, licere. in fi. in d. l. in causæ. §. pen. ff. de minor. & gl. fin. in verbo deceptione. in dicto c. cum dilecti. de emptio. & venditione. & glo. in l. in cōtractibus. C. ex quibus caus. maior. vel nisi taxatum vel limitatum esset pretium à lege vel statuto, quo casu non liceret de iure ciuili vel canonico aliquid vltrà accipere, quia lex vel statutum seruari debet, quãuis etiam esset lex dura, vt l. prospexit. ff. qui & à quibus. cũ simil. nec etiam liceret in foro conscientiæ,

20 *quia vbicunque lex vel canon ꝓuidet super certo disponendo secundum aliquam rationē, obtinet in foro iudiciali rōnabiliter, obtinet in foro cōscientię, secũdùm Beatum Thomam, vt refert & tenet Floria. in l. ex parte hæres. §. seruo liberta. ff. famil. ercisc und. & notat Bald. in autenti. ingressi. in ix. colum. C. de sacrosanctis

ctis ecclesijs,& Ioan.de Anan.in c.j. circa finem,extrà de testamē.ac etiā
a faciens cōtra cōscientiā a præcepti vel ꝓhibitionis,peccat mortaliter, vt est gl.xxviij.quæst.in c.omnes.§. ex his.in glos.j.vel nisi venditor vel emptor læsus esset minor vel ecclesia:quia tūc etiā re ipsa sine aliquo dolo principali vel incidenti alteri* contrahētis, esset læsus indistinctè, posset restitui etiā pro leui damno, & nō pro modico:vt l.Seio.ff.de in integrū restitutio.& ita no.in gl.in verbo,licere.in d.l.in causæ.§.pen. ff.de minor.vel etiam nisi emptor decipiens esset clericus vel prelatus, siue Ecclesia,licet deceptus nō esset minor,quia ecclesia minimè debet parare laqueū.xxvij.quæsti.j.de Iudęis.& ita notat Antonius de Butr. in c.cōtinebat.in j.col.extrà de his, quæ fiūt à platis sine cōsensu capituli.& in c.in ciuitate.extrà de vsuris.q alleg.ad hoc gl.in verbo,plus.x.quęsti.ij.hoc ius porrectū.& in c.tuam. extrà de pœnis.& no.Bal.in autēt.ad hoc.in pen.colum. circa principiū, versi.insuper quæritur.de vsuris.& vide Archidia.xvj.quæst.j.si cupis esse.& ita etiā tenet beatus Bernard.in suo libello de contractib* & vsuris, in xxxj.arti.ij.c.qui dicit,Si in venditione plus offertur quàm res valeat, ecclesia recipere nō debet,sed tantùm iustum pretium.& allegat pdictā glo.in c.hoc ius porrectum.& Archidia.ibi,& Bal.in d.l.in causæ.§.
21 penulti.de mino. *Et quia ecclesia in suis contractibus nō debet fraudē aliquā adhibere,vt in c.p tuas.extrà de donatio.& ꝓhoc allego tex.in c. .j.§.j.in ti.de alie.feu.ī vsib.feu.vbi pulchre tex.sic dicit.Ecclesia cultrix iustitiæ & auctrix nō patitur aliquid contra iustitiā in se fieri vel in alterum:priuatus verò obuiat sæpe iustitiæ.quod bene nota.clerici & prælati,sæpissimè contrariū faciunt sub prætextu,quòd semper melior con-
22 ditio ecclesiæ fieri debeat. *De iure autem diuino,& sic in foro conscientiæ,credo,quòd nō sit licitum contrahentibus se decipere etiā citra dimidiā iusti pretij,& etiā in casu vbi non daret᷑ restitutio,& contrahentes essent laici,per id quod habetur in lege & in Euāgelio,quo qsq; iubetur alijs facere,quod sibi vult fieri,& prohibetur alij inferre,qd sibi noller fieri:vt est text.j.distinctio.c. humanum genus.& dixi suprà circa principiū.Sed certū est,quòd vnusquisque vellet,ꝙ sibi vēderet᷑ iusto, æquo,& cōi pretio ,& nullus vellet in pretio decipi citra dimidiā iusti pretij,quia nemo præsumitur iactare suum.l.cum de indebito.in principio.ff. de probatio.cum simil.Ergo vnusquisq; debet velle vendere iusto & cōmuni pretio,& neminem decipere,& maximè cum mendacijs & periurijs:vt dicit beatus Augustinus.& habet᷑ lxxx.distin.c.quoniā & Cassiodo.&habetur eade distinctio. c.quid est aliud.vbi scribitur in hæc verba:Negociatores ergo illi abominabiles existimātur,qui iustitiam Dei minimè cōsiderātes,per immoderatum pecuniæ ambitum polluūt mentes suas periurijs ornando magis quàm pretio,tales deiecit Dominus de templo dicens,Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.Et ad hoc vide gl.notabilē in l.semper in couentionibus.ff.de regulis iuris,quæ dicit,quòd licet lex

dic

dicat, ꝙ sit licitum cõtrahentibus se decipere, non tamen conuenit bono viro. sed in foro conscientię quilibet debet esse bonus vir: ergo, &c. Et ita tenet Bald. per illam glo. quã dicit esse singularẽ in c. cũ causam. el ij. in fine, extrà de testibus. & ita tenet Anton. de But. licet nihil alleget in c. in ciuitate. versiculo, venio ad glo. extrà de vsuris. de quo vide etiã per eundem in c. quia plerique. in fine. antepenul. colum. versi. quintus casus. extrà de immu. eccle. & ibi. Doct. & dixi suprà in fine primi casus princip.

23 *Sed quę potest esse ratio, ꝙ in foro ciuili vel canonico licitũ est contrahentibus se decipere in pretio, & sic licitũ est carius vẽdere vel vilius emere vsque ad dimidiam iusti pretij exclusiuè, & nõ sic in foro conscientiæ? Respondeo secundũ beatũ Thomam secũda secũdæ quæstio. lxxvij. articulo primo, versicu. ad primũ ergo dicendum, ꝙ lex humana populo datur, in quo sunt multi à virtute deficientes: non autem datur solis virtuosis. Et ideo lex humana non põt prohibere quicquid est cõtra virtutẽ, sed ei sufficit, vt prohibeat ea, quę destruunt humanũ conuictum: alia verò habeat, quasi licita, nõ quia ea approbet, sed quia nõ punit. Sic ergo habet quasi licitũ, pœnam nõ inducens, si absq; fraude vẽditor rẽ suã superuendat, aut emptor illius emat, nisi sit nimi' excessus: quia tũc lex humana cogit ad restituendũ, puta si aliquis sit deceptus vltra vel citra dimidiam iusti pretij. Sed lex diuina, quæ nõ solùm datur populo, sed omnibus virtuosis, nihil impunitum relinquit, quod sit uirtuti contrariũ. Vnde secundũ diuinam legem illicitũ reputatur, si in emptione & venditione nõ sit æqualis iustitia obseruata. & tenetur ille, qui plus habet recompẽsare ei, qui damnificatus est, si sit notabile damnũ. quod ideo dico, quia iustũ pretiũ quandoq; non est punctualiter determinatũ: sed magis in quadã existimatione consistit, ita ꝙ modica additio vel diminutio non videtur tollere ęqualitatẽ iustitię. & hoc videtur sequi, & tenet beatus Bernardinus in dicto libello de cõtractibus & vsuris, in sermone xxxv. articulo j. c. ij. & ad hoc vltimũ adde, quę dicam infrà in ver. verũ quia dictum est. ibi, & si non posset præcisè dici.

24 *Sed dubiũ est circa prędicta, quid si ista duo cõcurrant? Primũ, scilicet quòd vnus contrahens non decipit alium: quia quilibet sciebat & intelligebat valorẽ rei venditæ. Secũdũ, quòd nullus eorũ erat in necessitate cõtrahẽdi propter aliquã magnã egestatẽ, seu quacunque aliam magnã necessitatẽ, & nihilominus res fuit vendita, vel in solutum data, vel aliter alienata plus vel minus iusto pretio, an hoc sit licitũ in foro conscientię? videtur ꝙ nõ, per dictum c. humanum genus. j. distinctio. sed vt mihi relatũ est, beatus Bernardinus dicebat ꝙ sic. Ego probo ex coniunctione duarũ regularũ. Primò scilicet, per regulam l. nemo videtur. ff. de regulis iuris. in penult. charta. vbi sic dicit text. Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt. ad hoc l. cum donationis. C. de transactiõi. vbi dicitur, ꝙ volẽti dolus nõ infertur. & c. sciẽti. de regulis iuris, in vj. vbi dicitur, Scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus. & proba

probatur in l.j.in fine.ff. de action. emp.& l.j §.si intelligatur.& l.qa.§. penultimo,& finali.ff.de ędil. edic. & in l.domū.ff.de contrahenda emptione.& hoc tenet gl.in l. vēditor. C.de rescindenda venditione quæ dicit,ꝙ vbi est cōsensus cū conscientia,ibi cessat dolus.& vide quod dicam in vij. præsumptione. Secundò per aliam regulam l.donari videtur. ff.de regulis iuris.& ff. de donationib.vbi dicitur, Donari videtur, qđ nullo iure cogente cōceditur.& hoc videtur tenere Antonius de But. in c.quia plerique.in fine,vbi est casus,

25 extrà de immu. eccle. vbi dicit, *ꝙ quis non tenetur ad restitutionē etiam in foro conscientię,quando vēdens vel alienans læsus est sagacissima persona, ita quòd verisimile sit, quòd in plus nō appretiauerit rem, & residuū voluerit habere pro derelicto. Aliqui addunt & tertiū,scilicet ꝙ ille,qui dicitur lęsus in pretio,non fuerit ductus leuitate mentis aperta siue præsumpta ad sic contrahendū.Exemplū ponę in iuuenibus,qui leuitate sæpissime ducūtur. xxxuij. distinctione, quorundā. ibi, meritò inutilis dicitur, qui iuuenilibus desiderijs occupatur.& facit l.fi. §.filij.autē, ibi,iuueniles. C. de bonis,quæ liberis.nam licet talis nō ignoret verū valorem rei suæ,nec sit in necessitate constitutus, tamen si est in foro conscientiæ, non est tutum,ꝙ daret vel acciperet rem pro pluri vel minori pretio,quàm cōmuniter valeret: quia leuitas illa sapit quandā ignorantiā, & etiā quandā necessitatem inducit ita faciendi, vt probatur in dicto c. quorundā. & in dicto §. filij autē. Sed vidi tractatū siue libellū sancti Bernardini Senēsis de cōtractibus & vsuris,in sermone xxxiij.articulo ij.in tertia particula,c.vij.qui videtur idem in effectu, licet breuioribus verbis,dicere,scili-

25 cet, *Quòd in foro conscientię qs tenetur ad restitutionē,etiā si in cōtrahendo sit minor deceptus in dimidia iusti pretij,si procedit lęsio in vno vel pluribus istorum iiij. verbi gratia: Si procedit ex ignorantia,aut mentis leuitate aperta siue pręsumpta,aut ex quacūque alia magna necessitate,ex quibus cōprehendi potest,quòd talis contractus non procedit ex mera,grata & gratuita volūtate,& ideo talis lęsio,quæ consistit in minus emendo,aut plus vendendo,non solùm contra iustitiā est,sed etiam charitatem & contra naturalē hominis pietatem,licet ex vtriusque partis voluntate & consensu vel tractatu procedere videatur. Et quāuis beatus Bernardinus quatuor prędicta esse dixerit,ex quibus mera & libera volūtas non pręsumitur, scilicet ignorātia,leuitas,egestas,necessitas:tamen ego suprà tres dixi,egestatē sub necessitate,tanquàm speciē sub genere coniūgens:ego etiā addo & quartū, scilicet quòd contrahens non inducatur ad contrahendū,scilicet pluri vel minori, propter nimiam affectionē vel cōmoditatem. Exemplum:vnus habet affectionem in aliqua re particulari,vt in auibus, vel libris,vel similibus,vt sępe contingit:vel quia res fuit maiorū suorum:vt l.si in emptione.ff.de minor. l.libertus,qui soluēdo non erat.ff.de bonis libertorū.& l. j. §. sed si rē.ff. ne quid in fraudem patron. vel alia de causa,vt infrà dicā in xvj. presumptione.

ptione. Exemplum: commoditate vnus vult facere viridariũ vel ampliare domum. Vel vnus habet vnã possessionẽ, & in medio vel in finibus vicinus habet aliquos cãpos vel domunculam, qui sibi non sunt necessarij, sed commodi propter vicinitatẽ. Sæpe enim confines etiã supra iustã existimationem interest nostra acquirere, vt est textus in l. si cui fundus. ff. de legatis ij. Nam his casibus, licet de iure ciuili vel canonico esset licitũ plus vẽdere vel aliter alienare propter affectionẽ vel commoditatem ementis siue accipientis, tamen in foro cõscientię credo, ꝙ nõ sit licitum, quia nõ diligo proximũ sicut debeo, vt probatur in d. j. distinct. in princip. & quia illa affectio vel commoditas nõ permittit illũ, qui eam habet in vera libertate consistere, sed potius inducit quandã necessitatem. Multi enim propter affectionem & concordiã magis impelluntur ad emẽdum pro pluri, quasi alia necessitate astricti essent. subest & alia ratio. nã si interest mea propter commoditatẽ, vicinus non debet mihi vendere illam cõmoditatẽ vel opportunitatẽ, quæ est mea, non sua. sicut dicitur in vsurario mutuante, qui debet recipere aliquid vltra sortem pro re mutuata, quæ est effecta illius, cui mutuata est, & si aliqd solueret vltrà, esset vsurã: quia soluetur de re sua, quod esse nõ debet: quod nota contra multos. & in hac sententia fuit beatus Bernardinus in dicto suo opere de contractibus & vsuris, in sermone xxxvj. articulo j. & c. ij. ad finem. qui allegat ad hoc Scotum iiij. xv. distinctio. quæst. ij. & allegat etiã beatum Thomã in secũ-

27 da secundæ, quęst. ij. artic. j. * Vbi dicit, ꝙ si emptor multũm iuuatur ex re, quam emit, & ille, qui vendit, nõ damnificatur vltra cõmunem valorem illius rei, non debet vẽdere eã vtilitatem emptori, quia nõ est sua, sed emptoris, licet possit ei vendere damnũ, quod venditor patitur, vẽdendo illam rem vltra cõmunem ęstimationem. Subdit tamen, ꝙ ille, qui multũm iuuatur ex re, quã emit, potest sponte & sua mera liberalitate aliquid vltra cõmune pretiũ supererogare, quod ad honestatẽ pertinet, quã spontaneã & merã liberalitatẽ in dubio subesse nõ presumo, si aliquid de prædictis quatuor concurrit. ad quod adde, quod dicam in sequenti præsumptione, ꝙ est bene notandũ, quia multi in ciuitate Veronę contrarium faciunt, & maximè quando quis vult emere fundũ sibi commodũ propter vicinitatem, dominus vult triplũ aut quadruplum plus eo quod valet etiã. & quando emphyteotæ vel liuellarij volunt à dominis emphyteotę acquirere iura directa, & sic se liberare ab onere liuellario: quia vbi cõiter soluuntur quatuor duc. pro liu. domini volunt vij. aliquãdo viij aliquãdo x. aliquãdo vltrà. Et malè in foro cõsciẽtiæ, in quo tenẽtur vẽdẽtes ad restitutionẽ illius pluris, in quo dãnificati nõ

28 sunt. * Verũ qa dictũ est, ꝙ nõ est licitũ cõtrahentibus in foro cõsciẽtię se decipere, etiã in pretio: & sic quãdo res vendi vel alienari debet vero & iusto pretio: dubitatur apud multos, quod dicatur verũ & iustũ pretium in foro consciẽtiæ. Ad hoc dicit Aut pretiũ est taxatum à lege vel statuto, illud est verũ & iustũ pretium,

nec

nec licet vltrà aliquid accipere, etiã modicũ: quia lex etsi dura sit, seruanda est l. prospexit. ff. qui & à quibus. & dixi suprà in verbo, vel nisi taxatũ.
29 *Et est ratio: q̃a vbi lex figit pedes suos, nõ licet vltrà trãsgredi: vt no. gl. pen. in l. si nõ fuerint. ff. ꝓ socio. & probat̃ in c. fleat peccator. extrà de re. iur. cũ si. Et ad hoc vide, q̃d scripsit dñs Pet. de Ancha. in repe. c. canonũ statuta. in cxxij. col. fin. extrà de cõstitu. vbi dixit, ꝙ ad hoc vt cõpetat beneficiũ l. ij. C. de rescinden. vẽdi. sufficit ꝙ lesio sit vltrà dimidiã insti pretij, etiã in vno nũmo tantũ: q̃a d. l. ij. sic figit pedes suos, p gl. in l. si nõ fuerint. ff. ꝓ socio. Et idẽ tenet Bal. ĩ d. l. ij. xij. q. & idẽ no. gl. & ibi p Doc. in c. cũ causam. extrà de emp. & vẽ. Aut ptiũ nõ est limitatũ aut taxatũ, & in hoc pendẽt leges & ꝓphetę: q̃a res sæpenumero diuersis pretijs vẽdũtur, præsertim in diuersis locis. vt l. ideo. ff. de eo quod cer. lo. Et tũc subdistingue: Aut loquimur de reb⁹ mobilibus aut immobilibus. Si loquimur de rebus mobilibus, tũc dic, quòd res tantùm valet, quantùm cõmuniter vendi potest: vt l. si seruus furtiuus. in prin. ff. de condi. furti. & ibi gl. in verbo inuenerit. hoc no. & allegat ad hoc cõcordantes. q̃d intellige scienti & intelligenti conditionẽ rei, vt est tex. cũ glo. not. l. mortis causa capimus. §. fin. ff. de dona. cau. mor. vbi per Docto. & statim dicam.
30 *Itẽ intellige, quãtũ cõmuniter vẽ
a di potest a, non existenti in egestate, nec in aliqua necessitate, nec in aliqua leuitate, nec in aliqua nimia affectione, vel cõmoditate: vt patet ex his, quę dicta sunt suprà. Itẽ intellige, quantũ communiter venditur & vẽdi põt tẽpore cõtractus, secundũ Hosti. Ray. & beatũ Bernar. & ita tenet Bar. in l. nõ intellig. §. diui fratres. ff. de iure fisci. & no. p Doc. in l. ij. C. de rescin. ven. nisi ille, qui vẽdit impręsentiarũ, nõ est venditurus, vt puta pelles tẽpore æstiuo, sed eas seruaturus vsq; ad hyemẽ, rogatus vel instigatus p aliũ, vt ei vẽdat. Nã tunc põt augere pretiũ super id, quod cõmuniter in præsenti valet, intãtũ, ꝙ se seruet indẽnem. propter quod aliquid dixerũt, ꝙ qui merces suas paratas habet, vt portet ad nundinas, verisimiliter sperat lucrũ ex merciũ illarũ venditione, & inducitur in loco, vbi nũc sunt ad vendendũ modo prædicto, scilicet instigatus precib⁹, videtur ꝙ talis vẽditor se possit indẽnem cõseruare, augẽdo pretiũ, secundũ beatũ Bernardinũ in libro de cõtractibus, & vsuris, xxxiiij. articulo, in c. iij. qui subdit, ꝙ talis casus non est practicabilis, quia periculosus, & quòd in eo est habenda ratio periculorũ & laboris, & expensarũ, quas venditor subijsset transferẽdo merces illas, quas hic vendendo nõ subit, ideo modò potest eas tantùm vendere, quantùm venderentur in loco nũdinarũ: & ita etiã tenẽt Doctor. in c. nauiganti. extrà de vsuris. & maximè dominus Iacob. Cald. in vij. quęst. Et quod dixi, ꝙ res tantũ valet, quantùm cõmuniter vendi potest tempore contractus, non intelligitur de die contractus tantùm, sed quantùm communiter vẽdi poterit illa die, & antè & pòst, vt est casus not. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. & ibi hoc not. Bartol. & Docto. in l. ij. ad fin. C. de rescindenda venditione, & per eundem Bartol. in l. si seruus,

uus.in princip.ff.de cond.fur. & per Ang.in l.in lege Falc.hoc est seruandū.§.j.ff.ad l.Falcidiā. Item quod dixi, ꝙ res tantū valet, quantùm cōmuniter vendi potest, intellige quantū vēdi potest, scilicet cū onere suo, & sine: quia minus cōmuniter vēditur sine onere quàm cū onere. Exemplū si potest vendi sine cautione & fideiussione nō præstita, vel si vendi potest præsenti pecunia vel ad terminū, vel si vēditor aut emptor est legalis aut locuples, vel implicitus debitis, ita quòd nō reperisset emptorē, nisi certæ quantitatis. argu. tex. nota. in l.iij.§.mulier.ff. de in diē addi.& not.Barto.singulariter in l.j.§. si hæres. ff.ad Trebellian. vbi omnino vide not.Ang.in l. in lege Falcidia, hoc est seruandum. ff ad l.Falci. Facit l.si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum. & ibi notat dominus Pau.de Castro.ff. de verborum obligatio. quod not.Barto.in l.in lege Falci.nō habetur. & in l.j.& l.quę rebatur.ad l.Falc. Ad quod adde, qđ dicam in sequē. pręsumptione. ver. & prædicta de re procedunt. Item ꝙ dixi, ꝙ res tantùm valet, quantū cōmuniter vendi potest: intellige quātùm communiter venditur, similis res, & vendi solet in foro publico, vt est text. in l. septem. & ibi Bar.C.de eroga.mili.libr.xij. & probatur in c. j.ibi, quem in mercato.extrà de emptione & venditione.& habetur per Barto.& Docto.in dicta l. pretia rerum.ff.ad l.Falcidiam.& in dicta l.si seruus.ff.de condi.furt.& per Anto. de Bot.in c.cùm causam.in ver.ad secundum demum probandum. extrà de emptione & venditione. Et si in foro huiusmodi res vendi non consueuit, inspicitur quantùm vēdi pōt in eo loco vel ea regione. Et si in foro, vel in illo loco diuersis pretijs vēderetur, tunc media via est eligēda, vt statim dicam in casu seq. Item res tantùm valet, quantùm est æstimata in æstimo communis, vt probatur in l.hi qui.& ibi hoc no.Bart.C.de prædi.naui.lib.xj. Item res tantùm valet, quantùm est æstimata per duos peritos æstimatores. vt not. Barto. & ibi Doc.in l.ij.C.de rescindēda vēditio. Si verò loquimur de rebus immobilibus, dic ꝙ non pōt dari certa doctrina, quando sit verum & iustum pretium: nisi hoc modo, si vendo fundum pro centum, debet considerari, si tantùm valet, verè habito respectu ad eius qualitatē & conditionē, & fructuum perceptionem, vt l.si quis.C.de rescindenda venditione. & in l.si fundum per fideicōmissum. in princi.& ibi glo.j.ff.de leg.j.& in l.pen.ff.de rebus cor.& notat gloss. Barto. & Doctor.in l.ij.C.de rescindenda venditione.& notat glossa & Doc.in c.cùm causam.el ij. extrà de test. & si cōmuniter vēdetur pro tanto in loca pertinentia vel contracta scienti & intelligenti qualitatē & cōditionem rei venditæ, est text. cum glossa nota. in dicta l. mortis causa capimus. §.finali. & ibi per Doctores.ff.de donation.causa mortis. & habetur in l.si seruus.ff.de cond. furti.& in l.pretia rerum.ff.ad l. Falcid. & per Barto.in l.non intelligitur.§. diui fratres.ff.de iure fisci.& probatur in l.si quis vxori, §.si statuliber. & ibi hoc notat Barto. & Angel. ff. de furt. & ibi per Bartolū & Docto. in l.j.§.si hæres.ff.ad Trebel. & per eundem Angelum in l. in lege Falcidia,

dia hoc seruandũ. §.j.ff.ad legẽ Falci. vbi omnino est videndũ. Et istud esset commune, verũ, & iustum pretiũ. debent etiã considerari ea, quæ dicta sunt suprà de rebus mobilibus, & si non posset præcisè dici quantũ communiter possent vendi: quia forte aliquando huiusmodi res vendũtur communiter centum, aliquando centum & quinq;, aliquando octuaginta quinq;: tunc in his non esset illicitum, quocunq; de illis pretijs cõcurrẽtibus venderetur propriè. Sed tutius esset, quòd eligatur medium pretiũ in casu proposito de centũ, & in

31 similibus. *Et sic media via tanquã tutior esset eligenda. & ad hoc videtex. qui optimè facit in l. fundum. cũ l. sequenti, quę incipit. ita vt omnes. in principio. ff. mandati. coniuncto c. illud. extrà, de clerico excommuni. min. adde tamen circa prædicta quod plenè notat beatus Bernardinus in dicto libello de contractibus & vsu. in trigesimotertio sermone, articulo secundo, in secunda particula capituli vij. in fine, & plenius per eũdem in eodẽ libro, trigesimoquinto sermone, articulo primo. & cap. ij. & plenissimè in extractis dicti tractatus beati Bernardini in titulo vsura. tertio, vbi ponuntur duodecim regulæ iusti pretij, vbi videri poterit. Aliqui tamen dicunt, quòd in hoc casu, quãdo res vẽditur minori pretio quàm valeat, & ab ipso principio vẽditionis, est actũ, quòd teneatur emptor locare dictam rem venditam cum pacto de retrouendendo pro iusto pretio, quòd non sit prohibitum vel illicitum rem emere etiam prope dimidiam iusti pretij de iure ciuili, vel canonico, nec etiam in foro conscientiæ, ex quo illud, quod plus valet res vendita, remanet apud venditorem pro suo iure vtilis dominij, cùm saltem aliter ipse nõ fuisset venditurus. Vnde non videtur esse deceptus in aliquo venditor, ex quo penes ipsum remanet omne id, quod plus valet res vendita iure suo, scilicet vtilis dominij, illud ius potest vendere, vt lege finali. C. de iure emphyteoti. Ad quod addam, quod dicam in quinto casu principali, versicul. iij. casu. ibi, credo tamen quòd maior præsumptio. Sed certe isti in hoc non bene dicunt, nec sequitur, quòd plus illud, quod valet res vendita, remanet apud venditorẽ, eundemq; conductorem pro suis melioramentis, & sic pro iure suo. ergo nõ læsus: quia illud plus non potest liberè vendere, sicut potuisset, si non esset venditum, sed cum suo onere liuellario vendere tenetur, quod sibi difficilius erit, & magis damnosum. pro hoc lex tertia. §. melior. ff. de in diem addic. & dixi suprà. Itẽ quia tenetur prius domino denũciare, & eo emere nolente, sibi tenetur laudemium, quod theloneum siue quinquagesima appellatur, soluere, vt lege finali. C. de iure emphyteo. Item quia si alienaret domino irrequisito, caderet ab omni iure suo, vt dicit dicta l. finalis. Item quia propter canonem debito tempore nõ solutum, caderet à iure suo, cum propter culpam suam perderet etiam illa melioramenta. vt habetur in dicta lege finali, & in lege ij. C. de iure emphyteotico. & in capitul. potuit extrà de locato. quæ non perderet, si non essent in dicta venditione. Item amitteret etiam illud

ius redimendi, quando esset concessum & appositum in instrumento locationis liuellariæ: quia tunc censeretur esse ius emphyteoticum seu pars iuris emphyteotici, in lege sterilis. §.si tibi.ff. de actio. empt. & in l.qui fundum vendidit.ff.de contrahenda emptio.facit etiam lex fundi partem.eodem titulo. Vnde cùm liuellarius non soluens canonẽ tempore debito, vel alienans irrequisito domino, cadere debet à iure suo emphyteotico:vt l.ij. & l.finali. in fine.C.de iure emphyteoti. cadet etiam ab isto iure redimendi,quod a est pars iuris emphyteotici, vt dixi. Secus si ipsum ius redimendi esset concessum & ascriptum in ipso instrumento vẽditionis,separato ipso ab instrumento locationis liuellariæ,vel post instrumentum iuris emphyteotici, vel quandocunque in alio instrumento, & de per se: quia tunc non posset dici pars iuris emphyteotici, sed quoddam aliud ius personale separatum à iure emphyteotico. Et ideo licet propter culpam commissam in nõ soluendo canonem,vel alienando, caderet à iure emphyteotico,vt dicta l.ij.& fina. non tamen caderet à iure reemẽdi, per dicta iura, quod est bene notandum: quia sæpe in facto euenit, & Doctores hoc non tangunt.Et prędicta procedunt,etiam si in instrumẽto venditionis contineat donatio, de eo quod plus valeret ipsa res vendita,secundùm ea, quæ dicam in septima præsumptione.

a Vẽdi põt. *Quantum uẽdi põt in loco in quo est res,licet alibi plus uẽderetur uel minus.l.fi.C.de admi.tu. & tenet Ludo.Rõ.in l.j.§.si hæres.ff.ad Treb. pone exemplũ de libro in loco studij, secundũ Barto.in l.etsi equo.de le.j.ut tãtum res ualet,quantum est æstimata in æstimo communi.l.hi qui.& ibi Bar. C.de præ.nauic.lib.xj.in j.q.Bald.contra l.ij.pen.colum.C.de rescin.uendi.*

32 TERTIA [a] præsumptio est, quando esset læsio in locatione seu in quantitate fictus.& hoc potest esse quatuor modis.in persona conductoris,& alio modo in persona locatoris.Primo modo ex persona conductoris,quãdo excedit summam iusti pretij habito respectu ad quantitatem pecuniæ solutæ pro re uendita,eadẽq; locata.Et habito respectu ad fructus, qui recipiũtur seu pcipi possunt ex dicta re locata,& ad possessionẽ, quæ exolui debet ex re liuella. Exemplum: Emi à Titio fundum cẽtum aureis,& sibi locaui eundẽ fundum pro xxxiij.libr. in anno. certè ista est læsio respectu pecuniæ meæ solutæ, quia soluuntur communiter in ciuitate Veronæ vigintiquinq; libræ denariorum pro re empta centum ducatis. & est læsio respectu fructuum percipiẽdorum ex dicto fundo valente centum aureos vltra vigintiquinq; libras denariorum,vel circa earum æstimationem deductis expensis,ac etiam est læsio respectu liuelli:quia licet fictus meæ locationis sit iustus, & communiter Veronæ reputetur iustus,quãdo soluuntur de liuello emphyteosi,& nõ de locatiõe simplici,debet solui pro minori quantitate, videlicet in ratione quinque pro centenario, quia istud est iustum pretium fictus liuelli siue emphyteosis. Nam quantùm ad soluendũ fictum de liuello, oportet non ex reditibus metiri emphy-

teosim, sed æstimari pensionē subtiliter, & ex ptio collecto reditus possibiles in viginti annis computari, & in reditibus ex hoc computatis agi emphyteosim: vt est tex. in authē. de nō alienan. §. quia verò Leonis. in fi. & in authē. perpetua. C. de sacrosan. eccl. Et sic pensio iusta, quæ recipitur ex re liuellata, est illa quæ collata in viginti annis vltra viginti annos, continet æstimationē rei liuellatæ: vt not. glo. in dicta a uten. perpetua. in verbo iuxta. & in dicto §. quia verò Leonis. in fin. in verbo, faciendā. & sic ex hoc patet, q pretium fictus, quod ex simplici locatione annuatim soluitur, per respectum ad ipsos fructus, videtur esse quædā tacita vēditio fructuū: sed pēsio siue fructus, qui soluitur ex cōtractu emphyteotico siue liuellario, nō datur principaliter per respectū ad fruct⁹, sed in recognitionē domini tātùm, vt notat Bartolus in l. j. in ij. oppo. C. de iure emphyteotico. & Anton. de Butr. in c. potuit. extra de loca. Et est ratio inter fictū rei locatæ simpliciter, & fictū rei liuellatæ: quia liuellarius tenetur manumittere rem liuellatam suis expensis, maximè cū detur & dicatur in instrumēto liuellario ad meliorandū & non peiorandū, vt habetur in l. j. & fin. C. de iure emphyt. & ēt si res liuellata culpa liuellarij, vel etiā sine culpa, sed casu fortuito deterioraretur, nihilominus liuellarius siue emphyteota semper tenetur ad pensionē, nisi tota res pereat, vt d. l. j. & ibi not. C. de iure emphy. & habetur in §. adeò. Institu. de locati. in tantùm, quòd liuellarius verus, qui non potuit percipere fructus aut reditus rei liuellatæ, pensionem solue re tenetur in recompensationē eius, quod minus soluit, quàm simplex cōductor, vt habetur in d. l. j. C. de iure emphyteotico. & in c. propter sterilitatem. extrà de loca. & ita de consuetudine generali Veronæ obseruatur, quod non est in simplici colono vel conductore, qui nō tenetur suis sumptibus rem locatā manu tenere: vt habetur in l. colonus. in prin. ff. loca. & in l. hactenus. ff. de vsufruc. nec etiam tenetur ad soluendum fictū, si non percepit fructus ex re locata. vt l. item quæritur. §. exercitu. & l. ex conducto. §. si vis tempestatis. & §. sed & si labes. & in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. & in l. si vno. eodē titulo. Et habetur in dicto capi. propter sterilitatem. & ad hoc vide tex. cum gloss. nota. in autentic. de non alienan. §. quia verò Leonis. in verbo, diximus. quæ incipit, accipe verbum, id est, concedimus. collat. ij. & text. cum gloss. in verbo, propter fortuitos casus. § dudum. eodem titulo. & sic cùm liuellarius grauaretur in aliquo, imò in pluribus, magis quàm simplex conductor, debet in alio releuari. & sic quòd liuellarius soluat tantū fictū in ratione quinq; pro centenario. argu. l. eum qui. cum ibi notat. ff. de iureiurā. vbi habetur quòd qui in vno grauatur, in alio debet releuari, & econtrà. & facit regula c. qui sentit onus. & c. rationi congruit. de regulis iuris. in vj. cum similibus. Alio modo contingeret læsio in locatione seu quantitate fictus, videlicet quando excedit summam iusti pretij, habito respectu tantummodò ad quantitatem pecuniæ solutæ pro re vendita, eademq; locata, de qua suprà positum est

est exemplū circa principium huius tertiæ præsumptionis. Tertiò modo cōtingeret læsio, habito respectu solùm ad fructus vel reditus, qui percipi possent ex re locata. exemplum poni pōt sicut dictū est s. in primo modo læsiōis. Potest etiā poni aliud exemplum, in quo communiter decipiuntur: Aut ipsi decipiunt in ciuitate Veronę ementes, ac demū incōtinenti locantes eādē rem, videlicet quando res vendita, eademq; locata erat domus. Nam licet ego emerim domum pro centū, & sic iusto pretio, & locauerim iure liuelli eidem venditori eandem domū pro viginti quinque libris denariorū, sic quòd cōmuni pretio, habito respectu ad dictos centum ducatos: quia dictæ vigintiquinque libræ, licet sint commune pretium Veronæ rei, quæ est valoris centum ducatis: quod tamē iniustū, vt statim dicetur, tamē certū est, quòd non est iustum habito respectu ad pensiones siue reditus, qui percipi possent ex dicta domo liuellata: quia dictū pretium vigintiquinque librarum esset etiam iniustū respectu locatiōis simplicis. Nam illa domus si tertiæ persōnæ deberet locari ad tempus, nō posset locari nisi vsque ad vigintiquinque libras, vel circa. & sic in ratione triū pro centenario vel circa. Soluendo ergo hoc casu vigintiquinque libras in anno, esset sine dubio læsio respectu reditus vel pensionis, qui percipi possent ex dicta domo, vt dixi. Quarto modo potest contingere læsio habito respectu solummodò ad pensionem, quæ solui deberet ex re liuellata, vt proximo casu præcedenti, quando soluuntur vigintiquinq; libræ de liuello pro domo vendita centū, pro quo pretio alij nō locassent, sed pro maiori: quia ille fictus vigintiquinque librarū non solum est iustus respectu simplicis locationis, vt dixi, sed etiam liuellariæ: quia si illa domus daretur in emphyteosim tertiæ personæ, non posset dari vltra vigintiquinq; libras. Quinto modo potest cōtingere læsio ex parte locantis, quando emisset rem locatā pro minori pretio quàm valeret. Exemplū, Emit vnus fundum pro centū, qui valebat centū & quinquaginta, & incontinenti venditori locauit in perpetuū eundē fundū vigintiquinque libris denariorū in anno, cū pacto de retrouendēdo: nam emptor videtur esse deceptus: quia si verè emisset, ex quo ille fundus potuisset alteri locari vigintiquinq; libris cū dimidia, in ratione vigintiquinque lib. pro centū ducatis est lęsus in duodecim cū dimidia. Et propter hoc est præsumptio, ꝙ nō sit verus cōtractus emptionis, ex quo locauit minori pretio nō duct⁹ necessitate. ad hoc adde, quod dicā in seq. præsumptione.

33 * Conclude tantùm circa prædicta, quæ & quando dicatur, & sit iusta pensio. Aut venditio est facta iusto pretio aut iniusto. Primo casu fundus vēditus, q locatur vēditori, aut alliuellatur, aut sibi in emphyteosim cōcedit. Si locatur, pēsio iusta est, habito respectu ad fructus & reditus, qui percipiuntur ex ea. sed si liuellatur, tūc aut fructus reddit fructus communes, sed multò plus aut minus, quàm cōiter aliæ possesiones reddunt. si reddit fructus cōmunes, & tunc pensio iusta est, habito respectu ad valorem rei,

præcesserunt.ff.de iudi. & Bald.in l. multùm. in ij. col. C. si q alteri vel sibi.& ad hoc vide glo.in l.interposi tas.in verbo,qualitas.C. de transact. Si autē prædicta protestatio nō præcessit,& cōtractus appareat celebratus in formā venditionis, licet inter partes tractatus de celebrādo aliter siue in alia forma:per hoc nō probaretur contractus simulatus vel fraudulentus, quādo,vt dixi, contractus venditionis celebratus fuit ex interuallo post dictū tractatū. pro hoc l. cum in plures. §. locator horrei.ff. loca.secūdùm Ange. qui ita no.in l. si quis cùm aliter.ff.de verb.obli. Et subdit, q si verba contractus essent ita ambigua,q possent trahi ad multos sensus, interpretāda sunt secundùm tractatū quantūcunq; præcedētem.allegat ad hoc Inno.in c. innotuit.extra.de arbi.quòd est valde notandū.& ita tenet Ludou. de Roma. in d.l. si quis cùm aliter. in xiiij.col. in fi.qui allegat glo.ordinariā.in l.j. in glo.j.ad fi.ff.de iud.& glo.in l.eleganter.in prin. in verbo, puto.ff.de condi.indeb.& l. hæredes palàm. §. sed si notā.ff.de testa.Item præsumitur,q cōtrahentes nō habuerūt animum verè vendēdi & emēdi,quādo debitor petebat mutuū, & creditor dixit, nolo mutuare, sed emere volo cum pacto de retrouendendo ad certum tempus,secundùm Hostien. & Anto. de But.in c. ad nostram. de emptio.& vendi. Et de hoc est casus secundùm intellectum Odofre.in l. emptione. C. plus valere quod agitur,vt refert & tenet ibi Bal.in prin. qui dicit, q hoc est notatu dignum. Et idem voluit Guil. de monte Laudu.in Clem.ex grandi.de vsur.& eū sequitur ibi.iij.q. §.cæterum. domi. Francis. Zaba. Et idem tenet Ludo. Pontanus,in suo singulari,quod incipit,quæro an pacta de retrouēden-
16 do. *vbi dicit,q vbicunq; cōtractū factū cū pacto de retrouēdēdo præcessit tractatus mutui, semper præsumitur vsurarius. Et ideo debet nullus declarari, & fructus restitui. allegat dictū singulare Odofre. relatum per Baldū in d.l.emptione.& dicit q ita etiā cōsuluit.Et idem tenet etiā Ioan.de Imo.in d.c.ad nostram. qui subdit, q hoc ideo præsumitur, qa originalis causa fuit mutui petiti. Idē quādo probaretur,q debitor quærebat pecuniā accipere mutuo super tali possessione, & posteà reperitur ipsum fecisse venditionem de illa possessione,quam quærebat. Nam tūc præsumitur color quæsitus de cōtractu ad contractum, sicut & alibi de persona ad personam, vt ff. ad Velleia.l.mulier.§. cum esset. Ita dixit domi.Paul. de Castr. in consil. cccxxviij.in princi. & alleg. not.per Hostien.in c.ad nostrā.Item nō præsumitur animus vendendi & emēdi, quando fuit actū inter partes à principio, quòd dictus emptor cogeretur vel obligatus esset ad locandū ipsam rem venditam ipsi venditori cū pacto de retrouēdendo, & quòd aliter dictus venditor nō esset venditurus,vel quia in instrumēto venditionis dicitur,cum pacto de retrouendendo , siue quòd ipse venditor non esset venditurus.hæc tamē verba nunquam tu apponas in instrumento vēditionis, quia declararent instrumentum esse simulatum:vnde si vigore dicti pacti etiam incontinenti post ipsam venditionē vel eadem

dem hora vel die fuerit facta dicta locatio dicto venditori de dicta re per ipsum vendita, cũ pacto de retrouendendo in eodẽ instrumento locationis contẽto, vel etiã in alio instrumẽto fuisset appositũ pactũ de retrouẽdendo: præsumeretur quòd venditor non habuisset animũ vendẽdi. facit ad hoc quod dixi in præcedenti casu princ. circa finẽ. hæc tñ præsumptio tolleret, si constare posset expresse de cõtrario, videlicet ꝙ venditor habuit animũ vendendi, & emptor emendi, maximè per confessionem partis, quia præsumptio non cadit super certo, sed super incerto tantùm. vt per gloss. in l. vnica. §. accedat. in verbo, præsumatur. C. de rei vxor. actio. & in l. siue possidetis. C. de probat. & sic in incertis nõ certis locus est cõiecturæ. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verbo. obligat. & in l. pediculis. §. argẽteis. ff. de auro & argẽto lega. & in l. ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. cũ simi. Et quia dicta præsumptio nõ est iuris, & de iure, sed iuris tantùm, vt no. dominus Laurẽti⁹ de Rodulphis. in suo tractatu de vsu. quem scripsit super c. consuluit. extrà de vsur. in lx. quęsti. & licet esset pręsumptio iuris & de iure, ita quòd non posset admitti probatio in contrarium, per c. is qui fidem. cum ibi nota. de sponsalibus. & per nota. in auten. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. & in corpore vnde sumit. & vt videtur sentire Ioã. Cald. de Bononia in quadam sua disputatione seu quæstione, quæ incipit, Vsurari⁹.
17 quod tamen non teneo: * quia contra præsumptionẽ iuris à iure introductam semper admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat. quòd non admittatur, vt est gl. notab. liiij. distinctio. c. fraternitatẽ. in glo. fi. Et est glo. l. distinctio. ferrum. in gl. fin. ad finem. & no. per Doctores in c. is qui fidem. Sed in hoc nõ reperitur, quòd ius statuat contrarium, ꝙ nihilominus contra dictã præsumptionem iuris, de iure admitteretur præsumptio in contrarium per cõfessionem partis: vt no. gl. in autẽ. de ęqua li. do. §. illud quoque. coll. vij. & est gl. in l. in contractibus. in principio, in verbo, nullo modo. C. de nõ num. pecu. Et no. Ang. & dominus Pau. de Cast. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. in princ. col. ff. de verborum obligatio. & no. per Docto. in dicta auten. sed iam necesse. & in dicto c. is qui fidem. & ita sentit glo. in c. ad nostram. in verbo, patet. de emptione & venditio. & ibi Anto. de But. ꝗ dicit, quòd si constat, quòd sit venditio, & sic venditor habuerit animum vendendi, tenebit talis cõtractus, & emptor lucrabitur fructus. & hoc tenet Ioan. de Imo. sequendo domin. Anto. in dicto c. ad nostram. in versi. in eadem gl. in fine. & istud est verissimum, quod bene not. in practica, vt cautè procures, quòd saltem vẽditor profiteatur, quòd habuerit animum vendendi, maximè respõdendo oppositionibus emptoris, si hoc verum est, quia per talẽ cõfessionẽ vel aliã sufficientẽ probationem apparebit. Et iudicabitur quòd dictus contractus fuerit omnino simulatus, neque pignoratitius neq; vsurarius, sed verus, quod singul. not. & tene menti, vt scias defendere emptorem. Et eadem ratione potest dici contrà, quãdo instrumentum loquitur de vera venditione & in veritate fuit simula

xi, cōmunis consuetudo & obseruātia est, quòd emptor rei exoluat expēsas chartarū siue instrumētorum, si vult eas vel ea habere. Et ex quo tractatur de eius cōmodo, etiā debet sentire incōmodū, per regulā capitu li, qui sentit. de regu. iur. lib. vj. & l. secundū naturā. ff. eo. ti. & habetur in l. eū qui. in princ. ff. de iurein. nec ferendum, vt quis lucrum velit amplecti, & onus penitus subire recuset, vt in l. vnica. §. pro secūdo. de cadu. tol. & ita tenet Albe. de Ro. in l. dissolutæ. C. de condi. ex lege. videlicet,
42 * quòd creditor tenet solnere tabellioni conficienti instrumentū crediti. allega. l. eos. §. iterdicta. cū gl. ibi. C. de vsuris. qui dicit, quod ita vidit cōmuniter obseruari. Et idē tenet in d. l. eos. in fine. qui subdit quòd cōtrariū faciūt vsurarij Bergomenses: cū ergo emptor idēq; locator velit, quod conductor soluat omnes expensas chartarum vel instrumentorū, apparet quòd non vult soluere pro instrumēto emptionis suæ, qd ad ipm spectaret: & sic est præsumptio contra eum, ex quo vult aliquid vltra sortem. & non videtur etiā habuisse animū emendi, sed potius, quòd res vēdita fuerit in effectu sibi pignorata: quod est notādū, quia multi in hoc errant, vt hic probatur, per ea quę dixi in præcedenti præsumptione. Et idem est dicēdū, quādo locator vellet, quòd cōductor quandocūque retroēmere vellet, teneret soluere omnes expēsas per ipsum emptorem, eūdēq; locatorem pro gabella emptionis, vel proxenetis in casu, quòd dicta expensa spectaret in totum vel in partē ipsi emptori, iuxta nota. in l. debet. ff. de ædil. edict. & per Bal. & Salyc. in rubri. C. de rebus credi. & per Bal. in l. si prædiū. C. de ædili. action. & ego plenè scripsi in d. l. debet. quę tamen lex videtur facere in contrarium, dū vult, quòd vēditor teneatur emptori restituere illud, quod soluerat emptor pro gabella, & proxenetis. & ibi ideo est: quia cōtractus resoluitur ex culpa venditoris, quoniā res vēdita erat morbosa vel vitiosa: hic verò ex voluntate vtriusq; ad preces & volūtatē venditoris resoluit.
43 SEPTIMA * præsumptio est, qn̄ res pro parte vendita, & pro parte donata, & non subest iusta causa donationis, argumento l. per diuersas. cum ibi nota. per glo. & Doct. C. mandati & tex. cum ibi nota. in l. ab Anastasio. eod. titu. & ita tenet Bal. in l. ij. C. de repudianda hæreditate. & in l. fina. ibi, tertiò pōt impugnari. C. ne lic. potent. Et in cōsi. suo, qd incipit. ad probandū & ostendendū. in ij. articulo. & Spec. in ti. de cessione actionis. §. j. versi. præsumitur simulatus. Ad quod optimè facit l. vir vxori. & ibi nota. ff. de iure dot. quia nō est verisimile, quòd fuerit anim* donandi, vbi est pactū, & vbi est de redimendo appositū. ar. l. qui sic soluit. ff. de sol. etiā si sit dictū, quòd donetur ob benemerita: vt infrà statim dicam, quod est bene notandū cōtra vsurarios & illicitos cōtractus celebrantes, qui ne videantur decipere venditores in pretio, faciunt quod in instrumento dicitur, & si qd plus valeret dicta res vendita, quantūcūq; sit illud plus, illud donat dictus vēditor, iuxta ea quæ habentur per Docto. in l. si quis cùm aliter. ff. de verborum obligation. Et in l. ij C. de rescindenda venditio. & in l. si quis do-

donationis.ff.de contrahenda emptione.& per Bart.& Docto.in l.si tibi.in princip.ff.de pactis.& per Anto.de Butr.& Docto.in c.cũ causam. extra de emptione & vẽditione.Nã talis cautela donationis inducit pręsumptionem fraudis: quia donatio dicitur iactatio, & dilapidatio.l. filiusfamil. in princ.ff.de donatio.& habetur in l.contra iuris.§.si filius. ff.de pac.Sed nemo præsumitur iactare vel dilapidare suum.l.cùm de indebito.ff.de proba.cum si.cùm nõ subsit iusta & legitima causa donandi in venditore,sed potius necessitas,ex quo magis indiget quam emptor:quia communiter quis vendit possessiones suas propter necessitatem causa habendi pecuniam,cui potius esset facienda donatio,quàm ꝙ

44 ipse emptori donaret. * Nam donatio pura & simplex fit propter liberalitatem & munificentiam,vt dicit tex.in l.j.in secundo responso.ff. de dona.Sed in necessitatibus nemo liberalis existit,nec existere præsumitur,vt l.rem legatam. in fine.ff.de adimen.legat.& id donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur: vt l.donari videtur.ff.de regu.iur.& ff.de donat.præsumitur ergo dicta donatio facta à venditore,si nõ probetur per emptorem iusta & legitima causa,cùm in dubio non pręsumatur,vt dicta leg.cùm de indebito. in principio.quòd potius facta fuerit ob necessitatem,quàm ob merã liberalitatẽ,quòd emptor aliter non

a emisset,nisi cum dicta donatione,[a] & quod non donasset,nisi illam partem donatarius emisset,vt no.glo.in l.ab Anastasio.in verbo coloratam. C.mandati.& sic donatio in fraudẽ facta esse præsumitur,ne videatur esse deceptus in pretio.ad quod bene aduertant notarij,ne sint faciles & prompti ad scribendum dictam clausulam donationis plenissimam in instrumentis venditionũ.Sed illã simplicem,videlicet,si quid plus valet. &c.& indistinctè possunt apponere: quia illa clausula refertur ad modicum,vt habetur in l.si quis cùm aliter.ff.de verbo.obli.& in l.ij.de rescin.vend.& in l.si quis donationis. de contrahen.emptio. Et prædicta procedunt,etiam si in dicta donatione,quæ refertur ad magnam quãtitatem,sit dictũ pro bonis meritis & seruitijs, vel pro benemeritis, quæ ipse donans recepit ab ipso donata-

45 tio:*quia in dubio benemerita non præsumuntur.l.si fortè.& l.castrense.ff.de castren.pecu.& not.gl.in l.si donatione.& ibi per Doct.C.de colla.& per Docto.in d.l.per diuersas. C.manda.nisi illa benemerita vel seruitia fuerint expressa vel nominata in specie:quia tunc pręsumuntur,secundùm Bald.qui ita not.in l.illud. quæstio.iiij.in fi.C.de sacr.sanct.ecclesi.allegat l.Aquilius Regulus. ff. de donatio.& idem sentit ipse Bald. in l.si donatione.versi.sed quid si pater.& in auten.vnde si parens.circa principium.C.de inoffici.testamen. Vel nisi esset facta mentio meritorum cum iuramento:nam tũc etiam hæredes iurantis cogerentur stare tali iuramento,vt in autẽti.quod obtinet.cum ibi notatis.C.de probat. secundùm Bal.qui ita notat in d.l.si donatione.versicu.sed quid si pater. Ex quo tu sumas cautelam,videlicet quòd donans specificet illa benemerita,& seruitia iuret illa esse vera:qa tunc

tūc ſtabitur illi confeſsioni.quod iuramentū nūquàm apponi facias,niſi vera tibi eſſe affirmentur, ne ſis autor periurij in perditionem animæ tuæ,& contrahentiū.hoc tamen iuramentum parū proficeret, vbi aliæ coniecturæ vel præſumptiones con currerent,quę redderent contractū ſimulatū,vt eſt glo.not.in l.emptione.C.plus valere quod agitur. quam ſequuntur ibi Doct.& Franciſc.Zaba.in c.ad noſtram.in ij.quæſt.extrà
46 de emptio.& vendit. *Vbi dicit,ꝙ per illam gloſſam,ꝙ contractus ſimulatus non validatur iuramento: reſpōſionem aſsigno. nam cùm deficiat aſſenſus in cōtractu ſimulato, iuramentum ad illud non extenditur,per id quod habetur in l.fi. C.de non nu.pec. quod tamen intellige, niſi expreſsè fuerit iuratū,omnia & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe:quia tūc allegando ſimulationem, veniret contra iuramentū. ſecùs quando ſimpliciter iuraſſet non contrauenire,ſecundū Ioan.de Imol. qui ita not.in d.c.ad noſtrā. ad fi. de emptio.& vendit. Itē intellige,niſi iuramentū interueniſſet ex interuallo:quia tunc validaretur dictus con tractus,argument.l.ij.cū ibi nota.C. quod me.cauſa. Et facit quod nota. Barto.in l.nemo poteſt.de legat.j.in prin.iij.colum.verſi.quæro an renūciatio exceptionis.in fi.vbi dicit,ꝙ licet renunciatio exceptionis ſimulationis nō valeat,quādo fit inconti nenti:ſecus ſi fiat ex interuallo poſt inſtrumētū, quod dicitur ſimulatū, per dictā l.ij. C.quod metus cauſa. Cæterū ſi ſolū interueniret hæc præſumptio,ꝙ res pro parte eſſet vendita,& pro parte donata,etiā cū pacto de retrouendendo, nō ſufficeret ad præſumendū contractū ſimulatū vel vſurarium,ita quòd poſſet reſcindi in foro ciuili vel canonico. in quo ſtandū eſt ſcripturis.l.cum precibus. C.de probatio.niſi alia indicia concurrunt.ſed in foro cōſcientię & pœnitentiali ſtandū eſſet veritati,ſecūdùm Baldū,qui ita conſuluit in cōſi. ſuo lxij. in ordine, modo incipit. Quidam Petaritius Licij.vbi vide. & nota quia habui de facto.

a Donatione. *Donatio in fraudē an et quādo præſumitur,uide Bart.plenè in l.poſt contractū.& in l.omnes.§.Lucius.de his quæ in frau. cre. & in l.fi. de prato.ſti.Bal.in auten.ſed iā neceſſe.C.de do.ante nu.& in addi.Spe.de don.uer pe.*

47 OCTAVA *præſumptio etiā colligi poteſt ex quibuſdā verbis,quæ ſolent apponi in pacto de retrouendendo,dum dicitur,ꝙ quādocunque dictus conductor dabit aut ſoluet fictus rerū venditarū, teneatur dictus locator facere inſtrumentum venditionis,quæ verba im portant,ꝙ per ceſſationē ſoluēdi fictum per biennium vel triennium, non cadit emphyteota ſeu liuellarius à iure ſuo : vt habetur in l.ij. C. de iure emphyt.& in c.potuit. extrà de locato.Nam quādo apponitur pactum in contractu cōtra eius naturam,& ſic cōtractus eſt inſolitus: eſt præſumptio ſimulationis & fraudis, vt l.ſi quis ſub cōditione.quę eſt lex ſpecialiſsima,& ibi gl.& Doct.ff.de condi.inſtitut.& notat. Bald. in c.j. ver.quæro de quibuſdā pactis.in tit. de feudo dato in vicē leg. cōmiſſoriæ.in vſib.feu.& hoc etiā probatur in c.illo vos.extrà de pigno. vbi pactum

ctum de cōputandis reditibus in sortem, repugnans naturæ emptio. proportionabile naturæ pignus facit præsumere esse aliū cōtractū, quàm verba contractus sonent, & sic esse simulatū, vt ibi no. Anton. de But. in iiij. nota. & Doctores ibi scribentes.
48 Ex quo dicendū est, quòd vbicunq; apponuntur pacta contra naturam emptionis vel venditionis, siue alterius similis contractus, aut locationis, vel cōductionis in damnū venditoris eiusdemq; conductoris, præsumitur contractus simulatus. l. qui testamētum. & l. cū tacitū. cū ibi no ta. ff. de proba. ad quod adde, quod dicā in sequenti præsumptione. Auget etiā hāc præsumptionē illud verbum, Venditarū, dum dicitur, fictus rerum venditarū & non rerum locatarum. Nam liuellarius non dicitur vendere proprietatē, sed vtile dominium. & dicitur vtilitas fructuū locari in perpetuum, ex qua locatione quæritur ius vtile, etiā in superficie, & fructibus, vt habetur in l j. ff. si ager vectig. vel emphyteoticarius petatur, & in dicto c. potuit. de locato. Hæc tamen præsumptio sola parum operaretur, præsertim illa quę venit ex verbo Venditarū: quia illud verbum potius apponitur in instrumentis culpa tabellionis, quàm ex mala mente cōtrahentiū, qui sępissime vt idiotę ignorant sensum & intellectū verborū, iuxta nota. in l. quòd si nepotes. ff. de testamentar. tutela. & habetur per textū notabilē in capitulo primo, circa principium, ibi, sed propter simplices, & nominis significationis ignaros. in titul. de noua forma fidelitatis. in vsibus feudorum. Sed cū alijs præsumptionibus coniuncta satis operaretur: quia sicut dicitur, & quæ nō prosunt singula, multa iuuant: vt probatur in l. instrumenta. ibi hoc nota. gloss. C. de probationibus. ita econtrà, & quæ non nocent singula, multa nocent: vt ibi eadem ratione.

NONA [b] præsumptio colligitur ex pactis vel clausulis insolitis in instrumento appositis, vt no. in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. instiut. & ibi hoc not. gl. Bald. Angel. & Doct. & idē no. Bal. in versic. quæro de quibusdā pactis. ad fin. in titul. de feudo dato in vicem leg. cōmiss. & habetur in c. illo vos. extrà de pigno. & in c. ad nostrā. extrà de emptio. & venditio. & facit quod dixi in precedenti præsumptione, quod bene nota contra multos, qui conatur apponere ī instrumētis multa pacta extranea, & insolita ad illaqueandum debitorē: quod nō est in dubio faciendū: quia sæpenumero talia pacta vel clausulæ huiusmodi indicant potius fraudis suspicionē, quàm contractus validationē cōtra mentē cōtrahentiū. Ex quo infero, quod si locatur domus vendita ipsi vēditori pro fictu vini vel olei, aut alteri [a] fruct [a], qui non percipiantur ex ea, cū tales fictus præstari non soleant ex domibus, & tale pactū sit insolitū, contra talē locantē erit præsumēdū. Et idē est dicendū in similibus, quod nota. Itē ex hoc infero, quod si in instrumento essent ista verba, vendidit & tradidit verè, & non in fraudē vsurarū, vt vidi sæpissime in instrumentis: quod ex istis verbis instrumētum [a] magis presumeretur suspectū secūdū Baldū, qui ita not. in l. emptione. versi. quod si in instrumēto. C. plus valere quod agitur.

agitur.per gl.in d.l.si quis sub cōditione.ff.de conditio.institu.quē sequitur Ioā.de Imol.in d.c.ad nostrā. circa finē.cui adde qđ dicam in fine omniū præsumptionum.versic.sed circa prædictas presumptiones.

a Instrumēt. *Instrumentū de cuius simulatione cōstet,nō prodest. l. quāuis. & ibi Bal.C.si quis alteri uel sibi. Instrumentū simulatū nō dicitur instrumentū,& ideo non uenit appellatione instrumentorum in statuto. Bald in l. fi. §.in computatione. ulti. col. C .de iure deliberandi.*

49 DECIMA *præsumptio hic potissima est in pacto de retrouēdēdo,qñ dictus emptor idēq; locator voluit cōtractū vēditionis posse dissolui,nisi vsq; ad certū tempus:& sic nisi certo tpe lapso.puta,sex annorū:sed tantū post sex annos qñcūque.& sic resolutio cōtractus nō pēdebat à facultate primi venditoris ab ipso principio,sed solùm post certum tempus:quia hoc casu apparet, quòd primus emptor idemq; locator voluit esse pro illo tempore in lucro percipiendorum fructuū seu fictuum,& ita esse certus de hoc. Dubitauit enim fortè, quòd venditor idemque conductor nisi illud pactū interuenisset, retroēmisset dictam rem venditam post modicum tempus, postquàm res suas peregisset cū pecunia per emptorem soluta : & sic ipse venditor rem suā ageret cū modico vel nullo damno:quia parū de fictu solueret,& ipse emptor modicum lucraretur de sua pecunia: ex quo ergo voluit esse securus ꝑ certo tempore in percipiendo fictu,videtur dubitasse, quòd emptor habuit potius animū pignorādi quàm vendendi,& quòd hoc non obstante voluerit fictum certum & securū pro aliquo tempore,& sic ex hoc insurgit præsumptio simulationis & fraudis: & hoc probatur in c.ad nostrā.ibi,promisit:vt quādocunq; à septennio vsq; ad nouenniū daret. extrà de empt.& vēdi.& in c. illo vos. ibi,vt si à tēpore contractus vsq; ad duos annos.extrà de pignori. & ita vidi consultū per multos sacrorū canonū interpretes.& ita tenet Hosti. & Ioan.And.in c.ad nostram.super verbo,ad nouēniū.in nouella. & beatus Bernardinus in suo tractatu de contractibus & vsuris.in xxxix. sermone.art.ij.c.j.& allegat ad hoc solummodò Hosti.& Ioan.An.in d. c. ad nostrā.Sed Bal.in c.j.versi.quæro de quibusdā pactis.in titu.de feudo dato ī vicē legis cōmiss.in vsi. feud. in hoc referendo aliorū opiniones approbat illam,scilicet,ꝙ ex hoc pacto de retrouendēdo non censeatur cōtractus fœneratitius, qa nulla lex

50 vel decretū hoc dicit. *Et quia emptio & vēditio pōt fieri ad certū tēpus,vt l.ij.C.de pactis inter emptorē & venditorē.nisi emptor esset solitus fœnerari,& in fraudē vsurarū instrumenta simulata cōficere,vt habetur in regula,semel malus. de regu. iur.in vj.& hoc dictū Baldi procederet sine dubio,quādo rē meā locarē vni in perpetuū cum pacto de emendo post certū tēpus,& non ante.quo casu non modò iste contractus non censeretur vsurarius ibi, imò nulla vsuræ præsumptio ex hoc insurgeret.sed si emissem purè fundū à Titio,& sibi non locassem, sed tempore venditionis feci sibi pactū, quòd lapso certo tempore tantùm,& non

antè

ante posſit retroēmere.quo caſu loquitur tex.in d.c.ad noſtrā.& in d.c. illo vos.vel ſi emiſſem ab vno fundū,& ipſum eidē incontinenti locaſſem,vel feciſſem pactū de locando cū pacto de retrouēdendo poſt certum tēpus,ſiue lapſo certo tempore tantùm. Et his duobus proximè caſibus negari non poteſt,quin inſurgat mala pręſumptio contra dictum emptorē propter dictū pactū de retrouendendo poſt certū tēpus,& nō antè.probatur in d.c.ad noſtrā. & c. illo vos.in quibus non fit mentio de illo pacto ſine cauſa, vt probaui in principio huius pręſumptionis. Et ita intelligo prędictos Doctores, qui in hoc cōſuluerunt, & bene, vt ſuprà dixi.Sed tamē iſta pręſumptio ſola ſine alijs non ſufficeret ad probandū contractū vſurariū,ſed cōiuncta cum alijs præſumptionibus ſic. Et ita intelligo dictū Baldi, in d.c.j. in titul.de feudo dato in vicem leg. commiſſ.& probatur expreſsè in d. c.illo vos.vbi erat dictū pactū, & tamen quando concluditur, dicendū contractū eſſe vſurarium,non ſe fundat Papa ex dicto pacto tantùm, ſed etiā ex tribus alijs cōiecturis ſeu pręſumptionibus.Prima, quia fuit actū quòd fructus percepti deberent in ſoluenda pecunia numerari. Secunda,quia vltrà ſummā receptam ſexaginta ſolidi debebāt perſolui. Tertia, quia primus ille emptor vſuras cōſueuerat exercere. & probatur in d. c. ad noſtram.de emptio. & venditio.vbi etiam fuit appoſitum dictum pactū de retrouendendo poſt certum tempus, & non antè. Et tamen Papa ibi dum concludit, illum contractū eſſe vſurariū, non ſe fundat in dicto pacto tantùm:ſed etiam in enormitate pretij,quod iuxta dimidiam iuſti pretij contingebat. Ex quibus præſumit emptionem fuiſſe in dolo vel fraude:quia ibi partes in veritate fecerunt mutuū. Sed voluit mutuans quòd fieret inſtrumentum de venditione.

51 VNDECIMA * præſumptio eſt ſimilis præcedenti, quando in pacto de retrouendendo fuit dictum ecōtrà,videlicet quòd emptor teneatur retrouendere vēditori fundum venditū vſque ad certum tempus,puta decem vel octo annos. & poſt octo vel decē annos ſit in libertate ipſius primi emptoris, ꝙ venditor ſit & remaneat liuellarius perpetuus,vel quòd poſsit cogi ad retrouendendū dictū fundū venditum, quando fuiſſet locatus, vel quando non fuiſſet locatus,ꝙ poſt dictū terminum ſit in libertate dicti emptoris vel retinere rē emptam pro ſua libera,vel retrouēdere primo venditori,vt probatur ꝑ ea quæ dicta ſunt in præcedenti præſumptione, & in d.c.illo vos.ibi,vt ſi à tēpore cōtractus.extrà de pignorib.& hoc in effectu tenet Hoſtien.in ſumma de vſuris. §.ſi.verſi.ij.vbi dicit,ꝙ eſt præſumptio mala contra creditorē, quādo vult, quòd ſit in eius poteſtate, an velit reſcindi. Adde tamen prædictis,quòd ſi eſſet pactū appoſitū, ꝙ poſt certum tempus vel conditionem liceret venditori recipere rem per ipſum venditā, ſi ipſe vellet, ꝙ tale pactum valeret,vt eſt textus nota.in l.ſi vir vxori. ff.de præſcriptis verbis . & notat etiam Baldus ad leg.final.C.de iure fiſci, libr.x. Et vide quod notat Bald.in c.j.in titul.de feudis

feudis dandis mini.valuaſ. in vſibus feudo.Circa quod dic, vt dixi in præcedenti præſumptione. quia eſt par eademq; ratio.

52 DVODECIMA* præſumptio ſecundũ aliquos,qñ quis vẽderet fundũ mihi,& ego dictũ fundum ſibi locarẽ in perpetuũ, & ſimpliciter eſſet appoſitũ pactũ de retrouendẽdo vſq; ad certum tẽpus tantũ, puta ſeptem vel decẽ annos.nam iſti dicunt,ꝙ per pactũ de retrouendẽdo vſq; ad certum tẽpus tantũ, videtur ꝙ vẽditor idẽq; cõductor nõ habuerit animum vendendi,ex quo ſperat vſq; ad illud tẽpus retroẽmere.& eadẽ ratione videtur, ꝙ ego emptor verè voluerim emere poſtquàm feci ſibi dictũ pactum,& dictus venditor non erat aliter vẽditurus, niſi cũ dicto pacto. & quia ex hoc quod paciſcitur vſq; ad certum tẽpus, apparet ꝙ interim voluerit lucrari fructus ſecũdũ Ant.de But.in d.c.ad noſtram. ibi, quid in dubio.extra de empti. & vend.qm hoc vltimũ notando,videtur iſtud ſentire. & iſti q ſunt in hac opinione,dicunt, ꝙ melius & tutius eſſet apponere pactũ de retrouẽdendo in perpetuũ.Et pro hac opinione facit,quod dicã in xxv.præſumptione. Alij dicũt ecõtrà,videlicet ꝙ maior eſt præſumptio,quãdo appoſitũ eſt pactũ de retrouendẽdo in perpetuũ:quia videtur maior præſumptio ex parte venditoris,ꝙ verè noluerit vẽdere,ex quo voluit ſemper eſſe in libertate redimẽdi.& ſic eſt ex parte emptoris:quia non videtur habuiſſe verè animum emere,ex quo conceſſit venditori, quòd poſſit quandocunque redimere . quid dicendum.

53 *Hæc quæſtio deciſa eſt de iure ciuili:quia non eſt differentia an fiat pactũ de retrouendẽdo vſq; ad certum tepus completum vel in perpetuũ.& in vtroq; caſu eſt licitum,nec ex eo inſurgit aliqua mala præſumptio:vt eſt caſus expreſſus, & in terminis ſæpe allega. l.ij.C.de pactis inter emptorẽ & venditorẽ.ibi,pretiũ quandocunq; vel intra tempora obtuliſſent.vbi hoc no.Bal.in fin.qui dicit, ꝙ ex pacto de retrouendendo eodem pretio etiã lucrãte emptore fructus medij tẽporis etiã ante moram,contractus nõ præſumitur ſimulatus.& idẽ de iure canonico,vt probatur in d.c.ad noſtrã.de emp.& vẽdi.& in d.c.illo vos. de pigno.nã ibi tale pactũ ſimpliciter non reprobatur.ad quod vide quod dixi in x.præſumptione,& in ſecundo caſu principali.Et illud idẽ ego credo in foro conſcientiæ,quod de iure ciuili vel canonico,dictum eſt,vt ſuprà dixi in principio huius tractatus,in ver.alij dicunt,ꝙ dictus contractus.& etiam dixi in ſecundo caſu principali:quia hoc ſolum pactum de retrouendendo ad tempus, vel in perpetuum nõ inducit aliquam malã præſumptionem,maximè præſumentem contractum eſſe vſurarium vel ſimulatum, vt dixi dicto ſecundo caſu principali.Nam ſi lex ciuilis & canonica hoc permittit. non eſt damnum illicitũ, ne inde iniuriarũ naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur.l.meminerint. C.vnde vi, & c. qualiter & quando. el primo, extrà de accuſation . & facit lex ſecunda. C. de indicta viduitate tollenda. & quia quod fit lege permittente,pœnã nõ meretur. leg. Gracchus.C.de adulterijs.facit,

54 *Nemo dicitur damnum facere,niſi cùm

id facit, quod ius facere non habet:
vt l.nemo damnum. quæ est in pen.
char.ff.de regulis iur.sed si adessent
vel concurrerent aliquæ de prædi-
ctis præsumptionibus,& maximè il-
la, videlicet quando constat, quòd
venditor non erat aliter vēditurus,
nisi cum dicto pacto de retrouendē
do ad tempus completū, vel in per-
petuum:quo casu est præsumptio si-
mulationis,vt dixi in prima præsum
ptione. & tunc procedit dicta quæ-
stio,quæ sit maior præsumptio simu
lationis seu fraudis, an facere pactū
de retrouendendo ad tempus com-
pletum,an ad in perpetuum. Circa
quod ego sic distinguo: Aut quæri-
mus quo ad præsumendum contra
primum venditorē,& tunc teneo, ꝙ
sit maior præsumptio simulationis,
facere pactum de retrouendendo in
perpetuum,quàm ad tempus cōple-
tum:quia videtur,quod hoc casu nul
lo modo voluerit perfectè vendere,
sed potius pignorare: ex quo voluit
esse perpetuò in libertate redimen-
di. Si enim esset pactum appositum
de retrouendendo vsque ad certum
tempus completum, videtur saltem
post illud tempus,quo habuerit ani
mum in totum alienandi & abdican
di rem à se,in casu,quo rem venditā
infra dictum tempus retroēmere nō
posset. Aut quærimus quoad præsu-
mēdum contra ipsum emptorē, qui
fecit pactum de retrouendendo: &
tunc aut venditor voluit nominādo
pactum de retrouendendo in perpe
tuum: quia non erat aliter venditu-
rus,& tūc nulla videtur esse præsum-
ptio contra emptorem:quia est cre-
dendum,ꝙ non libenter faceret di-
ctum pactum,& quòd potius voluis-
set, ꝙ dictū pactum esset ad tempus
completū, cùm istud sit emptori fa-
uorabiliꝰ,ne res ipsa empta stet sem
55 per in suspenso. *Quia in dubio
quis præsumitur velle, quod est sibi
fauorabiliꝰ: vt probatur in l.iij.si mi
les.ff.de testa.mili. Nam sine dubio
melius est, & vtilius & fauorabilius
emptori, quòd ipse faciat venditori
pactum de retrouendendo ad tēpus
completū,quàm in perpetuum:quia
si facit ad tempus completum, possi
bile erit,ꝙ intra dictum tempus nō
redimet. & sic res vēdita remanebit
pleno iure apud emptorē,quādo nō
fuisset liuellata,vel remanebit apud
venditorē, quādo fuit sibi liuellata,
perpetuo liuellario: quod erit pro-
pter hoc sine dubio vtilis emptori,
Item erit vtilius alia de causa: quia
si vellet vendere ius, quod habet in
dicta re per ipsum empta, melius &
citius vēderetur, qn̄ esset appositum
in perpetuū:imò multi & quamplu-
rimi in ciuitate Veronę cauent se ab
huiusmodi emptionibꝰ & possessio
nū & liuellariorū, quando liuellarij
habēt pactū de retrouendēdo in per
petuū,vt notissimum est in ciuitate
Veronæ.Et dixi s.in iij. præsumptio
ne,ver.alij tamen dicūt.Et ideo hoc
casu ex parte emptoris,qui facit pa-
ctū de retrouendendo in perpetuū,
nō præsumitur fraus,imò potius per
eum fit gratia venditori;quia melius
esset emptori hoc non facere.aut vē
ditor nolebat indistinctè pactū sibi
fieri de retrouendēdo in perpetuū,
sed rogauit emptorē, vt faceret sibi
pactum de retrouendendo in perpe
tuum,quod saltem volebat ad certū
tempus completū.Et tunc si fiat pa-
ctum in perpetuum, idem quod in

casu pcedenti, scilicet quòd nō pręsumatur fraus vel simulatio ex parte emptoris, imò gratia & liberalitas. nec etiā hoc casu p̄sumitur fraus uel simulatio ex parte vēditoris, ex quo ponūt in libertate emptoris, quòd faceret sibi pactū in perpetuum vel ad tēpus, & sic intendebat in effectu vēdere, & quòd uēditio nō staret in suspenso saltē post illud certū temp⁹. quod est no. Ad qđ vide quod dicā ī iiij. & v. casu principali. Aut vēditor nō petijt nisi pactū de retrouēdēdo ad tps vel alternatiuè, videlicet in ppetuū, vl ad tps, nō finiēdo magis de vno quàm de alio, & tūc aut emptor volēs ampliare, & facere gratiā vēditori etiam non petēti, quia fortè erat amicus suus, & intelligebat quòd libētius vellet habere pactū in perpe
a tuum de retrouēdendo: & tunc dicendum est, ut statim dixi, quòd nulla mala p̄sumptio ex parte vtriusq;, scilicet emptoris & vēditoris, est cōiecturāda. Aut emptor facit pactū de retrouendendo in perpetuū ipsi vēditori nō petēti, neq; hoc cōsiderauti, neq; propter aliquā amicitiā, & qa ita emptor voluit, qa fortè dixit, ꝙ omnino volebat, quòd haberet pactum de retrouendendo in perpetuum, & non ad tēpus completū, ꝙ tamen eueniet rarò. & tamē hoc casu, cùm hoc pactum in perpetuum iudicetur potius emptori damnosum, quàm illud quod est ad tempus, vt s. dixi. & si fecerit hoc emptor spōte, & nō ad gratiā vēditoris, iudicarem malè esse præsumendum contra emptorem. Et ex hoc pręsumi posset, ꝙ nō habuit animū liberū, ꝙ esset emptio, sed potius pignus, & sic simulatio: qa si voluisset emere, potius voluisset facere pactū de retrouendendo ad tēpus, quàm in perpetuū, cum
56 sibi hoc esset vtilius.* Ex his concludo ad q. prædictā, quòd melius & tutius est, quo ad forū cōsciētiæ in dubio facere pactū de retrouēdēdo ad tēpus cōpletum quàm in perpetuū. Et modò relatū est, quòd sanct⁹ Bernardinus sup hoc consulēs respōdit, ꝙ tuti⁹ esset, ꝙ nō fieret pactū de retrouendēdo, nisi vsq; ad vij. annos, quod ego audiui & intellexi quantæ autoritatis ipse fuerit ī his q̄ sunt de foro cōsciētiæ, maximè in tota Italia, quā suis sacris prædicationibus illuminauit, & ī multis reduxit. Cogita, quia ratio potuit mouere eum ad taxandū dictū tempus vij. annorū in pacto de retrouendēdo. & licet taxatio temporis sit arbitraria, ita ꝙ non possit in ea reddi vera & præcisa ratio, vt est glo. in ver. quadragesimū. in cle. nolentes. de hære. & gl. in verbo, quatuor. in c. ij. de rescrip. li. vj. & gl. in l. j. §. pueritiam. in ver. ratus. ff. de post. & gl. in cap j. in verbo, possideat. q̄ incipit. istud est mirabile. in tit. si de inue. inter dominū & vasall. lis oria. in vsi feu. Et no. Bal. in cōclu
57 sionibus feudorum, ad fi.* Vbi dicit, ꝙ de taxationibus temporū nulla ratio reddi potest, nisi ꝙ ita placuit legislatori. Facit quod no. Io. An. in c. statutū. extrà, de rescrip. in nouella. Et facit quod habetur in c. non debet. de cōsan. & af. Tamē cōsideraui quòd ratio potuit esse, q̄ mouit eum ad taxandū ad vij. annos, & nō vltra decē: quia decē anni dicuntur longū tempus: vt probatur in rubro & nigro. C. de præscip. longi tēporis. x. & xx. annorū. Cū ergo etiā vēditor vellet post longū tps, posset retrò eme-

re rem vēditam, videtur esse maior præsumptio, ꝙ non habuerit animū verè vendēdi, quod est quādo tēpus nō est breue. nam si est breue, id est, non longum tēpus, apparet, ꝙ saltē post illud tēpus, si nō reemerit, quòd remanebit perfectè apud ipsum emptorē, per ea, quę statim s. dicta sunt.

Secunda ratio pōt esse: quia quando vult vēditor pactum de retroueēdendo vsq; ad x. annos vel vltrà, est præsumptio, ꝙ non habet animū retroēmendi quando poterit: quia cōmuniter est verisimile, quòd vsq; ad x. annos possit habere potestatem & facultatē retroēmēdi. & qui nō posset retroēmere vsq; ad x. annos, non est verisimile quòd possit etiā pòst. Nam qui non pōt c. aureos inuenire vsq; ad x. annos, rarò continget ꝙ etiā pòst inuenire possit, ex quo est longum tēpus. Est ergo pręsumptio, quando venditor vult pactum de retrouendēdo vsq; vel vltra x. annos, quòd non possit infra illos x. annos inuenire vel recuperare pecuniam; sed quia vult de illa pecunia agere facta sua, & quòd vult retinere pecuniam emptoris, donec sibi placuit. & hoc maximè verum est, quando venditor non fuisset ductus necessitate ad vendendū, sed pro volūtate: quia fortè volebat facere mercantiam de dicta pecuniā. Tertia ratio potest assignari etiam ad hoc, quare magis dixit de séptem annis, quàm de pluribus vel paucioribus. Nam communiter in septem annis contingit saltem vna vbertas seu fertilitas, & aliquando in quinque, vt communiter dicitur. cùm ergo venditor possit in vij. annis habere vnam fertilitatem: sequitur, quòd poterit verisimiliter infra illud tempus retroēmere. Et eadē ratione pōt dici, ꝙ satis sit emptori infra illud tempus, quādo locauit rem emptam ipsi vēditori, & vel satis sit ipsi venditori, qui conduxit rem per ipsum venditā: quia in dictis vij. annis habebit saltē vnam fertilitatē fundi venditi. & sic nō poterit dicere omnes reditus esse fertiles, ex quo, vt dixi, saltē in vij. annis contingit communiter vna fertilitas: quia sic non poterit esse grauatus in reditibus nō fertilibus, & sterilitas compensatur cum fertilitate, vt in simili dicitur in l. si vne. in prin. & ibi not. ff. loc. & in c. propter sterilitatem. extrà de loca. Tu cogita, si alia melior ratio de hoc adduci potest.

a Pactum de. *Pactū de retrouendendo factū à rustico, quē iuris ignorantia excusat, non est usurarium. Rapha. Fulgo. & Pet. de Sum. in l. cum allegas, C. de usuris.*

18 TERTIA[a] decima pręsumptio est, quando ab ipso initio partes egerunt, quòd quandocunque venditor restituet pecuniam perceptā, emptor teneatur restituere rem suam. Nam plus appropinquat simulationi, pactum de restituendo rem & pretium, quàm pactum quòd retrouendatur, cum hoc secundū præsupponat aliam venditionem præcessisse, sed primum non. nam non potes mihi retrouendere, si primo à me non emisti: sed restituere rem bene potes, secundùm domin. Paul. de Castr. in consi. suo cccxxv. quod incipit, In Christi nomine, amen. In causa mota per domi. Dorotheā. in iiij. col. vbi nihil allegat. Tu autem potes ad hoc allegare. nam cum dicta promissio de restituendo rem

suam & pretiū, sit contra naturā contractus emptionis & vēditionis, primò sequitur quòd inducere videtur præsumptionē simulationis, per glo. in l. si quis sub cōditione. cū ibi nota. ff. de condi. insti. & per ea, quæ dixi in viij. prȩsumptione. Et quòd sit præter & cōtra naturā cōtractus, patet: quia si vera fuisset prima venditio, dominiū rei venditæ fuisset in emptorē translatū, si vēditor erat dominus: vt i l. clauibus. ff. de cōtrahē. emp. & in l. emptionē. in prin. & ibi no. ff. de ac. emp. & interuenit traditio, vt l. traditionibus. C. de pact. vel aliud locō traditionis, vt cōstitutū, vt l. quod meo. in prin. ff. de acquir. pos. & l. ab emptione. in princ. ff. de pact. vel aliquid eorū, de quibus per glo. in l. iij. in princi. in verb. animo. ff. de acqui. pos. & si secūdus esset verus contractus retrouenditionis, primus emptor non dicitur rem ipsius vēditoris sibi restituere: sed diceretur vel teneretur tradere vel dare, vt d. l. emptorē. nā dominiū ipsius trāslatum fuit in primū venditorē, vt d. l. emptorē. in princi. vnde eam amplius restituere nō tenetur: sed potest illam vel aliam soluere, si retroēmerit rem per ipsum vēditā, vt habetur in præallegatis iuribus. Item potest dici, quòd dicta promissio de restituendo rem suam & pretium, est insolita: quia vbi partes volunt, quòd fiat retrouenditio, non solent apponi illa verba, sed verba tantùm pacti de retrouendendo, quæ sunt secundùm naturam contractus. Et ideo propter hoc causatur præsumptio suspitionis, vt probatur per ea, quæ dixi suprà in nona præsumptione. Illa tamē verba, quòd emptor teneatur restituere rem suam, possent intelligi, quòd aut verbū, Suā, referatur ad personā emptoris, quod in dubio est credendū, ex quo ista est promissio sua, & censetur per ipsum prolata, licet in tertia persona sint scripta, argumento eorū, quæ not. Bart. in l. ex facto. in prin. ff. ad Trebe. in l. cùm testamento. ff. de auro & argen. legat. & in l. si quis Titio. ff. de vsufru. accre. facit cap. primū, in verbo, nō sua. extrà, de sponsal. & quod not. Cyn. in l. quāuis. in fin. C. de fideicom. & secūdùm hoc nō repugnant naturæ dictorū contractuū emptionis & venditionis. Aut dictū verbum, Suā, refertur ad personam dicti venditoris, eiusdemque secundi emptoris. & tūc bene repugnare videtur naturæ emptionis & venditionis per prædicta, nisi exponam*, Suam, id est, sibi debitā per vigorē ipsius pacti, vt exponit gloss. in l j. in verbo, suum cōsequatur. ff. quod cū eo. & in l. cū duobus. §. idem respōdit socius qui cessantis. in verbo, suum cōsequi. ff. pro socio. vbi glo. exponit, id est, sibi debitū. Et alibi glo. exponit, Pecunia mea, id est, mihi debita, vt est glo. in l. si & me & Titium. ff. si cer. pet. & glo. in l. si pecuniam. C. de neg. gest. & facit glo. in l. sicuti. §. distant. in verbo, meū. ff.
59 si seruitus vendicetur. *Propriè tamen loquendo dicitur meum vel suum, quod vendicari potest, vt l. solùm. §. meum. ff. de rei vendi. & notat gloss. in d. l. j. ff. quod cū eo. Item potest etiam exponi verbū, Suam, etiam si propriè intelligatur, subaudiendo quondam, vt subaudit alibi gloss. exponendo text. in l. vti frui. in fine principij. ff. si vsusfructus pe-

tatur, in verbo, Vsufructuarius. & ibi glo. dicit, quondã. & de hoc est casus in gloss. in verbo, dominus. in l. cotem fer. §. eam rem. ff. de publica. & vide quod ibi notat Alber. de Rosa. & vide glo. in l. eius qui in prouincia. in verbo, defuncti. ff. si cert. pet. & vide quod ibi notat Bart qui dicit, quòd si in instrumẽto vel petitione dicitur filius Titij, q est mortuus, sustentatur: quia subauditur, quondam. & ita tenet Spe. in titu. de instru. edit. §. instrumentum. versic. quid si ita continetur. vbi alleg. alia iura. & Anto. de But. in c. ex parte B. in fi. penul. col. extrà, de foro comp. & Barto. in tractatu de alluuionib. super verbo, alueus. & nota. per aliquos in c. Rayn. extrà, de testamen. hæc sunt notanda pro intelligentia dictorum verborum & similium.

60 QVARTA decima præsumptio ad detegendum cõtractũ simulatum, vel vsurarium est, quãdo pacta apposita in contractibus claudicant: quia omnia facta fuissent apposita in fauorem creditoris, & nullum esset in fauorem debitoris. Nã si verus fuisset contractus, nõ est verisimile, quòd omnia pacta fuissent apposita in fauorem creditoris, quia nõ præsumitur debitor velle iactare suum. l. cùm de indebito. in prin. ff. de probation. Et ista fuit doctrina Host. in summa de vsuris. §. si. versi. ij. quæ est optima. & eam tenet dominus Gulie. de monte Lauduno, in Cle. ex grandi. de vsuris. vbi dicit, quod fraus præsumitur, quãdo pacta appõsita claudicãt: quia forte omnia sunt apposita in fauorem creditoris. & nihil aut parũ in fauorem debitoris, & ita cum sequitur ibi Franciscus Zabarella in §. cæterum. in iij. quæstione. Et idem notat & tenet Bal. in consilio suo in hac materia singulari, quod incipit, ad probandũ & ostendendũ contractum esse fictitium & simulatum in ordine meo. cccxxvij. in nono argumẽto. Ad quod adde, quod dixi in vndecima præsumptione. Et pro hoc facit l. si de meis. in princi. cum ibi not. per glo. & Doct. ff. de arbi. vbi dicitur & notatur, quòd cõtractus non debet claudicare.

61 QVINTA decima præsumptio simulationis percipi potest ex parte venditoris propter rẽ vẽditã. nam venditor dicit emptori, Ego indigeo c. aureis, si eos mihi des, vendam tibi vnum de fundis meis, quẽ ipse volueris, cũ pacto de retrouendendo. nã hoc casu est præsumptio, quòd venditor nõ habuit animum vẽdẽdi, & sic quòd vendere nõ voluerit, sed potius pignorare: quia si verè ac liberè vẽdere vellet, pro sua necessitate vel voluntate, non daret electionem emptori, vt acciperet in emptione, quam rem vel quẽ fundũ vellet de fundis suis. imò est præsumptio, quòd venderet deteriorem, & minus damnosam, & minus caram, sicut communiter contingit, & probatur in l. lex quæ tutores. C. de administr. tutor. & in l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum. quia nemo præsumitur iactare suum. d. l. cùm de indebito. de proba. in prin. Et idem est dicendum, quando venditor haberet multos fundos, & vẽderet meliorem, puta domum maiorum suorum, in qua fortè educatus est, & habitat, ad quam præsumitur habere affectionem, & quòd verisimiliter eam nõ esset venditurus, ex quo

quo habet alia bona, quæ vendi possunt: vt probatur in l. si in emptióe. ff. de mino. & in l. prima. §. sed si rem. ibi, quã habet patronus affectionem uel oportunitatis uel cœli, uel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti. ff. si quid in fraudem patroni. & in l. libertus, qui soluẽdo nõ erat. ibi, veluti si prædia. ff. de bon. liber. & in l. lex quæ tutores. ibi, nec verò domum uendere. C. de administratione tutorum. vel si venderet domum apothecæ suæ, sine qua cõmodè viuere non posset. ad quam præsumitur habere affectionẽ propter commoditatẽ suę artis. probatur in d. §. sed si rem. ibi, affectionem uel oportunitatis. & sic non præsumitur, quòd eam uenderet si haberet aliquid aliud, quod cũ minori damño & incommodo vendere posset. Et idem est dicendum in alijs similibus.

a Affectio. *Affectio cadit in re, quæ fuerit antecessorũ suorũ. l. si in emptione. & ibi glo. in uerbo, maiorũ. ff. de mino. l. cũ seruum. ff. manda. & Cyn. in l. quoties. C. de iud. & Pau. de Cas. cõs. xvj & probatur Regũ iij. c. xxj ubi Naboth noluit uẽdere uineã, quia fuerat patrũ suorum. & Alex. in l. iij. in fin. C. de leg.*

62 SEXTA decima præsumptio insurgit etiam ex persona venditoris propter pretium, quando scilicet emptor voluit soluere pretium iustum, vt puta centum: & venditor dixit, nolo recipere nisi quinquaginta vel sexaginta: quia eis tantùm egeo: nam tũc est præsumptio, quòd noluerit vendere, sed pignorare, secundùm dominum Paul. de Castro, præceptorem meum, in cõsilio suo cccxxviij. quod incipit, In Christi nomine, amẽ. Visa petitione prædicta. in secunda col. circa principium. Et idem, si dum venditor peteret octuaginta de suo fundo vendendo cum pacto de retrouendendo, emptor dixisset, si tu vis mihi vẽdere fundũ sine pacto de retrouẽdẽdo, dabo tibi centum. & venditor noluit, imò potius voluit vendere cum pacto de retro vendendo pro octuaginta, quàm liberè pro centum. nam tunc esset præsumptio, quòd non habuisset animum vendendi, sed potius pignorandi, secundùm eundem Paulum in eodem consilio. Et potest esse ratio, licet ipse non alleget, quia in dubio quis præsumitur velle vendere rem suam iusto pretio, & potius quod minoris sit pluris vẽdere: ut l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. loca. & in l. in causæ. §. penultimo. ff. de mino. & ideo quãdo quis sponte id quod pluris est, minoris vendit, & minus uult quàm sibi offeratur, est mala præsumptio: quia tũc videretur velle iactare suum ac perdere: vt l. si filiusfamilias. in principio. ff. de dona. quod non est præsumendum: ut in d. l. cùm de indebito. in principio. ff. de probationi. cum similibus. Ad quod optimè facit, quod dicam in sequenti præsumptione. Hic tamen consulendum est utrique, videlicet quòd res vẽdatur iusto pretio pro parte, saltẽ pro indiuiso, quæ tamẽ ualeat dictũ uerũ, & iustũ pretium. & hoc modo 6 tolleretur suspitio paruitatis pretij.

3 DECIMA septima præsumptio etiam oritur ex paruitate pretij, ex persona emptoris, videlicet quando est incongruitas pensionis,

& eius modicitas fundi locati ipsi venditori:nam hoc inducit præsumptionē vsurarum vel simulationis. Non enim est verisimile aliquē velle iactare suū,vt d.l. cū de indebito. in princi. & maximè fœneratorem cupidū & auarum, vt xlvij. distin. c. quoniam.& c.sicut hi.& xiiij.quæst. quarta. cap. quid dicam. Vnde cum de fundo locato longè maior pēsio & fictus haberi potuisset, quàm præstaretur per ipsum venditorem: sequitur, quòd fundus ipse, si reuera fuisset ipsius emptoris,ipsum nō locasset dicto fictu: sed quia reuera erat pignoratus, & ille fictus reuera erat vsura,quam emptor habere debebat, non curauit de maiori fictu, quàm esset vsura sibi debita,habito respectu ad pecuniā per ipsum emptorem solutam, secūdùm Bald. qui ita singu. notat in dicto consi. quod incipit,ad probandum & ostendendum contractū esse fictitium. in xj. articu. Ad quod facit quod dictū est in præcedenti præsumptione.Et prædictis adde, quæ dixi in tertia præsumptione,versi. quinto modo. Eadem etiam presumptio esset,quādo quis emisset fundum minori pretio quàm valeret, puta centū, cùm centum valeret & quinquaginta : & facit venditori emptor pactū de retro uendendo pro eodem pretio centum. Nam si alij vendere voluisset, nō vēdidisset pro centū & quinquaginta : ergo præsumptiò est, quòd verè nō emerit,per prędicta: & maximè hoc verū est,quādo iure liuelli nō locasset ipsum vēditori : sed si liuellasset, tūc esset minor suspitio, vel præsumptio in pacto de retronēdendo:ex quo per liuellationē illud quod plus valet fundus venditus, efficitur melioramentū liuellarij : iuxta no. in l.fi.C. de iure emphy. sed suspitio remanet ipsa in liuellatiōe, quæ fit minori pretio quàm alteri fieret,vt s.dictum est.ad qđ adde qđ dixi in quarta pręsumptione. ver. de secundo modo læsionis.

64 DECIMA octaua præsumptio etiam cōsiderari & percipi potest ex parte ipsius emptoris, propter rem emptā,quā nō curauit velle videre, nec de ea informationē suscipere,dūmodò venditor eā conduceret iure liuelli cum pacto de retrouendendo,sicuti fit per multos emptores in ciuitate Veronæ. Si enim emptor haberet animū emendi,vellet prius videre rem, quā esset empturus,vel de ea informationē habere,si valet iustū pretiū, qđ soluit: quia nemo præsumitur iactare suū. dicta l. cùm de indebito. cum similibus. Ex hoc ergo quòd non vidit rem venditā,nec de ea informationē habere curauit,præsumptio est,quod non habuerit animū emendi, sed solum habuerit animum,fictum de sua pecunia percipiendi,secundùm quantitatem ipsius pecuniæ suæ solutæ: & non secundū conditionem rei vēditæ,& fructuum exinde percipiendorum,quod esse non debet,vt dixi suprà in tertia præsumptione.

65 DECIMA nona præsumptio colligitur etiam ex persona emptoris, scilicet quòd emere noluerit, quando ipse propria prædia venderet, & huiusmodi contractus faceret:quia nō est verisimile, quòd intendat aliena emere, qui propria non inutiliora vendit,cum hæc sint contraria: & nemo præsumitur velle in

le incontinēti cōtraria agere l.nō ad te ea.ff.de cōdi.& demō.cū simi

66 VIGESIMA *prę̨sumptio est, quæ plurimum fraudis & simulationis inducit,quando dicti cōtractus venditionis & locationis cū pacto de retrouendēdo celebrati sunt clàm,& occultè,& non palàm:vt est tex.in Cle.ex grandi.ver.cæterū verbo occultè.de vsuris.& ibi per Doc. & probatur in l.fi.ff.de ritu nup.& in l.nō existimo.ff.de admi.tu.& l.ab Anastasio.ibi,hoc nō occultè.& ibi, si quis autem occultè.C.mandati,& ibi per Doctores.& in l.data.ibi, si quidem clandestinis & domesticis fraudibus.C.de dona.& per text.in cap.vt nostrum.§.porro.& ibi glos. in verbo,occultè:extrà,vt ecclesiastica beneficia.& no.per Bart.in l.post contractum.ver.quartus casus.& ibi per Doc.ff.de do.& per Cyn.& Bal. in l.secunda.C.de repu.hære.& per Specula.in titu.de cessione actio.§. j.versicu.tertium,si facta sit cessio.& per Salyc.in l.si quis post hac.in princi.v.colum.C.de bonis proscrip.Ad quod vide,quod notat domi.Pau.de Cast.l.prima.C.de fur.Et pro hac prę̨sumptione facit illud vulgare,& testimonium veritatis,Qui malè agit, odit lucem:vt est tex.cū glo.in cap. consuluit.extrà de offic. delega.& xviij.q.secunda,periculosum.& tex. cum glo.in verbo,occulte.in l.donatio.C.de dona.& suspitio est contra instrumētum,si occultè est rogatum,secundùm Innocen.in ca.j.ex-

67 trà de fide instrumen. *Vnde præsumitur contra illum,qui occultè cōfert beneficium,extrà,vt ecclesiastica beneficia.cap.vt nostrum.& facit totus titu.extrà de clandesti.despon sat.& id quod dicitur,deus opera tenebrarū odit:vt capit.cū ex iniūcto. in princi.extrà de hære.Sed qui palàm facit,licet non bene faciat,in dubio cùm quilibet presumatur bon*. vt cap.j.extrà de scrutinio.& cap.fin. extrà de præsum.cum simi.eùm potius præsumatur error quàm dolus, vel fraus,vt probatur in d.l.fi.ff.de ritu.nup.Et prædicta sunt vera, nisi probaretur,quòd ex aliqua alia causa quàm simulationis prædicti contractus clàm, non palàm celebrati sunt:quia in incertis nō certis locus est coniecturæ.l. continuus.§.cùm ita.de verb.ob.Prædictis adde,quòd si instrumentum diu steterit occultum,præsumitur esse simulatum.Ita dicit Bald. notabiliter in l.fraus.ff. de legibus.Allegat ad hoc Iacobum de Aret.ita hoc tenentem in l.filiæ. ff.solu.matri.quod no.

68 VIGESIMA *prima præsumptio est,quando in loco vbi agitur,& in quo celebratus est contractus,de quo quæritur,consueuit fraus & simulatio in similibus contractibus adhiberi.nam in dubio prę̨sumitur id esse actum,quod in illo loco fieri consuetum est,per text.in l.quòd si nolit.§.quia assidua.& per id quod ibi plenè notaui.ff.de ædi. edic.& per l.si prius.§.j.ff.de aqua plu.ar.& per l.generaliter.ad fin.C. de fideiuss.cum si.Et quod hoc sit verum,tenet expressè Guil. de monte Landuno,in Clem.ex grandi.post

69 medium,de vsuris.* Vbi dicit,quòd si quis moratur in loco vbi cōsueuerunt exerceri vsuræ,præsumitur vsurarius.allc.xcviij.d.stinc.Afros.& ibi est glo.quæ etiam dicit per illum tex.quòd etiam ratione prouinciæ

præſumitur contra aliquē, al. le. xxiij. diſtin. quando. & dictū §. quia aſsidua. & vide quod ibi dixi: & quod etiam dictum eſt in libello meo, de Imperatore militū eligendo, vbi de natione ſcribitur. Et hoc etiā tenet Hoſti. in ſum. de contr. emp. §. j. ver. a illud autē nō. ibi, cōſuetudo etiā vſurarij, & terræ, in hoc maximè attēdēda eſt, ſcilicet qñ multi vſurarij ſunt in terra, & ſic omnes contrahere cōſueuerunt.

70 VIGESIMA *ſecunda præſumptio eſt, ſi emptor, vel etiā venditor eſſet cōſuetus ſimiles cōtract* facere. Nā præſumitur cōtra aliquē ex eo qui ita facere cōſueuit, vt l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & l. qui ſemiſſes. §. j. ff. de vſu. & l. vel vniuerſorū. ff. de pign. actio. & ff. ad Maced. l. itē. aliàs incipit, Iulian*. §. qđ dicitur. cū ſi. & no. gl. & ibi Doc. in l. cùm allegas. C. de vſuris. & in l. Iulianus. §. idem Papi. ff. de action. emp. facit cap. ſemel malus. extrà de 63 reg. iu. in vj. & valet arg. à cōiter ſolitis vel cōtingentibus, & ſic ab his, quæ fieri cōiter cōſueuerūt: vt no. gl. in l. j. C. de arbi. & ibi per Doc. & gl. verbo, ꝓbabilius. ca. cum Mar. extrà 71 de celebra. miſſarum. *Et quis dicitur cōſuetus aliquid facere, quādo fecuiſſet bis vel ter: vt habetur p glo. & Doc. in l. iij. ī fi. C. de epiſ. audi. & eſt glo. in aut. de teſtib. §. quia verò multi. in verbo, ſæpe. col. vij. Et ideo quidam religioſi dicūt, & dāt cōſilium, quòd quis non faciat iſtos contractus, niſi bis aut ter: qa ſi quis pluries faceret, induceret mala ſuſpitio ſeu præſumptio cōtra eū, quod ꝓfectò tutius eſt, ſed tutiſsimū eſſet nullos vnquā facere, vt in fine huius operis dicetur. & potiſsimè hæc pſumptio procedit, qñ iſti cōtractus fuiſſent celebrati per proxenetā tātū, & nō per ipſos cōtrahētes. Nā vſurarij nūquā ipſi ſuos cōtractus per ſe celebrant, ſed per mediatores ſiue proxenetas ſuos, ſecūdū Gui. de mōte Laudu. in Cle. ex graui. circa mediū. de vſur. s. & ibi hec dicit etiam Frā. Zaba. §. cæterū. iij. q. ſequēdo do. Guil. vt dicā etiā in ſequenti præſumptione. & idem eſſet, quando partes ipſæ per ſe cōtraxiſſēt mediāte aliquo proxeneta, q ſit ſolitus cōtrahētes inducere ad celebrādos ſimiles cōtractus ſuſpectos, & vſurarios per p̄dicta. Nā ſæpiſsime huiuſmodi cōtractus illiciti cōtrahuntur ex culpa ꝓxenetarū, qui omnia velamenta excogitāt, & partes inducunt ad illicitos cōtractus celebrandos. Et ideo tu mercator vel cōtracturus caueas à dictis proxenetis tanquā à veneno peſtifero: quia ob modicū lucrū, quod cōſequi ſperāt ex cōtractu per partes celebrādo, quæ ſūt ſemper vnius contrahentiū, & quādoq; vtriuſq; animam perdere, & alterius bona cōſumere. Et idē, quando notarius, qui confecit inſtrumentū, eſſet ſolitus ſcribere inſtrumenta de cōtractibus vſurarijs vel ſimulatis, vel aliter ſuſpectis, & fraudulolis, eadē ratione. & ꝓ hoc gl. in prin. in l. iubemus. C. de proc. & pro omnibus prædictis adducitur 72 ratio. *Nam qualitas facti, ex perſona facientis præſumitur, vt 23. q. iiij. abſit. & xxiij. q. iiij. ca vindicta. & ita no. gl. no. v. q. v. nos omnes. in verbo flagello. & ad idē allego no. xxxvij. diſt. ſi quis grammaticam. quæ dicit, præſumi eo ipſo bonum, quòd ab aliquo bono fuit factum. Ita dicamus econ 73

ecõtrà præsumi malum, si est ab aliquo malo factũ. & ꝓpterea cauendũ est ab huiusmodi proxenetis, & rebellionibus. addc tamen ad hãc præsumptionẽ, quod in sequenti dicet.

a Proxene. *Proxeneta illiciti contractus priuatur honore et dignitate. xij. q. ij. non licet. si est laicus, debet excõmunicari. & si est clericus, debet depo ni. j. q. j. si quis episcopus in fi. uide Lu. Pota. in sing. ucr. proxeneta illicitorũ.*

35 *Quando verò vnica pœna est incerta, & indeterminata à lege, vel statuto, & hoc casu semp est electio iudicis: & talis pœna dicitur arbitraria: & sic statur arbitrio iudicis: vt est text. qui ita debet intelligi in l. j. §. expilatores. ff. de effracto. ibi, quib* nulla specialis pœna. & est text. in l. hodie. ff. de pœnis. q̃ sic dicit, hodie licet ei qui extraordinẽ de crimine cognoscit, quã vult sententiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorẽ: ita tamen, vt in vtroque moderationẽ nõ
36 excedat. *Circa hoc tamen, quando pœna est in arbitrio iudicis non determinata à lege. & sic vbi pœnæ sunt arbitrariæ, dic quod debet intelligi, quòd iudices, qui arbitrantur, secundùm mentem legis, siue iuris, & arbitrij intellectus, seu rationis. ita no. dicit Bald. in c. §. iudices. in princi. tertia colum. ver. no. quòd arbitria. in titulo, de pac. iura. fir. Vel secundũ cõsuetudinem: vt nota. gl. in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his qui nota. infa. & vide ad hoc glo. in d. l. hodie. & glo. in l. respiciẽdum. in princi. ff. de pœnis. & in l. athletas. in §. calumniator. in versic. ex vtraque parte. ff. de his qui not. infa. & vide Gandi. de maleficijs, in rubrica, vtrum pœna possit augeri,
37 vel minui. versiculo fina. *Item non debet in arbitrijs iudex sequi rigorem scriptum, imò potest etiam sequi æquitatem non scriptam, vt est casus in auten. de detenso. ciui. in §. iusiurãdum secundum vnum intellectum. & sic ibi est casus, in quo æquitas nõ scripta, præfertur iuris rigori scripto, secundùm dominum Antonium de Butri. in c. j. in sexta colum. in ver. oppo. quòd nec iudex possit iudicare. extrà de
38 cõstitu. *Item in arbitris, iudex debet

bet inclinare in mitiorē partem, vt extrà de officio delega.c.de causis. nō tamen debet esse nimiū gratiosus: vt de re iudicata.c.cū æterni.lib. vj.& ibi Ioannes And.in nouel.ita dicit Bal.in d.l.quicūque.infrà eodem. quem sequitur Angel.de Are.in suo tractatu maleficiorum.in verbo, amputetur sibi manus dextra.in pen.columm.& idem notat Bald.in l j.in fine. ff.de his qui sunt sui vel alie. iuris.

39 *Item quando loco ordinariæ pœnę, relinquitur pœna ad arbitriū iudicantis, iudex potest arbitrari vsq; ad quantitatem pœnæ ordinariç, cuius loco arbitraria est subrogata, sed non potest illam imponere: ita dicit no. Anto. de Butr. in c.inquisitionis. in fine princip.extrà de accusation. per glo.no.quæ est ibi in verbo, ali-

40 qui. *Item dicit hic Ange.singulariter per glossam finalem hic, in principio, quòd si potestas habet arbitriū puniēdi fures in plus & minus, quàm statutū dicat, debet intelligi in plus. & sic, quod sit eadem species pluris, aliàs nō esset plus, imò omnino diuersa, quia differunt in nomine, substantia, & in natura. ff.de euictio.l. scapham. & ff.de auro & argento lega.l.penultima. Et ideo si pœna ordinaria est pecuniaria, non transibit ad corporalem: quia hic non se haberet per modum pluris, sed per modum maioritatis: vt l. in seruorum. ff.de pœnis.facit. ff. de in litem iuran.l.cùm furti.cum similibus ibi allegatis in gl.& hoc etiam videtur tenere Bald.in l. conuenticula. in quinta col.C.de episcopis & cle-

41 ricis. *Vbi dicit singulariter, quòd si statutum dicit, quòd si aliquis puniatur pœna pedis, vel alia, intelligitur de simili: vnde nō intelligitur de pecuniaria pœna: quia non conuenit pœnę: nec dicitur de amputatione capitis, quia longè remota est à mutilatione membri. quod est valde notabile, pro multis statutis tertij libri statutorum cōmunis Veronæ, in qbus imponitur certa & specialis pœna pro delicto aliquo, & posteà dicitur, & plus & minus arbitrio dictę potestatis, & totius curiæ, vel maioris partis eius: quia si illa pœna specialiter nominata est pecuniaria, nō potest transiri ad corporalem. Secus si nō esset corporalis, quia tunc bene posset augeri in corpus, per dictam

42 doctrinam Ange. *Itē adde, quòd dicta verba statuti, & plus & minus arbitrio dictæ potestatis, &c. intelliguntur non de maxima quantitate, sed vigore dictorum verborū, plus & minus, intelligitur de modico: vt l. hæc adiectio. ff.de verborum significatio.& in d.l.cùm fur.& ibi nota.per Docto.ff.de in litem iurā. & est tex.in l.cùm filius. §.pater.ff. de legatis secundo.& vide bonum tex.in l. Publia. §.fin.ibi, plus nō minus.ff.depositi.& intelliguntur illa verba, plus vel minus, arbitrio boni viri, vt est tex.& ibi Doctores.in d.l.

43 cùm filius. §.pater. *Et ideo cùm dicatur in statuto Veronēsi, arbitrio dictæ potestatis: intelligitur arbitrio boni iudicis: vt ibi.facit l.continuus. §.cùm ita.ff.de verborum obligation.quod arbitrium boni viri debet in hoc esse, vt non transeat pœna pecuniaria, ad corporalem: vt dixi secundùm Angelum. Item non transeat ad magnam quantitatem, vltra pœnam à statuto specificè expressam, & maximè vltra tantūdem. Exemptū

44 emplū. *Dicit statutū, quòd si qs dederit alicui alapam, cōdēnetur in quinquaginta libris denariorum, & plus & minus arbitrio dictæ potesta tis, &c. nō debebit arbitrari vltra cē tum libras, quia nō debet esse plus il lud, quod vltrà arbitratur, quàm sit illud, quod specialiter est inductum, pro pœna & statuto. ꝑ hoc vide om nino quod no. Cardi. Zabar. in c. nō nulli. in princi. in xx. quęstione, extrà de rescriptis. & nō omittas, & hic addas. pro hoc facit optimè l. sancimus. in princ. C. de fideiusso. & quod no. Bal. in consilio suo, quod incipit, In Christi nomine amē. Nobilis vir Henricus de Aduocatis. in prin. vlti
45 ma columna. *Vbi dicit, quādo est factum compromissum cum potesta te prorogandi, quòd mensura temporis prolongati, nō potest esse maior, quàm mensura temporis princi palis: allegat dictam l. sancimus. & au ten. qui semel. C. quomodo & quan do iudex. quod est multū nota. pro prorogatione compromissi, & etiā pro dicto arbitrio statuti, & est singu
46 lare, & menti tenendum. *Item est magna dubitatio, an quando statutum dat arbitrium iudici, non specificando aliquam pœnam, vsque ad quam pœnam possit transire. dic ꝙ potest imponere pœnam pecuniariam fisco applicandam, & etiam pœ nam capitis, & sic pœnam mortis: vt tenet gloss. quæ allegatur pro singulari. Institut. de iniurijs. §. in summa. in versicu. extraordinaria pœna. Sed aliqui Doctores allegant aliam glo. pro simili, in l. penultima. C. si aduersus libertatem. in glo. fin. quæ dicit in persona, vel arbitrio iudicis. tu autē allega aliā similem gl. in l. sa crilegij. in prin. in verbo, considerādum. ff. ad legem Iuliam pecu. posset tamen dici, quòd dictæ glossæ sentiunt cōtrà: dum dicit gl. in d. l. penul tima. in persona, vel arbitrio iudicis. & glo. in d. l. sacr. legij. ibi, capitis, vel extraordinaria pœna imponitur. Nā dum dicit extraordinaria, intelligitur, id est arbitraria, vt habetur in to to titulo. ff. de extraordinarijs crimi nibus: facit text. in l. cùm filiusfa. via ticum. ff. si certum petatur. & inter il la verba, & pœnam capitis, ponitur
47 dictio vel, *quę solet poni inter diuersa, vt l. hęc verba, ille, aut ille. ff. de verbo. signi. ergo videtur inferre, ꝙ in pœna extraordinaria & arbi traria, nō comprehenditur pœna capitalis in persona Sed an illa gl. in dicto §. in summa. sit vera, dic quòd etiam sequitur Bal. simpliciter in l. j. C. de his qui latrones occult. & idē etiam sequitur in c. j. in §. iniuria. in principio, in titulo, de pac. iuramen.
48 fir. *Vbi dicit, quòd pœnæ arbitrariæ extenduntur vsque ad mortem inclusiuè, propter excessum facinoris, per illam glossam ordinariam. Et idem etiam tenet ipse Bald. in l. fina. ff. de rerum diuisione. vbi dicit, per illam glossam, quòd arbitrium datum à lege in maleficijs, etiam ad mortem se extendit, si sit factum nimis graue. idem Bal. etiam sequitur illam gloss. in c. j. in principio, in v. columna, versi. sed hic quæro, an ratione generalis arbitrij. in titulo, de pace tenenda. vbi dicit, quòd ratione generalis arbitrij, potest fieri cōdemnatio vsque ad mortem, per dictam glossam singul. Institu. de iniurijs. §. . pœna. debuit allegare §. in summa, Et hanc gloss. etiam tenuit domi-

dominus Nicol.de Neap.in l.fi.in fi. ff. vbi pupillus educari debeat. vbi dicit, quod pœna extraordinaria potest esse vsq; ad pœnã capitis.allegat dictam glossam in §.in summa. quam (dicit) teneas cordi. & dominus Angelus de Aretio, in suo tractatu malefic.in fine, penultima colũna, transit cũ illa glo.& Matthe.de Math. in suis no.in xl.no. tenet etiã illã glossam, dicendo, quod vbi pro aliquo delicto imponitur pœna arbitraria, põt imponi pœna vsq; ad mortẽ inclusiuẽ, per illã glo.in §.in summa. dicit tamen, quod iudex arbitratur, quòd si imponatur maior pœna, quàm fuerit solita imponi, nisi de consuetudine appareat, dicitur grauare & male facere, nisi hoc faciat ex causa. l. hodie.ff.de pœnis.& nota.in l. quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui nota.infam.& in l.pen. §.ad crimen. ff. de publicis iudic.Et eandẽ glo. §. in summa.tenet domin.Angel.de Are. institu de actio. §. omnes. in quarta colũna. Sed dominus Ioan.de Imol. in l.ij.ff. de publicis iudicijs.ĩ versi. quid autẽ si aliqua pœna. & Ang.de Aret. in suo tractatu maleficior. in glo. in verbo,& ibi caput à spatulis amputetur. in fi.sequens dominum

49 Ioan.dicunt, *quòd quandocunq; lex, vel statutũ dicit, quod pœna sit in arbitrio iudicis,& vsq; ad pœnã mortis,& tũc clarũ est, quod eius arbitrium potest se extẽdere ad pœnã mortis. vel l.sacrilegij. §.sunt quędã. & ibi casus.ff.de varijs & extraordi.crimini. Quandoq; lex vel statutũ dicit, pœnam esse arbitrio iudicis, dũmodò non se extendat ad pœnã mortis. & tũc clarũ, quod illã nõ poterit imponere.probatur apertè in l.j.ff.de furtis. & ĩ l.j. §.expilatores. de effractor. & l.j. §.fi.ff.de crimine stellio. Quandoq; lex vel statutũ simpliciter dicit, pœnã esse in arbitrio iudicis.tũc videtur, quod tanquàm bonus vir arbitrari debeat:argument.l.vir bonus. ff.iudi.sol.& nota.per gl.& Bartolũ, in l.si qua pœna.ff.de verbo.signi.& per glo.in c.super his.in verbo, arbitriũ.& in verbo, astringendo. extrà de accusat.& sic patet, quod secũdũ qualitatẽ facti, aliter,& aliter debeat arbitrari, argumen.eius quod habetur in c.sicut dignũ. extrà de homicidi. & d. §.sicut quędã.Florianus autem de Sancto Petro de Bononia, ĩ l.itẽ si obstetrix.ad fin. principij. ff. ad l. Aquiliã.tenet illã gloss.in §.in summa.institu.de iniurijs.limitando eã, vt habeat locũ in delictis cõsummatis, secus in non consummatis.quod est notandũ. Sed Bal.in rubrica suprà C.de pœna iudicis, qui malè iudicauit.videtur tenere contrariũ. & Antonius de But.in c.de caus. extrà de offici.delegati.& glo.& Doctor. in c.inquisitionis.in fi.principij, extrà de accusationibus. & habetur etiã de intellectu d.gl.in §.ĩ summa. per And.de Isern.in c.primo, in titulo, quæ sunt regalia, in vsibus feudorum. Itẽ pro hac opinione, quod nõ possit imponi pœna mortis, videtur probari: quia si pœna imponitur arbitrio iudicis, poterit arbitrari de temporali tantũ, nõ de perpetua:nisi aliud fuerit expressum:vt ff.de furibus balnearijs.l.prima, ibi, tẽporali. & ille casus nõ est alibi, secundũ Alber.de Rosa.ita dicit Franciſc. Zaba.in c.ex literis.in vj. oppositione, extrà de constitutio.& idẽ ipse not. in c.de causis. §.in illis.in j.& ij.not.

extra de offici. delega. Tu autem ex omnibus potes prædictos Doctor. ad concordiam reducere, sic distinguendo. 50 *Si quæritur in arbitrariis, quę pœna possit vel debeat imponi, distingue. aut pœna est certa & determinata in specie, & expresse à iure cōmuni. Aut per consuetudinē est certa, aut nullo modo est certa, vel determinata. Primo casu, quādo pœna est certa, & determinata in specie à iure cōmuni, & per formam statuti iudex habet arbitrium, & tūc aut simpliciter arbitrium procedendi, & determinādi, seu condemnandi super maleficijs, & tunc tale arbitrium succedit loco pœnæ ordinariæ: & sic vltra eam imò nec vltra eā imponere pōt. ita intelligitur glossa in c. inquisitionis. in fi. princip. extrà de accusat. & quod ibi nota. Anton. de Butr. & sic dicit, arbitriū debet restringi ad formā iuris cōmunis, vel municipalis. argument. l. creditor. §. Lucius. & ibi vide Alber. de Rosat. ff. mandati, & de pœnis. l. hodie. & habetur per Gandinū in suo tractatu de maleficijs. in tit. de quęstio. & tormentis. versicu. penultimo. & per Alberi. de Rosate, in suo opere statutorū, ī iij. parte, quęstiōe xxxiij. Et sic debet arbitrari secundū mentē legis, siue iuris, & arbitrij intellect⁹, seu rationis, secundū Baldū, in c. j. §. iudices. in princi. iij. colum. in titul. 51 de pac. iura. fir. *Nisi interueniret enormitas criminis, quia propter enormitatē criminis, licitū est leges transgredi, secundū Innoc. in c. j. extrà de constitut. & notat Bald. in authenti. sed nouo iure. j. eo ad fin. j. 52 colum. *Aut iudex habet arbitrium non simpliciter, sed generaliter in inquirendo, procedendo, torquendo, puniendo, banniendo, & condēnando: & generaliter purū, merū, & liberū arbitriū in maleficijs, & quasi, non obstante iure cōmuni vel statuto, & tūc tale arbitriū multùm operatur, tam in specificatis, quàm in clausula generali, per ea quę nota. ff. si quis cautio. l. sed & si quis. §. quęsitū. & ad hoc bene facit l. filiusiam. versicu. iam videamus. ff. de dona. secundū Alber. de Rosa. qui ita notat in d. opere statut. in iij. parte. quęstione xxxiij. & hoc casu, licet nō declaret, credo quòd iudex poterit arbitrari etiā vltra ius cōmune, & imponere pœnā etiā capitalē, id est mortis: per prędicta, vt aliquid operetur dictū arbitriū ita liberū, & generale. quod bene nota pro cxiiij. statuto statut. iij. lib. statutorū cōmunis Ve-53 ronæ. *Secundo casu, quādo pœna non est certa & determinata per ius commune vel statutum, sed per consuetudinē. & tunc dicas. idem quod dictū est proximè, quādo pœna est certa de iure cōmuni: quia in dubio nō debet excedere pœnā, quę de cōsuetudine solet apponi. vt est g. not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui nota. infam. & glo. in l. hodie. ff. de pœnis. & supra dixi: vbi allegaui etiā alia circa hoc, nisi haberet iudex liberū, & merū arbitrium &c. quia tūc posset excedere, per ea, quæ statim dixi. Itē nisi interueniret enormitas criminis, quia propter enormitatem criminis, licitū est leges transgredi, vt dixi secundùm In-54 noc. & Bald. *Tertio casu, quādo nullo modo pœna est certa, vel determinata à lege. Et tunc subdistinguo: Aut nulla pœna est limitata. & statu

statuto, vt quia statutum, vel lex dicit simpliciter, quòd sit in arbitrio iudicis, vel quòd iudex habeat arbitrium. Aut pœna est limitata cũ culpa plus vel minus arbitrio dicti iudicis. Si nullo modo pœna est limitata à lege vel statuto, & tunc aut lex vel statutum dicit, quòd possit punire vsque ad mortem, vel quòd nõ possit punire vsque ad mortem, & his duobus casibus non est dubium.
53 *quia vbi casus legis, ibi nulla dubitatio. l. ancillæ. C. de furtis. & ita nota. dominus Ioan. de Imol. in l. secunda. ff. de publicis iudicijs. Aut lex vel statutũ nihil exprimit, sed simpliciter committit arbitrio iudicis. & tunc aut delictũ non est consummatum, & non potest iudex vigore arbitrij condemnare vsque ad mortẽ inclusiuè. & ita intelligitur quod nota. Florian. in l. itẽ si obstetrix. in fin. principi. ff. ad l. Aquil. Aut delictum fuit consummatum, & tunc bene poterit imponere pœnam vsque ad mortem inclusiuè: & ita intelligatur d. gloss. singularis in d. §. in summa. institu. de iniurijs. & ita etiam intelligantur Doctores suprà allegat. qui tenent dict. gloss. Si verò pœna est limitata cum culpa plus vel minus, arbitrio dictę potestatis, vel iudicis, & tunc poterit imponi maior pœna vigore dicti arbitrij, quàm fuerit limitata à statuto, intelligendo in modica quantitate, arbitrio boni viri: ita tamen, quòd non possit excedere duplum, siue tantundem, & sic non poterit imponi pœna mortis. & ita intelligantur alij Doctores, qui tenent contra gloss. in d. §. in summa. Et hoc casu debent considerari verba statuti. Quia aut pœna b limitata est pecuniaria, & vigore dicti arbitrij, per dicta verba, plus, & minus, nõ poterit transire ad pœnam corporalem, & eã imponere, vt dixi secundùm Angelum hîc. aut pœna limitata est corporalis, videlicet, quòd aliquis puniatur pœna pedis, & tunc non poterit fieri transitus ad pœnam corporalem maiorem in alio membro, & sic multò magis non poterit imponi pœna capitis, vt dixi suprà, secundùm Baldum, in l. conuenticula in quinta columna. C. de episcopis & clericis. & ita etiã possunt intelligi Doctores, qui tenent, quòd in arbitrijs iudex nõ possit imponere pœnã mortis, contra glossa. in dict. §. in summa. institut. de iniurijs. quæ omnia tenementi pro intellectu glo. d. §. in summa. quia alibi non ita planè, & di-
55 stinctè examinata reperies. *Et de materia, quãdo pœna est arbitraria. vide in locis præallegatis. & adde quod nota. in l j. ff. de iur. om. iudi. vbi dicitur, officium iudicis latissimum est. Et si vis scire multos casus, in quibus iudex habet arbitriũ tam in faciendo, quàm in omittendo, vide in quodam tractatu dom. Galua. decretorum Doct. de Bono. qui incipit, Ad communem vtilitatem. v-
57 bi numerat trecentos casus. *Secũdo casu principali, quando duæ vel plures pœnæ alternatiuè sunt impositæ à lege, vel statuto tantùm, cuius sit electio pœnæ, an iudicis, an rei? Et in hoc concordando omnes opiniones, sic dicerem saluo meliori iudicio. argument. l. Claudius. in fi. ff. qui pot. in pigno. habe. distinguendo tres casus, Aut vtraque pœna alternatiua est pecuniaria, aut vtraq; est

est corporalis, aut vna est corpora-
lis,alia pecuniaria. Primo casu,quã-
do vtraq; pœna est pecuniaria, tunc
subdistingue secundũ Bar. Aut ver-
ba legis,vel statuti referuntur ad iu-
c dicem,& electio erit iudicis. Aut
referuntur ad reũ, & ita electio erit
rei.argumen.gl.in l.Lucio.ff.de leg.
ij. Nec obstat responsio Baldi in l.
quicunque.nota.dũ dicit,ꝙ illa glo.
loquitur in creditore fauorabili,hic
in odioso: quia si ibi fauor deberet
operari in omni casu, esset electio
creditoris,id est,legatarij: cùm ergo
ibi etiã sit aliquãdo electio debito-
ris,id est,hæredis:istud procedit nõ
propter odiũ,vel fauorem,sed pro-
pter verbũ,quod personæ adijcitur:
quia si verba referũtur ad vnũ,ad il-
lum spectat electio.& ita etiã debe-
mus dicere in casu nostro.Aut verba
legis,vel statuti ad neminẽ referũ-
tur,vt dicunt:pœna sit centũ ducato
rum, vel quinquaginta: & tũc in du
58 bio electio est rei, *quia in alterna
tiuis electio est dare debentis.l. ple-
runq;.in fi.ff.de iure dotiũ.& hoc vl
timũ tenent omnes. Nec refert, an
ista pœna applicetur parti,sicut etiã
pœna furti,an fisco. argumen. l. in-
terpretatione.ff.de pœnis, cũ simil.
59 *Secũdo casu,quãdo vtraq; pœna
alternatiua est corporalis,& hoc ca-
su teneo indistinctè,ꝙ electio sit iu
dicis: qa nõ memini me legisse te-
xtũ expressè dicẽtẽ,ĩ pœnis corpo-
ralibus alternatiuis sit electio ipsius
rei,sed solũ in pecuniarijs bene re-
perit̃ur,ꝙ in alternatiuis electio est
dare debentis: vt dicta leg. plerũq;.
in fi.ff.de iure dot. Sed bene repe-
rio text.cũ gl.vbi probatur in cõtra
riũ:scilicet in l.aut dãnum. §.proin-
de.ff.de pœnis. & ibi glossa in ver-
60 bo,permittens. *Vbi dicitur,ꝙ iu-
dex non potest dare electionem reo
eligendi sibi mortẽ,quã vult, & illũ
tex.ad hoc allegat pro singulari do.
Lud.de Roma.in cxxxj.singulari,qđ
incipit,quæro an iudex.vbi dicit, ꝙ
iudex non potest dare electionem
pœnæ morituro, licet Nero hoc fe-
cerit in Senecã,magistrum suũ: sed
illud speciale est in Imperatore: vt
ibi,sed aliud est in alijs iudicibus in
ferioribus.vnde si lex vult, ꝙ iudex
qui potest,& debet considerare de-
licti,& rei qualitatẽ,iuxta l. respici-
endum.in principio.l.aut facta.ff.de
pœnis.non potest dare electionem
reo.multò min* interpretabimur,ꝙ
lex sine facto iudicis voluerit reo da
re electionẽ pœnæ:quia ipse reus in
dubio semper eligeret minorẽ, seu
mitiorem pœnam.facit ad hoc l.pri-
ma. §.expilatores.ff.de effract. & ex
pil. Itẽ quis non est dominus mem-
brorum suorũ.l.liber homo. ff. ad l.
Aqui.sed si posset reus eligere pœ-
nam corporalẽ,esset dominus mem
61 brorũ suorũ, ergo &c. *Item pro
hoc,quia quis non potest fideiube-
re,nec etiam obligare se pro alio ad
pœnã corporalẽ: vt est tex.cũ gloss.
nota.in xxiij.quæstione v. cùm ho-
mo.& nota.Bart.in l. Iul.in fi. ff. qui
satisd. cog.& nota.per Cyn. in l.ad
cõmentariensem.C.de custod. reo-
rum,& nota.Baldus in titul.de pace
Constan.in xxvij.colum.& Ludo.de
Roma.in cxxvj.singulari.quod inci-
pit, Tusciis,ꝙ in causa criminali. Li-
cet in hoc consuetudo valeret, vt di
cit Bald.& Ludo.in locis prællega-
tis. Et de hoc, quòd in pœnis alter-
natiuis, non pecuniarijs, electio sit
iudi

iudicis, est gloss. singularis, in c. sicut Iudæi. in fi. super verbo, aut excommunicationis. extrà de Iudæis. secúdùm Francisc. Zaba. in c. inter cæteras. in vlti. colum. in prin. extrà de re
61 scriptis. * Vbi dicit, quod si in lege, vel statuto imponitur duplex pœna alternatiue, electio est ipsius iudicis, per tex. cum gl. fin. in c. sicut Iudæi. in fi. quam dicit esse singularem. Et isto modo intelligo istam l. scilicet quod electio sit iudicis, non rei: non propter hoc, quod verba referantur ad iudicem, vt dixit Bartol. in l. quicunque. infrà eodem. quia in hoc non bene videtur dixisse, sed quia pœna corporalis, cuius electio non potest esse rei, vt dixi. Et in hoc non teneo etiã Bal. quia dixit in dicta l. quicunq;. quod indistinctè in pœna corporali alternatiua electio est rei: quia hoc non probatur lege, vt supra dictum est. Nec est bona reprahẽsio sua, dum dixit, quòd distinctio inter pœnam pecuniariam & corporalẽ sibi nõ placet, cùm in pœnis corporalibus mitius sit agendũ, præsertim si persona nõ sit vilis. allegat etiã ad hoc l. si de interpretatione. ff. de pœnis. quia imò est bona distinctio inter pœnam pecuniariam, & corporalem, videlicet quòd potius in pecuniaria possit esse electio rei, & non in corporali. nã pœna corporalis solet apponi pro grauiori delicto, quàm pœna pecuniaria: quod patet, quia est maior.
63 * Pœna enim corporalis quãtum cũque minima, est maior regulariter quacunq; pœna pecuniaria. l. in seruorũ. in fi. ff. de pœnis. & vbi est maior pœna, ibi grauius est delictũ: vt no. glos. xxiiij. q. j. nõ afferamus: quod dicit, quod maiora delicta, maioribus pœnis, minora, minorib9 sunt puniẽda. alle. in aut. vt fratru filij. §. fi. côll. ix. sed sic est, quod vbi ĩponitur pœna pecuniaria, ibi sit minus delictũ, quàm vbi imponitur pœna corporalis, ergo mitius est agẽdum, vbi est pœna pecuniaria, & sic minus delictum, quàm vbi est pœna corporalis, & sic maius delictum: vt est text. in l. respiciẽdũ. in prin. ff. de pœnis. Et propter hoc faciliùs cõceditur, quod in pœnis alternatiuis pecuniarijs sit electio rei. quàm in pœnis corporalibus: & per hoc etiã patet, quod non est bona distinctio, quam facit Bart. in hoc casu: videlicet, aut verba legis, vel statuti referuntur ad iudicem, aut ad partẽ, siue reum, per glo. in dicta leg. Lucio. ff. de leg. ij. quia illa loquitur in debitore, & creditore pecuniæ, vel alterius rei. nos verò loquimur in debitore sui corporis, cuius ipse reus nõ est dominus, nec in ipso potestatem habet, vt patet per prædicta. Nec obstat gl. in l. si minor. §. si seruus. ff. de mino. quæ dicit, quod si seruus verberibus, vel noxæ dari debet, quod electio est ipsius domini: quia illa gl. nõ loquitur de electione iudicis, vel rei. sed de electione domini, scilicet rei vel minoris læsi, & sic nõ facit. Prætereà ibi, licet loquat' de pœna corporali serui, ea tamẽ reputat' pecuniaria respectu interesse domini. facit quod no. Bar. in l. j. §. generaliter. ff. de pœnis. Et eodẽ modo nõ obstat l. si. & quod ibi no. ff. de in ius vo. quia ibi loquitur de electione pœnæ ĩter debitorẽ & creditorẽ: nos verò loquimur de electione pœnę inter iudicẽ
64 & reũ. * Tertiò casu, in pœnis alternatiuis, quãdo vna pœna est corporalis, alia pecuniaria, cui9 sit electio.

breuiter concludo, quod semper sit electio iudicis, & non partis, siue rei, per ea, quæ statim dixi: quando vtraque pœna est corporalis, quia rationes, quæ ibi dicuntur, & hic concludũt. Nec prædictis obstat gl. in dicta leg. quod si minor. §. si seruus. ff. de minor. & l. fin. cũ ibi no. ff. de in ius vo. quia dic, vt statim dixi. Et ista materia, scilicet in pœnis alternatiuis, cuius sit electio, an iudicis, an rei, vide hic Cy. & Bart. & Bal. ad fin. vide Baldum, & Doctores. in l. quicunque. infrà eodem. & Bart. in l. j. §. expilatores. ff. de effract. & per Ioan. de Imo. in l. ij. ff. de pub. iudi. & plenè per Angelum de Aret. in suo tractatu maleficiorum, in verbo, quod amputetur sibi manus dextra. & vide Francis. Zaba. in c. inter cæteras. in vltima colũ. in prin. extrà de rescrip. & in c. sicut dignum. de homicid. & per Alberi. de Rosa. in l. vj. ff. de eo quod certo loc. Quæro sextò, quia hic dicitur ĩ text. si fugitiui serui deprehendantur ad Barbaricos transeuntes. & gl. prima dicit, deprehendantur: scilicet in itinere, secus si ad hostes peruenerint: & sic facit differentiam, an fugitiuus deprehendatur in itinere, in actu fugæ: an post cõpletã fugam. *Quid si 65 ex forma statuti imponit pœna portantibus bladum, vel farinam, vel aliquid aliud extra districtum, & inuẽti sunt aliqui portãtes, & capti sunt, antequàm sint extra districtũ, an debeãt puniri pœna statuti. Et videtur quod sic, per istum textum coniũcta gl. j. in prin. & per l. quis sit fugitiu⁹. §. idem Celsus ait. el j. ff. de ædil. edict. & vide, quod ibi scripsi de hoc. & per l. si quis non dicam rapere. C. de episcopis & clericis. vbi punitur affectus, licet non sequatur affectus. Ecõtrà videtur, quod non, quia delictũ non est perfectum. l. qui falsam. ff. de falsis. Item pro hoc gloss. notabilis. in l. arboribus. §. finali. in verbo, vsusfructus. ff. de vsufruct. vbi dicit, lup⁹ exit syluam, non tamen exiuit. & ibi Flo. & quod dixi suprà, in prima opinione, in fine. & est gl. similis. xxxij. 66 quæsti. j. cùm renuntiatur. *Itẽ quia in pœnis statutorum, regulariter nõ inspicitur affectus, nisi sequatur effectus: vt notat hic Bal. & dixi suprà in tertia oppositione, in fine. & not. in dicta leg. si quis non dicam rapere. C. de episcopis & clericis. & in l. is qui cum telo. infrà ad l. Cornel. de sic. ca. quid dicendum est? Distingue tres casus: Aut constat quod portãtes capti, non habebant animum portãdi frumentum extra districtum, aut cõstat quod habebant animũ portãdi extra districtum, aut sumus in dubio. Primo casu, quando constat, quod non habebant animum portãdi extra districtum, tunc sine dubio puniri non debent, sed absolui: quia nec fecerunt, nec facere voluerunt cõtra statutũ: & sic non concurrunt verba, nec sententia statuti, iuxta no. in l. si id quod. in prin. ff. de iurisdict. om. iudi. Secundo casu, quando constat, quod habebant animum portandi extra districtum, quod potest esse per confessionem eorum, vt l. qui sententiam. C. de pœnis. vel quia est captus per custodes in limine districtus, vt dicta leg. qui sententiam. & l. sciant cũcti. ibi, vel indicijs ad probationem indubitatis. C. de proba. vel si prius confessi fuerint, quod volebant portare extra districtum: argumen. tex. cum gloss. in verbo, approbatũ. in l. si prætor.

§.Marcellus.cum ibi not.ff.de iudi. vel alio legitimo modo apparere potest:& tunc subd.stinguitur,consi derando verba statuti,quia aut statu tum loquitur per verba præteriti tẽ poris,significantia actum ex toto pfectum, vt quia dicit statutũ, si quis extraxerit frumentum:& tunc pœna limitata à statuto nõ punietur. & ita intelligitur gl. in dicta l. arboribus. §.final ff.de vsufructu. & gl.xxxij.q. j.cùm renuntiatur. secundùm Bald. hic,& in dictà l.arboribus.in apostil lis.& ibi per Floria. sed tamen hoc casu extra ordinem puniri poterit.
67 * Quia non est omnino absque delicto, qui delinquere inchoauit. & cùm non sit determinata pœna, punietur iudicis arbitrio: vt ff.de pœnis.l.hodie.& l.j. §.expilatores.ff.de effractoribus. & minor pœna debet imponi, quàm si portasset extra districtum,vt l.j. §.final.cum ibi nota. ff.de extraordina.crimin. secundùm Baldum hic. & bene. Et idem tenet Bal.in quodam suo cõsilio,quod incipit,cautum statuto,ꝙ bladum non extrahatur. vbi tenet secũdùm Vbertum de Bobio,quòd hoc casu puniatur minori pœna. Aut statutũ loquitur per verba præteriti temporis, q̃ non significant de necessitate actum ex toto perfectum:puta,quia loquitur per verbum, portauerit: & tunc punitur pœna statuti,quia tunc non requiritur actus cõsummat*, ex quo cõtra legem portat ille, qui ad prohibita per legem tendit. l.Cæsar.ff. de publicanis,secũdùm Bald.qui ita notat in dic.l.arboribus.in apostill. Aut statutum loquitur per verba, q̃ possunt significare vtrunque tẽpus delicti, scilicet tam præteritũ perfectum,quàm imperfectum,vt quia dicit statutum,si quis extraheret:vt ff. arborum furtim cæsarum.l. cædere. §.subsecare.& ff.de iurisd.omnium iudicum.l.si id quod. §.quod si dum proponeretur.& quod nota.gl.in dicta l.arboribus. §.si.in gl. quæ dicit, lupus exit syluam, non tamẽ exiuit. & tunc debent puniri pœna statuti, nec iudex debet esse clementior lege,secundùm Bald.hic. Tertio casu, quãdo sumus in dubio, an habuerint animum portandi extra districtum, tunc aut non potest apparere ex coniecturis, ꝙ habuerint animũ portandi extra districtum, & tũc nõ possunt puniri pœna statuti:quia deficit probatio,& non ius.l. duo sunt Titij.ff.de testam.tute.aut potest apparere ex cõiecturis,ꝙ volebãt portare extra d.strictum: & tunc distingue, vt dixi in secũdo casu proximè
68 præcedenti. * Quæ autẽ sunt istæ coniecturæ?Dic si reperti fuerint in via non recta,& publica.nam tũc est mala suspitio contra eos, qui non tenent viã rectam & publicã:vt est casus notabilis,& ibi hoc no. Bart.in l. secunda.C.de cursu pub.libr.duodecimo.& idẽ notat Bart. in l.penulti. qui fiscales. per illum text.C. de nauicularijs.lib.xj.vbi dicit, quòd si reperitur quis cum salma frumẽti, vel cum alijs rebus vetitis portare extra territorium, in aliqua via non recta & non consueta, est suspectus,quòd eas velit portare extra territorium. facit ad hoc l.eos.in fine. secundùm vnam lectionem.ff. de falsis. & hoc modo dicit, quòd potest practicari l.nostra, si fugitiui. dum dicit, si fugitiui serui depræhendantur,quo modo poterit probari, quòd ipsi ha

buerint animū transeundi, cùm fuerint capti, antequàm perueniant ad locum. & dicit, q ex qualitate loci. facit ad hoc quod not. Bar. i l. is qui. §. diuus. ff. de tutoribus & curatoribus da. ab his. & vide ad hoc l. nō solùm. §. annus. ff. de exc. tut. & quod plenè not. Ange. de Are. in l. Imperator. in prin. ff. de appel. hoc tamē fallit, quādo via vsitata non esset secura, & inusitata magis secura, quia tunc licet quis esset repertus in via inusitata, non tamē esset mala præsumptio cōtra eum: vt notatur per glos. in dicta l. eos. in fin. ff. de falsis. vel nisi via vsitata esset destructa, vel inundatione aquarū occupata, vt habetur in l. secunda. §. quod dixim*. ff. si quis cautionibus. Sed si reperti fuerint in via, vel loco indifferēti, vt in via eūdi ad molendinum. Dic q debet perpendi & iudicari ex qualitate personæ, quæ cōsueuit talia facere, vel nō facere: vt l. nō omnes. §. à Barbaris. ff. de re militari. cum similibus. & ratione loci, vt dicta leg. pen. C. de nauicularijs. libro 11. & ratione rei prohibitæ. argum. l. quæro. §. final. ff. de ædili. edic. l. respiciendum. §. j. ff. de pœnis. & d. §. à Barbaris. & sic istis consideratis, poterit iudex condēnare vel absoluere: hoc tamē casu, quādo nō est omnino certū, quia depræhensi reperti fuerunt in loco indifferenti, quia poterant diuertere ad plura loca, in dubio magis est procedendum ad absolutionem quàm ad cōdemnationē: vt ff. de pœnis. l. absentē. Et in casu quo iudici videret, q puniri deberēt, tunc moderanda est pœna: quia iudicatur ex præsumptione, secūdùm Bald. hic: qui ita intelligit dictū Nico. de Ma.
69 *Sed an depręhensi poterunt pœnitere? videtur quòd sic, per l. qui falsā. ff. de falsis. E contrà videtur quòd non, per l. quis sit fugitiuus. §. primo. & §. idē Celsus ait, si seruus. & quia quasi prępuentus est: vt ff. de ædili. edict. leg. si quis posteà. & leg. edicto. in princi. ff. de iure fisc. Et istud tenet Guid. de Suzaria, & Nicolaus de Matarellis: vt refert hic Bal. Et idē tu teneas, qa non est sui arbitrij, postquàm in laqueum inciderunt. l. in laqueū. ff. de acquirend. rerum domin. facit l. qui ea mente. cum ibi nota. ff. de furtis. & si aliter diceremus, faciliter possent legem & iudicem deludere, qđ esset absurdum, secundùm Baldum, qui ita tenet hîc. & idem notat Florian. in dicta leg. arboribus. §. finali,
70 in fine. ff. de vsufructu. *Sed quid si nondum cœperunt portare frumētum, & sic non fuerunt reperti in itinere, sed fecerunt aptare salmas ad portandum frumentum? Dic quòd non punientur, quia ista præparamēta non faciunt rem nō esse integrā: vt l. si pecuniam. in principio. ff. de condictione ob causam. ita dicit notanter Baldus in dicta leg. arborib*.
71 ff. de vsufructu, in apostillis. * Maior autem dubitatio est, si isti non fuerunt reperti in itinere, sed pręparauerunt frumentum in domo ipsum occultando, vel in aliquo alio loco occulto, vt posint posteà portare. Dic quòd hoc casu, quia in cœperunt aliquem actum præuenire, puniri debent. & hoc probatur in l. quis sit fugitiuus. in §. idem ait interrogatus. & ibi hoc nota. in primo notabili, in fine. ff. de ædil. edict. & probatur optimè in l. si concubina. §. res amotas. ff. rerum amotarum.

rum. & adde quod dicā in sequenti
72 quæstione. *Quæro septimò iuxta
prædicta, quia dixi in pcedēti quæ-
stione, quòd si ex forma statuti im-
ponitur pœna portantibus bladum,
vel aliquid aliud extra districtum, &
aliqui sunt inuenti portantes, & ca-
pti. Quid si solùm fuerūt visi, sed nō
capti, nūquid incidant in pœnā sta-
tuti, perinde ac si fuissent capti? Et vi
detur quòd sic, quia inuenire quis
dicitur, licet nō appræhēderit: vt l.
nūquàm. §. thesaurus. ff. de acq. rer.
domi. & hoc videtur tenere Ang. in
l. iij. §. Neratius. ff. de acq. possess. In
cōtrariū videtur tex. cōiuncta gl. §.
itē lapilli. de re. diu. & l. si Barsatorā.
C. de fideius. vbi dicitur secundùm
vnum intellectum glo. ibi, ꝙ si quis
promisit inuenire Barsatoram latro
nem, nō liberabitur, licet inuenerit
73 eū, si nō exhibeat. *Et per illum te-
xtum dicit ibi Bar. quòd verbum, in
uentus, vel inuenire, nō verificatur
in solo aspectu, sed appræhensionē
requirit. allegat etiam ad hoc quod
notatur in l. j. in princ. ff. de acquirē.
74 possess. & dicto §. thesaurus. *Et per
hoc dicit Bar. in d. l. si Barsatorā. ꝙ
si statutū dicit, si quis fuerit inuētus
cū armis, si nō est captus, nō dicitur
inuētus, quia nō sufficit sola visio si
ne captura, & idē dicit ipse Bar. in l.
prima. in princip. in antepen. col. ff.
de acqui. poss. & idē tenet Cyn. in l.
licet. in iij. quæst. C. de acquir. poss.
Idē etiā tenet Bal. in l. itē lapilli. ī fi.
75 ff. de rerū diui. *Vbi dicit ꝙ si statu
to cauetur, ꝙ quicunq; fuerit inuen
tus cū cultello, soluat decē, & quidā
visus est cū cultello, ꝙ ille nō soluit,
quia nō est inuētus: licet sit visus, se-
cundū Iacob. de Ra. & Cyn. in d. l. li-
76 licet. Idē dicit Bal.* Si statutū dicit,
ꝙ dominæ inuentę cū perlis soluāt
decē. nā si sunt visæ per officialē, sed
nō appræhensæ, nō tenentur: quod
dicit esse notādū. Et ꝓ hoc videtur
esse tex. ī l. si fullo. in pri. cū glossella
super verbo, inuenerit vestimēta. &
glo. subaudit & habuit. ff. de cōdic. si
ne cā. & aliū tex. cū gloss. inducit ibi
dom. Pau. de Cast. ad statutū, quo cā
uetur, vt inuentus cū armis puniatur
tali pœna, ꝙ nō dicatur inuētus per
familiā, nisi fuerit captus, vel ad pa-
latiū ductus, vel dederit fideiussores
de se præsentādo, licet familia vide-
rit ipsum cū armis. Item hoc videtur
tenere Bar. ī l. tutor, qui repertoriū.
in ij. col. in fi. ff. de adminis. tutorū.
77 vbi dicit. *Quòd inuētariū dicitur,
qa reperta & inuenta in bonis pupil
li ibi describuntur, vt notatur per
glo. in princip. Sed inueniri dicitur
illud propriè, quod manibus appræ
henditur: vt Insti. de rerū diui. §. itē
lapilli. & d. l. si Barsatorā. Ex quo de-
cidit Barto. singulariter in d. l. tutor,
78 qui repertoriū. *Quòd licet tutor
teneatur facere inuentariū de omni
bus rebus pupilli, de quibus in bo-
nis suis nō reperitur instrumētum:
quòd tutor non tenetur ponere in
inuentario antequàm exigat: quod
est valde no. in practica. Quid dicē
dum? Reperio Angelū de Perusio in
hac materia variè scripsisse, nā in l.
iij. §. Neratius. ff. de acquirend. poss.
79 dicit.* Quòd si statutū punit inuen-
tū cū armis vel ad ludū azardi, quo
ad impositionem ordinariæ pœnæ
statutum non considerauit inuen-
tionem personæ, sed delicti: & ideo
ludente cōuicto imponi poterit pœ
na statuti. argu. l. j. C. de rapto virgi.

 & cap.

& cap. quanquàm. de vsuris. libr. vi. coniuncta l. secunda, in princ. C. de veteri iure enucle. vbi pluries habet hoc verbum, inuenerit. sed si statutũ præmiaret officialẽ inuenientẽ ludẽtes, tũc cũ exorbitat à iure cõmuni, nõ cõsequitur præmiũ, nisi ludens personaliter inueniatur: sic intelligit l. si Barsatorã. hoc enim præmiũ de iure cõmuni nõ est concedendũ, & intelligitur statutũ præmiasse, vt officialis sit ardẽtior ad prohibẽdũ ludũ. Sed idem Ang. in aut. de sanctissimis episcopis. §. reuerẽdiss. col. 80 viij. dicit aliter, videlicet, * Quòd si statutũ est, ꝙ si quis fuerit inuẽtus cõmittere homicidiũ, capite puniat: ꝙ tũc inuẽt* dicitur, qui cõmisit, licet nõ sit repertus in flagranti crimine: argu. illius tex. quod dicit esse verum, vbicunque inuentio non facit crimen, sed illi quod fit, est necesse,
81 quòd inueniatur. verbi gratia. * Dicit statutũ, si quis fuerit inuentus arma portare, tanta pœna puniatur. statutũ hic nõ punit, portantẽ simpliciter, sed portantem inuentũ, quia sine inuentione crimen non est, quoniam statutum crimẽ facere voluit. Exemplum est etiam in statuto dicente, si quis fuerit inuentus de nocte, nam ire de nocte, non est maleficium, sed statutũ facit tunc maleficium, cũ vadit de nocte, & punitur, tũc est necessaria inuentio: & dicit, quòd ita practicatur in ciuitate Perusij. & ad hoc allegat gloss. in d. l. si
82 Barsatorã. C. de fideius. * Adde tu, ꝙ imò non est licitum ire per ciuitatẽ, vel per domos alienas, de nocte: vt probat text. coniuncta gloss. finali, in l. iter nihil. ff. communia præd. tam vrba. quàm rusti. & ibi hoc notat domi. Paul. de Cast. Quæro octauò, stante ante dicto statuto, de quo
83 in præcedenti quæstione. * Accusatus est aliquis quòd extraxit bladũ, vel aliquid aliud prohibitũ extra districtum, vel ꝙ portauit arma, vel ꝙ iuit de nocte, & accusans probauit per testes, nunqd propter hoc debeat puniri. Vel si statutũ præmiat inuenientẽ aliquẽ facientẽ cõtra statutũ. Albe. de Rosa. format istam quæstionem in suo opere statutorũ, in secũ
84 da parte, q. cxxiiij. & dicit* Quòd si statutũ dicat, ꝙ si quis fuerit inuẽtus ludere ad taxillos, vel tenere ludum taxillorũ, puniatur in decẽ, & medietas sit accusatoris. Et aliquis accusatus fuit, ꝙ luserat ad taxillos, vel tenuerat ludum taxillorũ, & accusator hoc probauit per testes, nunquid habebit dimidium. Et dici videtur, ꝙ sic. C. de pœnis. l. qui sententiam. sed dicit, quòd Iaco. de Aretio tenet contrariũ, quia statutũ requirit, ꝙ sit inuentus, & sic nõ sufficit, ꝙ sit cõuictus per legẽ. ff. de adulterijs l. quod ait lex. vbi etiã hoc ponit idem Albe. de Rosa. & facit d. l. si Barsatorã. & idẽ ponit in d. l. licet. C. de acquirẽ. poss. & in suo primo alphabeto, in ver. vẽditionis verbo, Circa quod adde, quæ dicã. in quæstione sequẽti, & quod dixi in quæstione
85 præcedẽti. * Quæro nonò, quid si statutũ dicit, si quis fuerit depræhensus portare bladum extra districtũ, vel cum armis, puniatur tali pœna. Et probatur quòd aliquis portauit bladum extra districtum, vel portauit arma, non tamen fuit captus cũ blado, vel cum armis, an debeat puniri pœna statuti. & textus cum glo. in versi. depræhẽsus. in l. j. C. vbi senato

natores vel clarissimi. facit quòd sic. In contrarium facit d.l.si Barsatorũ. & quod suprà dixi in septima quæstione. In hac quæstione dicit domi nus Paulus de Castro in dicta l.prima. C. vbi senatores vel clarissimi. quòd si statutum diceret, deprçhensus portare arma, vel extrahere extra districtum, q tunc debet puniri per dictam l.primam. sed si diceret, deprçhensus cum armis, vel cum blado, &c. intelligitur, scilicet per familiam, & idem fortiùs, si hoc di-

34 ceret expressè. *Sed tenendo opinionem Cyni, & Bartoli, & aliorum, de quibus dixi s.in vij.q.non procederet ista distinctio, quia in omni casu requiritur, quòd appræhendatur. Et in casu huius quæstionis, non videtur mihi, quòd possit esse dubium, quia si dubitatur vbi statutum loquitur per verb.inuentus.& communiter tenetur quòd requiratur appræhensio. & non debet habere dubium, vbi statutũ loquitur per ver. deprçhensus. licet glossa in dicta l. j.in ver.deprçhensus. videatur velle, quòd deprçhensus in crimine dicitur ille, contra quem est probatum crimen: licet per familiam non sit deprçhensus, vel captus: quam glossam soluit dominus Paulus ibi per distinctionem, vt suprà statim dixi. Sed mihi non placet, per prædicta.

35 *Quarto decimò & vltimò, quid dicatur membrum, & quid veniat appellatione membri. Dic vt plenè dicam in authen. sed nouo iure. quæ statim sequitur, vbi ponemus materiam pœnæ furti, sicut in principio huius legis pollicitus sum, quia conuenit ibi melius.

a Bar.verò. Adde g Abb.i c.à crapula. *de uita & ho.cleri.tenet idẽ quod Ba. in primis duobus mẽbris, in quinto uerò mẽbro expresse tenet contra Barto. Bald. & Dyn. quòd in dubi.electio sit iudicis, ut refert dic. Mar. in c.sicut Iudai.de Iudais. & ibi uide per eum. quia iura loquũt impersonaliter. & ostendunt electionem iudici. Item quia in dubio pœna per iudicem imponẽda est, & sic lex in dubio loquitur iudici. Item quia iudex habet uidere, quæ pœna sit magis expediens, & illam imponere, ut a.quoniam frequenter.extra ut lit.non contest.facit xiij.quæst.v.c.pro dell. & l.quid ergo. §.pœna grauior. & ibi quod not. per Doct. de his, qui nota.infa.*

b Quia aut pœna limit. Hoc idem *tenet dict. Maria. Soxj. in capitulo sicut.de Iudæis. quod tamen limitat, ut si iudex hoc faceret causa cognita, quia tunc posset transire ad corporalem: ut in l.quid ergo. §.pœna grauior. ff.de infa. & ibi latissimè per Bal. in repert. Barto. in l.hodie. ff.de pœnis. & l.si seuerior. de infa. qd not. u.q.iij. §.notandum. & de rapto. c.si Archiepiscopali.*

c Ad iudicẽ. Hoc idẽ quo ad iudicẽ di*cit do. Maria. Soxj. in d.c. sicut. de Iud.*

SVMMARIVM

IN AVTHENT.

SED NOVO

IVRE.

1 *Furi membri abscissio, ubi pro crimine debetur, una sola manus abscindi debet: & pro furto quis non debet mori, nec sibi aliquod membrum amputari: & fures dicuntur, qui sine armis delinquunt. sed qui uiolenter*

aggrediuntur, pœnis legalibus puniri debent.

2 *Membrum ubi de iure ueteri abſcindi debeat, de iure nouo una ſola manus tantùm amputari debet.*

3 *Manus amputatio, minor pœna eſt, quàm pedis.*

4 *Membrorum diſſolutio grauior eſt, utriuſque manus abſciſſione.*

5 *Pœna abſciſſionis membri duplicari non debet.*

6 *Manus membrum eſſe dicitur.*

7 *Pœna ubi generaliter imponatur, non cenſetur eſſe impoſita pœna illius generis grauiſſima, nec etiam minima, ſed mediocris.*

8 *Fur pro furto mori non debet, nec mēbri abſciſſione puniri, ſed fuſtigari tantùm.*

9 *Fures propriè ſunt, qui occultè ſine armis delinquunt.*

10 *Delicta publica grauiora, quàm occulta exiſtunt.*

11 *Legum correctio in dubio euitanda eſt.*

12 *Conſuetudo puniendi fures, tam in Lōbardia, quàm in Tuſcia, quomodò ſe habeat.*

13 *Membri abſciſſione quibus in caſibus aliquis puniri debeat.*

14 *Membri abſciſſione tributorū exactores puniri debent: ſi non faciunt de ſuſceptis libros, uel ſcripturā, ubi ſcribi debet id, quod publici exactores exigunt.*

15 *Introitus communis ad ſcribendū poſitus, ſi deficiat in ſcribendo aliquē particularem introitum, pœna manus punitur.*

16 *Nouellarum librum allegare licitum eſt.*

17 *Nouellarum librum an Iuſtinianus compoſuerit.*

18 *Nouellarum liber, iuris ciuilis liber exiſtit.*

19 *Nouellarum liber, an ante authenticorum librum editus a Iuſtiniano ſit.*

20 *Nouellarum liber an ſit authenticus.*

21 *Tabellioni, qui fecit falſum inſtrumentum, manus abſcindi debet.*

22 *Leges Lombardas in iure an allegare licitum ſit.*

23 *Conradus Imperator quam conſtitutionem fecerit.*

24 *Imperator conſtituendo legem, an generalem facit.*

25 *Imperatores noui, leges nouas condere poſſunt, & legibus antiquis derogare.*

26 *Leges Lombardorum fuerunt Caroli Imp.*

27 *Libros gentilium allegare, & inducere poſſumus.*

28 *Conſuetudines, quia non ſunt generales, ſed ſpeciales, allegari non poſſūt.*

29 *Gloſſa, quæ fons Lombardorum dicitur, quæ nam ſit.*

30 *Decretales uel leges extrauagantes, ſi obuient conſuetudini, quæ probabilis ſit, & legitimè præſcriptæ, potius ipſa conſuetudo ſeruatur.*

31 *Argumentum à nomine, an licitum ſit.*

32 *Bartolus ex poteſtate Imperatoris ſibi attributa, gloſſauit extrauagātem, ad reprimendum. & qui ſint rebelles. Odofredus autem titu. de pace Conſtantiæ.*

33 *Tabellio ſi ſuper feudi alienatione illicitè facta inſtrumentum confecerit manum amittere debet.*

34 *Delinquens ſi membri pœna puniri debeat, & per conſequens pœna manus, in qua manu puniendus ueniat, an ſcilicet dextra, uel ſiniſtra.*

Manus

35 Manus duas si delinquens habeat, quarum una prorsus arida sit, qua sibi abscindi debeat

36 Arboris appellatione cōtinetur etiā illa, cuius radices uiuere desierunt.

37 Manum tantummodo unam si delinquens habeat, an illa sibi amputari debeat.

38 Lex uel statutum de manus amputatione loquens, ad duas restringi debet.

39 Manum unam habenti an imputari debeat, si sententia lata fuerit, a qua appellatum non est.

40 Manum nullam si delinquens habeat, qua pœna puniatur, statuto stante, quòd manus abscissione puniri deberet.

41 Statutum si dixerit, quòd uulneranti alsquē in platea manus abscindatur, & quispiam pluribus uulneribus aliquem eodem tempore in platea uulnerauerit, an plures sibi sint manus abscindendæ.

42 Bannitus aliquis unius delicti ratione in amputatione manus, si ex alio delicto in capitis amputatione banniatur, qualiter executio fieri debeat.

43 Membrum quid sit, & quid membri appellatione contineatur.

44 Fur qua pœna puniri debeat.

45 Latro publicus quis dicatur.

46 Fur simplex qui sit.

47 Fur famosus qui appelletur.

48 Latro simplex qui nominetur.

49 Latro publicus, uel famosus, qui dicatur.

50 Glossa semper secūdùm text. intelligi debet.

51 Famosus latro an sit qui tria furta fecit.

52 Pœna furum & latronum quanam sit.

53 Furum aliqui improbi sunt, aliqui improbiores, aliqui improbissimi, aliqui plusquàm improbissimi.

54 Domesticus qui dicatur.

55 Filius est patri domesticus, & pater filio.

56 Vxor est domestica marito, & econtrà.

57 Cliens & libertus sunt patronis domestici.

58 Familiares & seruientes domestici dicuntur.

59 Domestici etiam appellantur, quibus patria ratione, uel dominica potestatis imperari potest.

60 Domestici dicuntur omnes, qui de alicuius familia existunt, siue liberi sint, siue serui.

61 Furtum leue uel paruum, uel graue siue magnum quod dicatur.

62 Furtum manifestum quando dicatur.

63 Statutū nullum Veronæ de furtis habetur. sed quod arbitrio potestatis & curia totius furta committantur.

64 Pœna dupli & quadrupli, pro furto Romæ exigitur.

65 Pœna qua per iudicem imponi possit, quando à lege pœna extra ordinaria imponenda uenit.

66 Furatur qui semel, ueniam meretur à furca.

67 Puniendus quis non est propter primā offensam.

68 Furtum unum dicitur, quod de uno loco, uno contextu, uno tempore commissum est.

69 Furtum unum est, si quis unam rem in diuersis materiis contrectauit, licet in quolibet territorio deprahensus puniri possit.

70 Furta plura fecisse diuersis temporibus si quis confiteatur, suæ confessioni

standum non est.

71 *Furta plura eodem loco & diuersis tẽporibus si quis fecisse confiteatur, quid agi debeat.*

72 *Furtum unum uel plura an dicatur, si quis una nocte iuerit cũ uno sacco ad domum unius, & quinq; milij quartas surripuerit, deinde iuerit ad domum alterius, & surripuerit alias quinque quartas milij, quas reposuerit in eodẽ sacco, deinde eadem nocte continuando, intrauerit domũ alterius, & alias sex milij quartas surripuerit, & eas in eodem sacco reposuerit, domumq; suam asportauerit.*

73 *Furtum an unum commissum dicatur, si quispiam uolens furari frumentum uicini sui, iuerit cum uno sacco, & ipsum de dicto uicini frumento impleuerit, & domum suam portauerit, & quia simul totum frumentum portare non poterat, bis rediit cum dicto sacco, & sic successiuè portauit tres uel quatuor saccos de dicto frumento, ipsum surripiendo, &c.*

74 *Accusatio una, uel plures, quando dicatur, & quando unum testamentum uel plura, & quando una actio, uel unus libellus, uel plures, remissiuè.*

75 *Furtum quod quispiam cõmisit, si ita magnum fuerit quod tribus paruis aequiualeat, an committens suspendi debeat.*

76 *Tutela una magna ita à tutela secunda immunitatem praestat, sicut tres ab onere quartae excusant.*

77 *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

78 *Poenae in dubio molliendae sunt, non autem exasperandae.*

79 *Qualitas furantis, & qualitas illius, cui furtum factum est, indicat furtum magnum uel paruum.*

80 *Furtum si ille cui factum fuerit, uel etiam ipse fur est filiusfa. & sic in bonis parum uel nihil habet, sed eius pater est diues, an furtum magnum & paruum reputabitur.*

81 *Statuto si caueatur, quòd nullus ad aliquod officium eligi possit, nisi habeat in bonis libras trecentas, nunquid filiusfami. cuius pater ultra lib. ccc. habeat, ad tale officium eligi possit.*

82 *Domini appellatione filius continetur.*

83 *Statuto castri uel uillae si caueatur, quòd nullus ibi potestas eligi possit, nisi centum bubulcas terrae habeat: nunquid filius, cuius pater mille bubulcas habet in potestatem eligi possit.*

84 *Statuto si disponatur, quòd nemo miles esse possit, nihil habeat in bonis mille, si filiusfami. nihil habeat, sed pater sic: an ipse filius habilis reputetur.*

4 *fuga an pprie dicatur, quando quis latitat, vt fugiat, sed nō cōprehēditur. vide Bald. in l.j. iij. col. C. de ædi. act. & in l.j. C. de seruis fug. vbi dicit, quod fugiēs dicitur latitare. Alexan. de Imo. in l. pen. de custo. reo. Et fugiēs de carcere, quē inuenit apertū, non facit indiciū cōtra se. Bal. in l. succurritur. C. ex quib. cau. ma. Pet. de Sus. in l. in bonę fidei. C. de iureiur. tamē si reuertitur, nō dicitur fugere, nec tenetur pœna statuti de fugiente de carcere. Bal. in l.j. vij. col. C. de seruis
5 fug. & in l.j. C. de ędil. act. *Sed fugiēs in domū propriā, an possit in ea capi, & extrahi p officialē pro debito ciuili? Bal. & Alexan. ī l. plerique. de in ius vocan. cōtra Bal. in l.j. C. de sum. trin. qui ibi loquitur, quando fuit captus extra domū, sed euasit, & in domū aufugit, qa pōt de domo incōtinenti extrahi. ita Alex. in l. quod ait.
6 de adulte. *Itē quęritur, an fugiens ad ecclesias sit tutus. pro hoc vide tex. in titu. de his q ad eccle. cōfug. Bart. in consi. incipiente, statuto ciuitatis Tuderti. Oldra. in cōsi. iiij. quod est
7 notandū etiā, *quod si quis pro debito ducatur per ecclesiā, nō gaudebit immunitate ecclesiæ. ita Archid. xvij. quęst. iiij. c. antiquitus. ex quo oritur aliqua questio.
8 *Titius homicida non potuit fugere ad ecclesiā, sed inuenit quendā Sacerdotē deferētē corpus Christi, aufugit ad ipsū, & eū accepit, an gaudere debeat immunitate ecclesię. & primò videt quod sic, per tex. in l. vna. C. de his qui ad eccles. cōfug. Nā quod aliqs in ecclesia tuetur, est introductū in fauorē dei: ergo multò fortius si fugiat ad ipsū. argu. l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœnis. & de ædil. edict. l. qs sit fugitiuus. §. apud Labeonē. nam teste Aristotele, propter vnūquodque tale, &

9 ipsum magis. *Sed quid de furibus ecclesiæ, an habeāt istud priuilegiū? & dicendū ꝙ sic, in l. præsenti. §. ꝙ si in finibus. C. de his qui ad eccle. cō fug. text. in c. sicut. de immu. ecclesi. quod pōt intelligi secūdū Iacobū de Belui. de furibus necessarijs: sec⁹ autē i alijs argumē. de relig. & sum. fune. §. fi. & ff. de cōtrahēda emptione. l. æde sacra. §. j. & C. de religio. l. si sepulchrū. & ibi Baldus. Vnde qñ quis in ecclesia delinquit, tūc Iudex secularis non pōt eū extrahere de ecclesia, sed episcop⁹ loci, & eū tradet Iudici seculari, & sit laic⁹. C. ad l. Iul.

10 de adul. auten. si qs ei. *Proptereà queritur, an fugiens de vno territorio in aliud, ꝓ familiā potestatis, vel prepositi, possit capi. Et est dicendū ꝙ nō. ita Bal. in addit. ad Specula. de compe. iud. aditi. versic. sed pone, ꝙ malefactor. Bal. & Floria. de san. Pe. in l. sicuti. §. Aristo. ff. si ser. vendi. Salyce. in l. ij. C. de exhiben. re. Ang. de Aret. in tractatu malefi. versic. qđ fama facit. quod est cōtra dictū Bar. in l. quod ait. §. quod ait. & ibi Alexan. de adulter. Bal. in l. quicunq;. C.

11 de seruis fugitiuis. *Sed quęrit, an fuga post accusationē, suspitionē faciat. Bald. in l. j. ff. de re. co. tenet, qđ nō. quod est primò limitandū secundū Socyn. nisi quis corā iudice fuisset minatus de accusando, licet adhuc nō accusauerit, qa tunc videt, ꝙ fuga secuta faciat suspitionē, ꝓpter quod ex hoc resultāt in multis casibus idē effectus, qui resultarēt ex libello accusatorio, vt est textus singularis in l. miles. §. socer. de. adulterijs. Secundò, nisi aliàs frustrà suspitio laboraret cōtra fugientē post accusationē. tūc enim maximā inducit suspitionē. argumen. eius quod dicitur in §. fi. quibus mod. tut. & ibi Doctor. Tertiò, nisi post accusationē accusatus, aufugiat de carceribus, quia tūc cōtra eū proceditur tāquàm contra confessum de crimine: textus in l. eos. in fi. ff. de custod. reo. & ibi glo. not. q̄ ad hoc sæpe allegat. Quando ergo accusatus est captus, & aufugit, nō habet locū dictū Bartoli, cū statim possit cōdēnari tanq̄ confessus. quod intelligendū est, si aufugerit de carcere clauso, secus si de aperto, sicut de aula palatij, vbi iudex eū stare pręcepit: quo casu, si incarceratus fugiat, ostio dimisso apto, per negligentiā custodū, tūc aufugiens nō habetur pro confesso. ita tenet singulariter Bal. in l. succurritur. ff. ex quib. causis ma. & fuit dictū originale Guil. de Cu. quod solennizat. Ludo. de Roma. in l. admonēdi. ff. de iureiuran. Quartò limitatur, nisi carcer fuisset fractus per tertiā personā, nō data opera incarceratorū: quia tūc est eadē ratio, quę est in ostio dimisso aperto. ita tenet Lanfran. de Oriano, in l. fugitiui. C. de seruis fugitiuis. gl. in §. si verò quidā. in aut. de exhib. reis.

12 *Finaliter quæro, an fugiens cū gladio de domo, in qua reperitur homo mortu⁹, præsumitur occidisse. Doct. & Bald. in l. fina. C. de proba. & in l. neque natales. eod. titu. dicunt, quòd sic. ita Angel. in tract. malefic. ver. quod fama. Angel. & Alex. post Bartol. in l. secūda. ff. de furt. quod vidi in praxi.

13 *Sed quæritur, an fugitiuus debitor possit capi authoritate creditoris. Specu. in titu. de renun. ver. item est beneficium. tenet quòd sic. quod est verum. & sic intellige, vt Iudici pręsen

pręsen

presentetur, non vt occidatur. ita in
14 tit. de accusa. §. j. versi. hoc tñ. *Ad hæc quæritur, an fuga faciat solã suspitionẽ. Bar. in l. admonendi. de iureiurã. & ibi gl. tenet, ꝙ faciat semiplenã probationẽ: qd est limitandũ secundũ Socyn. nisi qs timore familię rectoris aufugiat, & posteà citat* à Iudice cõpareat. tunc enim purgatur oĩs suspitio. tex. in l. qs sit fugitiuus. §. j. ff. de ædil. edic. Itẽ fallit, nisi aliqua causa excuset fugiẽtẽ, puta tenere partialitatem in ciuitate, vel qd aliud. d. l. qs sit fugitiuus. §. apud Labeo. Itẽ limitandũ est dictũ Bar. secundũ Socy. ꝙ fuga iudiciũ facit, vt dicitur in d. l. admonẽdi. & clari* in l. Corne. ff. ad senatu. Sylla. videlicet, qñ aufugit ante accusationẽ de se factã, secus si post: qa tũc licuit sibi sanguinẽ redimere. in l. j. in fi. de bo. eo. vbi Bart. tenet per illũ tex. quod est intelligendũ, qñ delictũ erat capitale, ex quo aut debebat occidi, aut mẽbris mutilari. secus si esset imponẽda pœna pecuniaria. Tamẽ est notandũ, ꝙ in casu speciali fuga plenè probat. l. cõsiliarios. & ibi Docto.
15 C. de assesso. *Finaliter quæritur, fugitiuus, qui vadit ad aliã patriam, an poterit citari per iudicẽ loci, in quo deliquit sine iudicis reqsitione illius loci, cũ hic forũ sortiatur ratione criminis: vt C. vbi de cri. agi. oport. aut. qua in prouĩcia. Aliqui dicũt, ꝙ sic. & allegatur pro hoc tex. in l. oĩs. §. si verò apparitor. C. de epis. & cle. & in l. fi. ff. de offi. præfec. vrb. nec obstat l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. Tamẽ cõtrariũ seruatur de facto. vnde aut commisit in illa iurisdictione extranea, aut non. Si in illa cõmisit, tũc debet iudex, qui eũ captũ detinet, primò ipsum punire, si crimen ibi cõmissum sit tale, qđ nõ impediat executionẽ alterius iurisdictionis: vt puta si crimẽ sit tale, qđ mortem nõ exigat, & aliud primò commissum mortẽ exigeret: qa tũc primò de minori pœna, deinde de maiori esset tractandũ. ff. de accusa. l. si cui. §. fi. & sic in loco captionis põt manũ, vel aurẽ amittere: & deinde est remittẽdus ad aliã iurisdictonẽ, in qua ma.*, vel ęquale crimẽ cõmisit: & sic executio vna aliã impedire nõ debet: ita Bar. in d. l. si cui. §. fi. supra allegato.

CONSILIVM

D. SIGNOROLI DE Homedeis & Raphaelis Fulgosii Doctorum.

IN CHRISTI nomine amen. Supposito statuto ciuitatis Mediolani, ibi, vt stetur sacramento eius, cui defertur in oĩbus & p oĩa, tã super forma sacramẽti, q̃ quibuslibet alijs dependentibus, vel facientibus, ad negotiũ, de quo queritur. Pro cui* euidẽtia sciendũ est, ꝙ negotia dicũtur cõnexa, quãdo sunt negotia idẽ debitũ tangentia: quorũ vnũ tendit ad obligationẽ, alterũ ad eiusdẽ debiti liberationẽ: vt si dico te debere mihi x. & tu respõdes te debere, sed tibi esse factũ pactũ de nõ petẽdo, vt no. p Bar. in l. Aurelius. §. eũ qui. ff. de lib. leg. Itẽ plura dicũtur negotia cõnexa, qñ plura sũt negotia. quorũ vnũ ꝓcedit ab altero. hinc est, ꝙ crimen adulterij, & lenocinij dicũtur cõnexa, qa vnũ procedit ab altero; vt no. Bart.

Bar.in l.is q̄ reus.ff.de publi.iudi. & in l.ij. §.si public.ff.de adul. Itē plura dicuntur negotia connexa,quando sunt plura negotia, quorū vnum venit ad qualificationē alterius. not. Bart.in d.§.eū qui.facit l.Fulcinius. §.quid sit latitare.ff.ex quibus cau.ī possideatur. & quod not. in l.diuus.ff. de re iudi. Itē plura dicūtur negotia cōnexa,q̄n plura sunt negotia, quorū vnū inest alteri cōtrahētiū voluntate: vt si promitto tibi cū hoc pacto incontinenti apposito, vt pro me vadas Romā:vt no.Bart.in d.§.eū qui. facit l.Iurisgētium.§.quinimò.ff.de pac. & l.lecta.ver.dicebā.ff. si cer.pe. Itē negotia dicūtur cōnexa, q̄n sunt plura negotia ad vnū effectū tēdentia.vt l.illud.in fi.ff.ad l.Aquil. & qđ no.gl.in l.cū fili⁹.§.j.ff.de verb.obl. facit no.ī l.nūquàm plura.ff.de priua.del.ista dicunť cōnexa,imò cēsentur vnū factū.Itē negotia dicūtur depēdentia inuicē,q̄n vnū negotiū habet aliquā accessorietatē alteri negotio.Itē negotia dicunť vnū tangēs aliud,q̄n vnū negotiū in aliquo de supradictis modis tāgit aliud,vel rōne accessorietatis,vľ rōne qualificationis,vel alijs modis, de qb⁹ suprà dixi. negotia verò diuersa & sepatata dicunť, q̄n sunt facta diuersis tpibus ex diuersis causis,& ad diuersos effectus, & vnū nō tēdit ad qualificationē alteri⁹,nec ad alteri⁹ pemptionē. itē vnū nullā habet depēdētiā seu accessorietatē ab alio.itē vnū nō inest alteri.ista dicūtur diuersa & separata,nullo modo vnū alterū tāgentia: vt no.Bar.in d.§.eū qui.faciunt.no. in l.si quidē.C. de exc. & in l.etiā.ff. de min. His præmissis pro euidētia condescēdamus ad q. ego peto à te, asserens me tibi tradidisse x. petias pannorum ad tingendū eas:ideo peto eas mihi restitui. defero tibi iuramentū. Tu iuras me tibi tradidisse, sed me fecisse pactū de nō petendo, vel liberasse per acceptilationē. in omnibus,& per omnia seruandū est iuramentū: cùm dicatur iuramentū super negotio principali,& sup connexo,& tangente negotium,de quo agitur.Eodē modo,si iurasti,me tibi tradidisse,vt suprà,sed me tibi debere centum ex tinctura pannorū tuorū:quia cùm secundùm debitū procedat à traditione prima,& causa primæ traditionis,ista dicūtur negotia cōnexa:& ideo seruandū esset iuramentū in omnibus, & per omnia:cū dicatur esse iuramentū super negotio principali,& connexo,& dependente ab eo,& ipsum negotium tangēte.Sed si tu iures me tradidisse tibi,vt suprà,sed me debere cc. ex alia causa mutui,vel ex tinctura aliorum pannorū,cùm ista negotia sint separata & diuersa ex diuersis causis contracta, ad diuersos effectus,& vnum nullo modo tāgit aliud,aliquo de supradictis modis, in eo quod tu iurasti me tibi tradidisse x.petias,&c.seruandum est iuramētū,vt tu tenearis ad restitutionē,cùm factū super negotio , de quo agiť in eo, ꝙ tu iuras me tibi debere cc.ex cā mutui,vel ex tinctura aliorū pānorū, nō est seruādū iuramētū,cū illud iuramentū nō sit factum super negotio de quo agitur,nec cōnexo, nec depēdente,nec ī aliquo mō tāgēte negotiū, de quo agiť.Et ita ego dico & cōsulo Signorolus de Homodeis Iuris vtriusq; doctor,& ī testimoniū&c. vt suprà dico & cōsulo ego Raphaël de Ful.&c.

TRACTATVS CAVTELARVM BAR. CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

Omnibus Iureconsultis, & præcipuè practicis longè quàm necessarius.

1 Cautela[a] quibus modis euadere quis possit pœnam mortis propter cõmissum crimẽ. 1.

a Cautela. *Cautela congrua quæ dicatur, uide Paul. de Cast. consil. cxxxvj. in fin. Et cautela superflua nõ nocet. l. testamentum. C. de test. ubi Bal. in iij. not. l. si pupilli. §. item si procuratori. per Bartol. in j. col. in uers. & sic not. ff. de negot. gest.*

1 *Criminis læsæ maiestatis omnis cautela liberandi aliquem à morte propter delictum commissum periculosa est.*

OTA singulariter, ꝙ si filius commisit aliqđ delictũ siue crimen, puta læsæ maiestatis: & pater [a] ipsũ offerat siue exhibeat iudici, filius nõ debet mori: nec est ita puniendus, sicut si fuisset accusatus, & ductus p alium: vt est tex. no. in l. milites agrũ. §. delertorẽ. ff. de re militari. secundùm Sal. in l. propter insidias. C. qui accu. nõ pos. & per illum textũ Ray. de Forliuio, ostendit alias esse cõsultum de facto in ciuitate Forliuij: & ita respondit. Ratio ibi erat talis: filius interfecerat vnũ, ex quo veniebat decapitãdus: & pater propria authoritate cepit filiũ, & duxit ipsum ad iudicẽ: vtrũ sit decapitãdus. Et cõcludit ꝙ non, per illũ tex. Adde tu similẽ tex. in l. quicunq; vno. §. qui filiũ. eo. ti. de re mil. Et in ciuitate Fruxinij Pau. de Cast. ita cõsuluit, cùm quidam mercator veniret de Alemania, interrogauit eũ de quibusdã dubijs, inter quæ erat istud: Quidã filius comitis Palatini cõmisit crimẽ lesę maiestatis: pater propria authoritate ipsum presentauit Imperatori. dubitatur nunqđ esset decapitãdus. & cõsuluit dominus Pau. de Cast. ꝙ non. & mouebat autoritate Ray. & Saly. & quãdo ille mercator redijt, dixit, ꝙ Imperator viso cõsilio voluit ipsemet videre text. quo viso eũ liberauit à pœna mortis, relegando eum p decẽniũ. ita dicit Pau. de Cast. in d. l. propter insidias. C. qui accus. nõ pos. quod

quod singulariter tene mēti. Quid si pater vidit filium commisisse delictum capitale, & sperat iudicem velle sequi illa iura, quòd ipsemet pater offerat eum iudici vel superiori? *Tamē ista cautela est periculosa in crimine læsæ maiestatis: licet Imperator prædictus obseruauerit, est tamē vtilis, si occurreret ei casus, sicut fuit in Paul. & Rayn. quod nota bene, & tene menti.

a Pater. *Adde Spec de tutor. §. final. uersi. item excipitur. Et pater est melior amicus, quam habeat filius. Bald. in c. per tuas. de proba. Et pater potest defendere filium in causa criminali, ut pater, non ut procurator. Bald. in l. si cui. de accusatio.*

Cautela liberandi aliquē à morte iure damnatum, & qualiter executio sententiæ alicuius ad mortem condemnati differri possit. 11.

1 *Executio alicuius, qui ad mortem ducitur propter maximam & perfectā peritiam alicuius artis, uel respectu roboris differri potest.*

2 *Executio alicuius, qui ducitur ad mortem, differri potest, si de grauiori crimine accusetur, ex quo grauior pœna imponenda uenit.*

3 *Executio alicuius ad mortem damnati differri potest, si iudici protestatum fuerit, quòd ipse reus alicuius apothecæ, uel mercātiæ rationē reddere tenet.*

4 *Executio ad mortem damnati differri potest, si à sententia contra eum lata appelletur.*

5 *Executio capitalis differri potest, quandocunq; superior mandet reum seuerio ri pœna puniri.*

6 *Prælati uere miseri, in multis casibus literis Papæ obedire non debent.*

7 *Interficiens aliquē, decapitari non potest, si se furiosum uel amētem fingat, nisi de furoris fictione constiterit.*

8 *Maleficium committens, si pœnam euadere uoluerit, clericus efficiatur.*

9 *Executio capitalis contra mulierē prægnantem fieri non debet.*

10 *Mulier malefica prægnās si pepererit, & non reperiatur qui puerum nutrire uoluerit, an executio aliqua contra ipsam fieri debeat.*

11 *Decuriones ciuitatis ad mortem condemnari non possunt, nisi prius præses, uel prætor principi uel superiori rescribat.*

12 *Statutū si dixerit, quòd homicida decapitetur, & aliqs per culpa sine dolo aliquē interficiat, mitius puniri debet.*

13 *Statutum si dixerit, quod occidens occidatur, non habet locum nisi quis dolosè & ex proposito occiderit.*

14 *Statutum si dixerit, quod si quis condemnetur ad pœnam pecuniariam, et non soluerit intra mensem, decapitetur, locum non habet, ubi delictum nō dolose commiserit.*

15 *Statuto si pœna manus uel mēbri imponatur, quo casu Iudex dispēsare possit.*

16 *Sententia condemnatoria contra inquisitum uel accusatum si differri debeat, testes de falso accusari debent.*

17 *Iudex si sub conditione condemnauerit, puta si non apparuerit, testes falsum dixisse, sententia condemnatoria impediri potest.*

QVANDO aliquis ducitur ad iustitiam vel patibulum, procuretur, vt ducatur per viā vnde transeū faciat aliquis Cardinalis. nā si obuiā fiat aliquis Cardinalis dicto ducto ad mortem, ipse reus cō lemnatus liberabit. habent enim Cardinales de consuetudine vel priuilegio, vt pos-

sint ad mortem cōdemnatos, eis obuiando, liberare. ita vult no. Bal. in l. addictos. C. de appellat. quem sequitᵣ Pau. de Cast. ibi, qui dicit, quòd istud fit ponēdo capellum suum super caput eius, qui ducitur ad mortē. & dicit, quòd ita de facto seruatur: & ideo tu posses esse cautus, quando aliquis esset cōdemnatus ad mortem, vt procures, vt quidam Cardinalis sibi obuiam fiat, & super caput eius capellum eius imponat: quia hic à morte liberatᵣ. Sed dominus iustitiæ si hoc vult euitare, debet esse cautus, ne duci faciat condemnatum per loca, in quibus obuiari posit aliquis Cardinalis. *Propter maximam & perfectā peritiam suius artis, vel respectu roboris, differri pōt executio alicui*, qui ducitur ad mortem. l. ad bestias. ff. de pœnis. vnde formo tibi istā quæstionem. Sententia est lata contra quendā vel contra aliquem, qui [illegible] alicuius fortitudinis vel roboris, & esset multum vtilis ciuitati. Iudex vult mandare sententiā executioni: scis etiam quòd ab executiōe sentētiæ non possit appellari, nec debet executio differri. ff. de appell. l. ab executione. & l. ab exceptione. C. quorū appel. non reci. isto casu ꝓpter eius artem vel fortitudinē egregiā poterit populus suspendere executionem. Nam vnus de populo potest ire ad iudicem, & dicere. Iste est sapientissimus & egregius in arte sua, de quo tota ciuitas indiget, non interficias ipsum: tunc iudex debet suspēdere executionē, donec principem vel superiorem consulat. est tex. in d. l. ad bestias. & ita tenuit Ludo. de Ros. in suis singularibus, cccclij. quod incipit. Tu Senensis. & pro hoc vide quod not. Nicol. de Neap. in l. hos accusare. §. pe. ff. de accusa. quod verum intellige, cùm talis condēnatus esset aliqua persona in magna dignitate: vt est casus no. in l. pe. ff. ad l. Cor. de sicar. quæ omnia vera intelligo, nisi forte tumultus aliter sedari non posset, nisi cōdēnatus interficiatur: quia tunc non obst. ꝙ sit in dignitate, vel magni artificij, vel maximę fortitudinis: tamen poterit inconsulto principe interfici. & hoc per tex. in dic. l. penul. ff. de sica. in fi. Item intelligo prædicta vera, nisi cōdemnatus esset latro manifestus, vel seductor præruptus: quia tunc poterit fieri executio mortis, & postea ad principem cōsuli. p l. si quis [illegible]o exhæredato. §. iij. & in §. hi autē omnes. de iniusto testam. *Pro condemnatis cautela est, vt eorum executio differatur, videlicet quòd accusentᵣ de grauiori crimine siue delicto, ex quo venit grauior pœna* imponenda: vt est casus in l. j. §. fina. ff. nil no. appel. pend. & hoc tenuit Baldus, per illum tex. in l. ij. §. fina. ff. de custo. reorum. & Ludo. in notabilibus. in cccclxj. in singulari, quod incipit, suscipe vnam cautelam. * Si uis differre mortem alicuius ad morteē condemnati, cautela est, quòd tu dicas, ꝙ ipse tenetur tibi reddere rationem alicuius apothecæ, vel mercantiæ, vel alteri* debiti: quia hoc casu debet differri executio, donec reddiderit rationes. casus est ad literā in l. j. C. de bo. proscript. & ibi hoc not. Angel. qui dicit, ꝙ illa lex decidit, ꝙ volens differre executionem condēnati ad mortem, vt eius gratiam consequatur à superiore, debet habere iustam cautelam, videlicet protestari piæ

ri præſidi vel pontifici, vt non exequatur: eò quia cōdemnatus eſt ſibi obligatus ad reddendam rationē niſi primò reddiderit: & petat ſibi ſuper hoc terminum aſsignari: dicit tamen, quòd hoc de conſuetudine nō ſeruāt iudices: licet de iure ita ſit. & pro hoc facit tex. in l. ſeruo legato. §. pe. ff. de leg. j. & ita etiam tenuit dominus Lud. in l. Pomponius ſcribit. ff. famili. erciſ. & credo quòd ibi nō eſſet obſeruatum cōtrariū: quia hoc non fuiſſet petitū, quod etiā de iure hodie debet obſeruari: quia regula ritер nō tollitur per deſuetudinem, ſed per contrarium vſum: vt habetur per Cyn. & Docto. in l. fin. C. de iure do. & per glo. & Docto. in procœmio Inſti. §. j. & hoc etiam vide per dominum meum in l. ſi cogniti. C. de ne-
4 goti. geſto.* Potes adhibere aliam
b cautelā[b] vt executio differatur: vide licet quòd à ſentētia contra reū lata appelletur: quod de iure regulariter fieri poteſt: vt nota. in l. & in maioribus. C. de appella. & in l. non tātùm. ff. eodem titul. & c. de appellationibus. extrà eodem titulo. nam ſi condemnatus ducitur ad locum iuſtitiæ poſt appellationē interpoſitam: tūc ſolummodò duci non poterit: quia officium eius conquieſcit, quādo appellatur à diffinitiua, & eius manus ſunt immediatè ligatæ, ſed etiā poterit eximi de manibus familiæ per quoſcunque appellantes ſine pœna, & licitè. ita ſingulariter dicit Ang. in l. addictos. C. de appellat. & Imo. in c. ſi quando. in verſi. reſiſtere. extrà de offic. deleg. & idem tenet. Ang. de Are. Inſtitu. de act. §. pœnales. in verſic. adde quòd eximēs captum quod intelligit verum, niſi condemnatus eſſet latro manifeſtus: vel ſeductor præruptus: vt in l. ſi quis filio exhęredato. §. hi autem omnes. ff. de iniuſto teſtamen. nam iſte tex. etiam loquitur, quando eſſet appellatū. facit quod no. Inno. & alij Doct. in c. j. de conſtitu. & idem not. Bal. in l. addictos. C. de epiſco. audientia.* Notan-
5 dus eſt alius caſus, in quo pōt & debet licitè executio capitalis differri: quādo ſcilicet princeps vel ſuperior mandet quē puniri ſeueriori pœna quàm ſit eius cōſuetudo. nā tunc nō debet fieri incōtinenti executio, ſed debet differri per xxx. dies: vt eſt caſus in l. ſi vindicari. C. de pœna. per quē tex dicit ibi Ange. quòd nō eſt parēdū reſcripto principis in ferēdo ſentētiā, nec in executione pœnarū, cùm reſcriptū duriorē pœnā contineat. Sit ergo cautus aſſeſſor, vt non faciat trucidari in curru ad decapitādum bulectrinū domini vel ciuitatis regis: imò debet reſiſtere omni modo honeſto, & duritiam hāc differre per tēp. prædictū xxx. dierū: & ſi poſteà exequatur, nō peccat. & pro iſta dilatione vide textū in c. ſi quādo. de reſcripti. & vide glo. in authē. de mādat. principū. §. deniquè. verſi. nuntiandum. colla. iij. quæ no-
6 ta* contra miſeros prælatos, qui timent literas Papæ, & non audent reclamare: quod facere non debent. & vide gloſſ. in verbo, Noſcatis. ad finem. de cōſtitut. libr. vj. c. j. & gloſſ. ij. in c. ij. extrà de fil. presby. ad quod nota. Angel. in authen. vt de termin. ſit numer. cler. colum. j. & Florianus in l. iij. §. ſed ſi quis iudici. ff. fini.
7 regund.* Eſt & alia cautela, ne ille, q interfecit hominem, vel aliud delictum commiſit, decapitetur vel mo-

a riatur, quod fingat se furiosum vel amentē: quia tūc non poterit puniri criminaliter, etiam de delicto commisso ante furorē: vt not. Bal. & Iacob. de alua. in c. j. an ille qui interfec. fratr. domini sui. in usib. feud. & propterea est, quod dicitur stultitiā loco pœnæ simere: quod inde procedit, nisi appareat de fictione furoris: vt est tex. in l. obseruare. ff. de cura. furio. & in l. diuus. de offic. præsid. & vide quæ dicā in sequēti.

8 *Si quis cō misit aliquādo maleficiū, & vult enadere aliquod iudiciū seculare, cautela est, quod efficiatur clericus, quia si aliquis lite pendēte tēpore executiōis

b reperitur clericus b, Iudex secularis non poterit facere executionē, cū sit in effectu res sacra. & itadicebat Ioā. de Deo in suis cauillationib*. vt no. Ioan. And. & Docto. in c. j. de obli. ad ratiocin. sed Ioan. And. ibi tenet contrariū: videlicet, quod si quis laicus deliquerit, & postea est effectus clericus: poterit per iudicē laicū puniri: & ita fuit obseruatum Bononiæ, in vno, qui veniebat decapitādus propter sua delicta, qui volebat se facere fratrē, & mortē euitare, & nihilominus fuit decapitatus. ita dicit Zabar. in c. perpendimus. extrà de sententi. excōmu. de qua quæstio. vide plenè per Bar. & Doct. i l. j. ff. de pœ. & in l. j. C. an seru* ex suo fac. & in l. officialis. C. de episcop. & cleric. & per Ang. in l. denūtiasse. §. quæritur. in fi. ff. de adul. & per Dyn. & Nico. de Neapol. in l. idem Vlpianus. ff. de excus. tuto. & per Cyn. in authē. causa quæ cū. C. de episcop. & cleric. & per Ioā. And. & Butr. & omnes Docto. plenè in d. c. j. de oblig. ad ratiocinia. & per glo. in d. c. perpēdimus.

9 in repetitione sua. *Nō debet fieri executio pœnæ capitalis contra mulierē prægnantē, nec etiā debet torqueri. tex. est in l. prægnātis. ff. de pœnis. & in l. Imperator Adrianus. ff. de statu hom. & not. glo. in l. negat ex regia. ff. de mor. infer. & idem habet locū in ancilla, secundū glo. & Doct. in l. Imperator. quia est eadē ratio, si partus pereat. Idem si deberet pati aguillationē seu amputationē membri, secundū Bart. in dicta l. Imperator. Idē si deberet deportari vel cōfinari, si partus ex hoc detrimentū pateretur, secundū Gul. de Cu. & Bar.

10 in dicta l. Imperator. in fin. *Sed dubium est, quid si pariat, & nō reperiatur qui puerū velit nutrire. Dic quod si nō reperiatur propter defectū pecuniæ, quia nō est qui velit nutrici soluere, & nutrix non reperitur gratis: tunc debet nutrix solui de publico, ne executio differatur. ar. l. j. C. qui. ex caus. ser. pro præ. libe. reci. & l. lex Cornelia. ff. ad Sylla. Et si nō reperiatur nutrix propter defectū personæ, tūc debet seruari mater ad nutriendum, donec nutrix reperiatur: quia eadē ratio est in cōseruando eū, qui erat in ventre. arg. l. secundùm hæc. §. sinautem. ff. de Carbo. edic. & ita tenet Oldra. & dicit, quod ita fuit obseruatum Paduæ secundùm Bart. qui ita notat. in dicta l. prægnantis.

11 *Decuriores ciuitatis nō possunt ad mortē condēnari, nisi prius præses vel prætor rescribat principi, vel superiori: vt est textus in l. diui fratres. §. j. ff. de pœnis. vbi est text. & ita dicit Mar. Syll. in suis quæstionibus, in quæst. quæ incipit, decuriones. Sed tu adde similem text. in l. ij. §. j. ff. de bo. eo. qui sibi mor. consc. & in l. j. §. simili

simili modo. quando appell. rescin. & in l. si quis filio exhæredato. §. eius. ff. de iniusto testa. & in l. qui cædem. ff. ad l. Cor. de sica. nisi aliter tu multus sedari non posset in populo: vt dicitur in d. l. qui cædem. & nota. gl. in d. §. simili modo. & hodie decuriones dicũtur cõsiliarij ciuitatis: vt est glo. in rubri. de decurio. lib. x. & gl. in l. sed & ex. in ver. decurionsi. ff. de dolo. & not. per Bar. in l. j. ff. de assesso. & illud, qđ dictũ est de decurionib⁹ seu cõsiliarijs, etiã procedit in principalioribus ciuitatis: vt est textus in l. d'ui fratres. §. fi. vbi pulchra ĩ hęc verba scribit text⁹: si qs ex principaliorib⁹ alicuius ciuitatis latrociniũ fecerit, aliúdue facinus, & capitalẽ pœnã meruisse videat, vinctos eos custodies, & mihi scribes & adijcies, ꝙ quisq; cõmiserit. & hanc cautelam nota, per quam poteris differre executionem alicuius damnati, qui sit consiliarius, siue de principalibus alicuius ciuitatis: ad quod

12 adde. quod dictũ est suprà. * Si statutũ dicat, quòd homicida decapitetur, & aliquis per culpã sine dolo interfecit hominem: assessores ignorãtes cõsueuerũt dicere, quòd nõ debemus distinguere, sed simpliciter stare statuto, & à verbis statuti nõ recedere: quia non inspicitur animus, sed factum: vt l. prima. §. diuus. ff. ad legem Corneliam de sica. Baldus verò tenet contrarium in l. data opera. qui accusare non poss. aliàs sequeretur, quòd de homicidio capitali quis deberet decapitari, quod est cõtra communem æquitatẽ, & ita plures consului, & à morte aliquos defendi: & tene menti. Nã quidã mortis tẽpore poti⁹ ex lasciuia, quàm ex dolo proiecit quendã lapidẽ, & percussit quendã qui mortuus est: consului quòd deberet minus & mitius puniri, scilicet pecuniariter, vel fortè data gratia banni pro tempore. Ista sunt notabilia verba Paul. de Castro in l. j. C. vbi sena. vel clari. Et addetur, quod idem tenet glo. quando delictũ est cõmissum per lasciuiã. in l. & si seuerior. in §. certũ. ff. de his q nota. infam. & ibi Bal. hoc etiã tenet. Pone istud exemplũ de illo, qui currebat cũ equo, & interfecit aliquẽ: ꝙ non debeat ad mortẽ condẽnari. &

13 vide quod dicam in sequẽti. * Si statutũ imponat pœnã personalem pro homicidio: puta quòd occidẽs occidatur. Dic ꝙ nisi occidat dolosè, & ex proposito, nõ habet locũ pœna illius statuti: sed debeat alia mitius puniri. & pro hoc allego qđ notat Bar. in l. quicũque. C. de seruis fugiti. vbi dicit, quòd vbicunque de pœna capitali vel corporali loquimur, subintelligitur dolus. ff. de in litem iurando. l. j. & l. in actionib⁹. & Insti. de suspe. tutorib. §. suspectus. secus in pecuniarijs pœnis: vt C. de noxa. actio. l. si serui. & idem tenet Salyc. in l. penul. C. ad l. Corn. de sicarijs. & idem tenet Paul. de Castro. in l. j. C. vbi sena. vel claris. & dixi suprà in proxima cautela, & vide ad hoc quod no. Bal. in l. nõ dubium. in vj. colum. in principio. in versic. eo. modo si statutum diceret. C. de legib. & vide Salyc. in l. ij. C. de noxa. Angel. de Aret. Institut. de iure natur. gentiũ & ciuili. §. ius autem ciuile. in x. colum. ver. prędicta inducentur ad multas quæstiones. & vide Paul. de Cast. in l. j. in fin.

14 ff. de legi. qui dicit * Quòd idem, si diceretur in statuto, quòd si quis cõ

demnatur ad pœnam pecuniariam, quā si nō soluerit intra mensem, decapitetur. si nō occiderit dolosè, nō debet decapitari, licet soluerit. & signa hoc perpetuò menti: quia ignorantes Iudices maleficiorū seruāt statuta ad literā, prout iacent siue commiserit dolosè, siue non. nam potest euadere multos per authoritatē Baldi, qui hoc dicit in l. data opera. C. qui accusare non poss. quia assessores & iudices nisi viderint authoritatem scriptā, nesciūt à verbis statuti recedere. & istud teneas, vt etiā dixi in præcedenti cautela, licet dominus Antonius de Rosel. in c. cognoscentes. de constitu. ibi dicat contra casum ab alijs in contrariū allegatū, sed non dicit verū, quia ille textus nō probat.

15 * Si per statutū pœna manus vel membri imponitur, & Iudex debet punire puerū vel senē, potest dispensare: non tamē cogitur, nec poterit appellare. ita dicit Baldus in l. quicunque. C. de seruis fugiti. argu. l. qui posthumos. in ratione illius literæ. ff. ad Sylla. quod nota. vt scias euadere puerū vel senē ab amputatione membri. pro hoc vide textū in l. auxiliū. §. in delictis. ibi, nisi quatenus interdū miseratio ad mediocrem pœnā Iudicē perduxerit. & ibi glo. in verbo, miseratio. ff. de mino. vide glo. ordin. in dicta leg. quid ergo. in §. pœna grauior. in versi. one rasset. in prin. ibi, sed in ipsa sententia potest minuere ratione fortè senectutis vel iuuentutis. ff. de his qui not. infam. & ibi hoc not. per Barto. & Doct.

16 * Ad hoc vt differatur sentētia condēnatoria contra inquisitum vel accusatū, cautela est, quod accusentur testes, & producens eos de falso: quia si testis cōuincitur de falso, planum est, quod inquisitus vel accusatus, non cōmisit illud delictū: vt l. j. C. q accusa. nō pos. Sed vt refert Salyc. in l. si docueris. C. de falsis. plures Bononienses cōsuluerunt, quod etiā ex sola accusatione testiū differri debet sententia cōndēnatoria: quia si esset lata per falsos testes, retractaretur: vt C. si ex fals. instr. l. iij. cautiùs tamen est, vtrunque accusare, scilicet testes, & producentē: & si verba statuti essēt ita stricta, quod differri nō posset sententia condēnatoria, consuluerūt dicti Doctores Bononienses,

17 * quòd iudex condēnet, sub cōditione, si non apparuerit testes falsum dixisse. argu. eorū, quæ no. in l. cū iudex. C. de sen ten. & interlo. omn. iudi. quæ omnia not. ad impediendā sententiā condēnatoriam, vel eius executionē, secundùm Bal. in l. j. C. de quæsti. per glo. ibi, limitat hoc verū esse si accusarētur testes necessarij ad probationē: secus si sunt alij qui sunt vltra numerū illorū, qui probauerūt, quod per accusationem illorum, non retardaretur processus, neque criminalis neq; ciuilis. & notat dominus Angel. de Aret. in suo tractatu maleficiorum, in glo. in ver. comparent dicti inquisiti in termino defensionis. in v. col. in ver. quid si dicat testis. de hoc vide tex. cū glo. & ibi not. in l. j. in fin. ff. quemadmo. testa. ape. & prædicta procedunt, nisi appareat de calūnia accusantis, videlicet quod faceret animo differēdi sententiā vel eius executionem: vt not. in dictis iuribus.

a Graui. pœ. *Grauis uel grauior pœna, quæ dicitur in statutis uel legibus. glo. in l. j. C. ne li. si. fal. no. in l. j. C. de emu.*

Adhi

b Adhibere aliam cautelam. *Cautela superflua facit præsumi dolum. Bal. in l. testamen. C. de testam in iii. no. per l. si quis sub conditione hæres. de condi tio. insti.*

c Furiosum. *Furiosus nõ tenetur de delicto uel homicidio commisso etiam ante furorem, ut ex eo possit criminaliter puniri, nisi constaret de simulatione furoris. l. obseruare. de cu. fu. l. diuus de offi. præsi. & Bart in l congruit. eo. ti. & Bal in l. furiosum. C qui testa. fa. pos. & est uerum etiam si ante furorē fuit condēnatus, secundum Bar. in l. ex facto. vj col. uer. quintò requiritur. de uulg. & pup. & per Alexan. in l Fulcinius. § adeo. sed eius bona confiscantur secundum Bald in d. l. furiosum.*

Furiosus si culpa sua factus est, & delinquit, non excusatur. Cardin. in clem j. vj q. de homicid.

d Clericus. *Clericus factus post delictum non tamen condemnatus, non punitur per laicum, sed per episcopum nisi in fraudem clericauerit, quod præsumitur, si post accusationem factus est clericus. Old. consi. iiij. & Car. in Cle. j. ix. q de censi.*

Cautela relaxandi incarceratum. III.

a *Iudex ex seipso debitore non existente soluendo, ipsum debitorem luere in corpus facere non potest.*

NOTA cautelā pulchrā, & vtilē, si aliquis est in carcere condēnatus in magna quātitate, quā soluere nō pōt. ad hoc, ꝙ ibi non moriat, facias ꝑ iudicē tibi gratū inferri aliquam a pœnā corporalē, & si velis eidem cōseruare famā, fac ꝙ ei nō imponatur aliqua pœna vituperosa, sed facias eū cū fune, vel aliter torqueri secretè in palatio, & secretè facias de hoc fieri publicū instrumētū: videlicet ꝙ tortura, siue pœna fuit sibi illata in istū finē, ꝙ luat in corpus: ex quo cōdēnationē pecuniariā soluere nō pōt, erit liberatus. istam cautelam & practicā ponit Ang. de Aret. Insti. de act. §. pœnales. ver oppono ex gl. pro quo allegat l. sed & si vni. §. cōseruis. ff. de iureiuran. & l. quæritur. §. minor. & §. si seruus. si ex noxa. cau. aga. & Doc. in l. quicunq;. C. de seruis fugi. licet in cōtrariū sit gl. xiiij. q. vj. §. ij. *Et aduerte dū dixi, scilicet faciens per iudicē, &c. quia iudex ex seipso, debitore nō existente soluendo, videt ꝙ nō possit castigare. sed ita demū, si creditor hoc petat videtur probari l. fi. ff. de in ius voc. ibi, ex querela patroni. & ibi ꝑ Docto. vnde hęc cautela nō est sufficiēs, nisi fieret ad instantiā creditoris. In hoc tamē cogitabis. Itē aduerte, qa dicta castigatio nō debet fieri à iudice ciuili, qui cōdēnauit eū in pecunia: sed à iudice habēte cognitionē in criminalibus, vt est tex. in d. l. fin. ibi à præfecto vrbis. ff. de in ius voc. secūdū Ang. & Doct. ibi. Item prædicta cautela est vera, nisi appareat ꝙ incarceratus hoc ꝓcurasset: vel ꝙ in fraudem fieret, vt euitaret maiorem pœnā: qa tūc nihil sibi ꝓdesset, vt dicit Angę. in l. si seruus pluriū. §. si qs autem. ff. de leg. j. & hoc nisi castigatio fuisset imposita ad instātiam creditoris, quia tunc cessaret omnis suspitio friuola seu fraudis: q̄ omnia bene not. vt scias adiuuare amicum incarceratum, qui non potest exire: quia non habet vnde soluat, ne moriatur in carceribus.

a Pœnam corpora. *Pœna corporalis pro pecuniaria potest per iudicem impo-*

poni causa cognita.l.quid ergo.§.pœna & ibi Bar.ff.de infa.

Cautela impediendi testem, ne deponat in causa. IIII.

1 *Statuta terrarum pœnam talionis tollunt: sicuti statutum Paduæ imponens accusanti, & non probanti, pœnã triũ librarum.*

2 *Malitia utens, contrahendo inimicitiã cum teste meo, ipsum percutiendo, an perdere causam debeat.*

3 *Probationes testium cum iuramento mihi subtrahens an causam perdat.*

Si vis impedire, quòd vnus testis non deponat contra te, facias accusare ipsum de aliquo crimine [a] publico, quia tunc amplius testificari contra te non potest: vt l.testimonium.ff.de test.& si dicas, quòd aliquis accusat, & nõ probat, punietur pœna talionis: vt l.fin.C.de accusat.

1 *Respondeo, quòd statuta terrarum tollunt istum timorem, maximè Paduæ: quia non est nisi pœna trium librarum, quem accusare, & nõ probare.ita no.dixit Ray.de For.in d.l. testimonium.vide contra hoc Bald. in authẽ.si testis.C.de testibus. Sed tu dic, contra istam malitiam est remedium, ꝙ si potest constare per aliquas coniecturas, quòd testis fuit calũniose accusatus, tunc bene posset deponere, & valeret eius dictum: vt probatur per, tex.optimum in l. athletæ.§.amplius.ff.de excusatio. & per §.itẽ is qui status.in principi. facit ad prędicta, quod no.per Bart. & Doct.in l.si post perfectam. C. de euictio.& quod dixi in præcedenti & quod dicam in sequenti. Si aliquis non habet nisi vnum testem, cõtra te, secundùm aliquos, potest adhibere, vel fieri facere hanc malitiã: videlicet quòd tu des ei vnam alapã, cùm ille testis producitur contra te: posteà oppones, quòd est tuus inimicus. contra istam malitiam habes remedium. nam inimicitia interueniens facto eius, contra quẽ producitur testis, nõ repellit ipsum testem omnino: sed hoc iudici cõmittitur. ita vidisti tex.in c.veniẽs.de testibus ita dicit Bart.in l.j.§.cũ quis. in fi.ff.de quæstio.facit ad hoc optimè.l.ij.in fi.ff.si quis cauti.& in l.pe. in fi.ff.de postu.ad qđ vide, qđ dixi in præcedenti cautela.

2 *Imò plus videtur, quòd ille, q vsus est dicta malitia contrahendo inimicitiam cũ teste meo, ipsum percutiẽdo, debet pdere causam: quia subtrahit mihi iura mea, & probationes meas, vt not. Cy.in l. prouidendum.in fi.C.de testi.& no.Arge.in l.satis apertissimè. C.de fal.& vide de hoc gl.in c.cùm causam.in ver.cõpelles.extrà de testib.& ibi per Ant.de Bu.in pe.col. in princ.vbi dicit,

3 *quod si qs mihi subtrahit probationes testium cũ iuramento, vel vt hac de causa inimicitias habendo, causam perdit.de hoc vltimo vide tex.in c.intimauit.& in c.constitutus.vbi no.Doc.de testi.& quod no.Bar.in l.falsam.in fi.C.si ex fal.instru.& in l. in fraudem.§.quoties.ff.de iure fisci.& in l.j.§.sed & cõstitutio ff.de calum.

a Crimine. *Criminosus an potest esse testis, uide in c.testimonium & ibi Abba de test.& an si pœnituit.gl.xxxv.q.v.preceptũ.vj.q.j.illi. Crimina si per uiã exceptionis opponantur cõtra accusatorẽ uel testẽ, uide in Spe.de cri.per uiam exce.oppo.*

Cautela euadendi grauiorẽ pœnam pro delicto. V.

Proce-

1 *Procurauerit si quispiam ut accusetur, non autem ut contra ipsum inquiratur, ad hoc ut puniatur mitius, sibi non prodest.*

2 *Vulneratus ab aliquo letaliter, si ab alio occidatur, primus uulnerans de occiso non tenetur.*

3 *Vulnerans aliquem primo, si ille uulneratus a secũdo occidatur, de iure canonico, de occiso tenetur.*

4 *Aduocatus instruens clientem qualiter debeat positionibus respondere: qua pœna puniatur.*

QVANDO quis delinquit, ꝙ in pluribus legibus diuersis pœnis potest puniri, cautela est, ꝙ ipse habeat iudicem amicabilem, qui inquirat minori lege, vel quòd accuse tur coram illa curia, vel iudice, vbi
a impónitur mitior pœna[a] pro suo delicto: nam tunc nulla alia poterit puniri: vt l. qui de crimine. C. de accu. & in l. senatus. ff. de accusa. ita no. dixit Ang. in d. l. qui de crimine. in glo. in verbo, plurima. in lec. quam fecit Perusij, & in d. l. senatus. & idem tenet Salyc. quem omnino vide in d. l. qui de crimine. in iij. colum. Ex prædictis capit reus consilium: hæc tamen cautela non poterit patrocinari delinquenti, si ipse delinquens procurasset se accusari, vel inquiri contra eum in curia, in qua mitior pœna veniret pro delicto imponẽda, ad hoc, vt maiorem pœnam euitaret. nam tunc talis præuentio minoris pœnæ
1 nihil operatur. *Idem, si quis procuret accusari, vt nõ inquiratur. ita dixit dominus Angel. in l. si seruus plurium. in §. penulti. si quis ante, de leg. j. qui dicit, quòd hæc vidit fieri sæpenumero. ad quod adde, quod dictum est in præcedenti proxima
2 cautela, *Quidam trahunt mirabilem cautelam, seu modum euadendi primum delinquentem, qui aliquem mortaliter vel letaliter vulnerauerit, scilicet quod procuretur, quòd occidatur letaliter vulneratus ab alio: & sic excusabitur primus vulnerans etiam mortaliter, quod intellige, vt non teneatur de occiso: sed bene tenebitur de vulnerato. & ad hoc allegatur tex. in l. Mela. §. Celsus. & l. huic scripturę. §. fina. ff. ad l. Aquil. Sed dicit domi. Flori. in illo §. Celsus. quòd iste est modus pernitiosus, & pernitiosi exempli. & dicit, quòd tale consilium non est attendendum: quinimò nec locum habet, quando certum est, primum vulnus esse mortale: tũc enim quantumcunque mors sequitur, traheretur ad tempus vulneris, tanquã habens ad illud necessariam consequentiam. ff. de dam. infec. l. damni. §. Sabini. & videtur hoc probari per casum. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & ita etiam tenet domi. Floria. in d. l. ita vulneratus. in prin. & idem gl. in d. §. Celsus. & domi. Floria. in d. l. ita vulneratus. *Plus dicit, ꝙ in eo
3 casu, quo primus non tenetur de occiso, intelligitur de iure ciuili: sed de iure canonico secus: quia primus semper tenetur ad hoc, vt pœnitentiam agat, per glo. in cap. significasti. ij. quæ incipit, eadem dist. de homi. Et aduerte, quia dixi per l. ita vulneratus. quòd cautela est, vt vulnerans aliquem letaliter excusetur, quòd faciat quòd amicus eum occidat maturius: quia ipse excusabitur à pœna homicidij. quod dicit Bald. in d. l. ita vulneratus. per illum textum. quòd cautela non prodest, quando primũ vulnus

vulnus esset mortale, secus esset si esset dubiũ, an esset mortale, vel non. & subdit Bald. quòd pro tali cõsilio
4 debet aduocatus suspendi.* Facit ad h c, quod dicit gl. de aduocato instruente clientulũ, qualiter debeat positionibus respondere, in capitulo secũdo, de cõfes. lib. vj. Et tu aduerte bene: quia hæc dist nctio nõ videtur esse bona: quia videt esse cõtra tex. in d. §. Celsus. ibi, mortiferè vulnerauerat. & contra tex. l. huic scripturæ. §. fi. ibi, vulnerãs mortiferè. & l. sed si vulneratũ mortiferè. Ex quib* tex. videtur plenè apparere, quòd licet pr mũ vulnus esset mortale, si alius posteà in totũ exanimet, ꝙ primus nõ tenetur de occiso, sed de vulnerato, licet vulnus fuisset mortale. & videtur cõtra Bal. & Flo. Sed tu distinguẽdo dicas: Aut primus vulnerauit mortiferè, nõ tamen est certũ, an ex illo vulnere moriatur, vel nõ. sed est dubium: qa apparet fortè ratiõe vulneris, vel qualitatis instrumẽti, vel alterius signi, ꝙ de natura sua vulnus debebat esse mortale: & tamen hoc clarissimè nõ constabat, quia omni modo debebat mori: qa quandoque vulneratus etiã mortiferè in loco periculoso, propter bonã naturam vel etiam custodiam, vel ꝓpter optimos medicos, liberatur, vt est casus de hoc in l. j. §. fi. ff. ad Syllã. ibi dũ dicitur, erat mortiferè vulneratus, & tamen superuixit: quia liberatus fuit. quem tex. bene not. ad hoc. & isto modo loquitur d. §. fi. vt primò vulnerátus nõ teneat de occiso: sed de vulnere: si ab alio fuit posteà in totũ exanimatus. & ita sentit glos. no. in d. §. fin. in l. huic scripturæ. Aut primus vulnerauit ita letiferè & mortiferè, quòd manifestissimè constabat, vulneratum eum fuisse mortuum ex primo vulnere: vt qa primi vulneris tẽpore vix spirabat, ita erat percussus. ita etiã medici hoc affirmatiuè ꝓbant, ꝙ nullò modo ex dicto vulnere cũ tota peritia Galeni potuisset euadere: & tũc isto casu loquitur d. l. ita vulnerat*. videlicet ꝙ primus vulnerans teneatur de occiso: quod no. & menti tene.

a Mitior pœna. *Pœna multiplicantur ex geminatione delictorũ. Bal in l. quicunq;. nũ. co. de seruis fug. & in vu. col. quod est uerum, si ministerio iudicis est imponenda: secus si ipso iure. Bald. in l. si quis nõ dicam rapere. v colũ. de episco. & clericu. Pœna iterata debet mitior imponi. Alex. in l. senatus. de accusatio.*

Cautela, quomodo minor euitat condemnationem in causa ciuili. VI.

1 *Minor læsus, quo casu restitutionem petere poterit.*

QVANDO aliquis litigat vel litigare vult cum minore, & petere ab ipso, cautela est quòd aduocatus minoris, vel eius tutor vel curator quærat tractatum concordiæ vel transactionis: & curet quòd actor velit concordiam, vel transactionem facere, & aliquid sibi remittere de eo, in quo fortè potuisset condemnari dictus minor. Exemplum, si minor potuisset condemnari in centum, verisimiliter offerat ex parte minoris minus, de quo verisimiliter actor sit contentus, & deducat actorem ad minorem summam, inquantũm potest, & posteà dicat aduocatus minoris, nolo stare dictæ concordiæ vel trãsactioni: quia

quia nimiũ petis: si aliquid debes habere, conuenias pupillũ, vel minorem. vnde si minor habebit pro se 1 sententiã, bene erit. si autẽ habebit eam contra se, tunc poterit pro minori peti restitutio in integrũ, vsq; ad illam summã, in qua fuerat actor contentus per illam transactionem.

1 ᵇNam in hoc fuit læsus minor: quia nõ stetit dictæ transactioni: cùm intererat sua, vt ei staret, ne condemnetur in plus. vnde si in plus fuerit condemnatus, poterit petere restitutionem in integrũ, cùm in dicta trãsactione habeatur pro transacto: vt est tex. notabilis in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minor. & ibi hoc sentit Bart. & etiã Bald. clarius, quod singulariter not. tu aduocate minoris. propter hoc enim poteris semper releuare ipsum minorẽ, in quo veniret condemnandus de iure. Et sic etiam tu aduocate actoris contra minorem sis bene cautus, vt nunquã permittas actorẽ peruenire ad aliquam transactionẽ, nisi sis certus, quòd minor vel eius tutor aut curator velit stare contentus de di. transactione: aliàs de facili pars sua, scilicet actor, deciperetur dicta cautela.

Cautela excusandi hæredem nõ conficientem, uel minus iuridice inuentarium conficientem. VII.

1 *Præsumptio iuris, & de iure, non recipit probationem in contrarium, nisi per partis confessionem.*

HAERES si non conficit inuẽ- a tarium ᵃ, hodie tenetur ad oĩa legata, & etiam ad omnia debita vltra vires hæreditarias: vt l. fi. C. de iure delibe. & ibi plenè de materia: quia lex præsumit, quòd hæres surripuit de bonis hæreditatis: vt in authen. de 1 hæred. & falci. § sancimus. ᵇQuæ præsumptio est iuris, & de iure, quę non recipit probationẽ in cõtrariũ, nisi per confessionẽ partis: vt in authent. sed iam necesse. C. de dona. ante nuptias. & per glo. in corpore, vnde sumitur. & per gl. in l. in contractibus. §. j. C. de non nume. pecun. secũdùm Bal. in l. fil. ũ, quẽ habentem. C. fami. ercis. & ideo si legatarij cõfiterentur, quòd bona non sufficiebant ad legatũ, vel creditores confiterentur, quòd bona non sufficiebant ad soluenda debita, & quòd hæres nihil subtraxit, sed solũ se fundarent, quòd inuẽtarium non fuit confectũ, deberent succumbere. Caueant ergo quomodò respondeant vel cõfiteantur legatarij, vel creditores: & etiã aduocatus, siue procurator sit cautus in extorquendo dictã confessionẽ: quia facit hoc modo clientulũ suũ absolui. ita singulariter not. Paulus de Castro in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad legem Falci. quod nota perpetuò, vt scias adiuuare amicum hæredem, qui non confecit inuentariũ: vel si confecit, de iure non confecit, vt non teneatur vltra vires hæreditatis. & vide quod dicam in sequenti.

a *Inuẽtariũ. Inuẽtariũ continẽs errorẽ an valeat, uide Ang in § hac stipul. et Bal. in aut. sed cũ testator. vl. col. quòd talis error propria autoritate nõ põt corrigi: sed demũ citatis creditoribus & legatarijs.*

Cautela pro eo, qui nõ appel. à sententia lata contra ius litigatoris. VIII.

1 *Lex licet fingat sententiam iustam, ex eo*

eo quòd in rem iudicatam transierit, si tamen partes eam iniustam confiteantur, eorum confessioni statur, & tollitur præsumptio iuris, & de iure.

a SI sentētia lata est iniqua [a], & iniusta, cautela est ꝙ victus procuret, ꝙ vincens cōfiteatur sententiam latam esse iniquam & iniustam. & hoc casu vincens non poterit habere petitionē vel actionē ex illa sententia. ita not. Innocen. in cap. quia plerique. de immunit. ecclesi. & per Flori. in l. cùm putarem. in prin. vltimæ col. ff. famil. ercis. Vbi dicit, ꝙ si victor confiteatur sententiā iniustā, vel sibi nihil deberi, nō habebit petitionem. & idem tenet Bald. in l. si quis instituatur hæres. §. si sub cōditiōe. ff. de hære. inst. & idē tenet Bal. in auten. ad hæc. in penultim. col. in ver. itē dubitatur de eo, qui iniquè absolutus est. C. de vsuris. In prędictis habetur, ꝙ hoc casu potest cogi vincens censura ecclesiastica per episcopum, ꝙ præstet liberationem, & quòd imponat vincenti perpetuum silentium. & dicunt moderni in d. cap. quia plerique. quòd licet condemnatus de iure soluere teneatur: tamen sponte soluere non tenetur: & sic retinēdo non peccat: quod bene est notandum pro cautela eorū, qui iniustè fuerint condemnati, vt procurent, vt aduersarius confiteatur sententiam pro se fuisse iniustè latam, vt quosdam audiui dicere. facit, quod dictum est in præcedenti. ad quod eandē cautelam ponit Anto. de Bu. in c. is qui fidē. in iij. col. de spon. & matrimo. vbi dicit, ꝙ est singulare dictū Inno. in d. c. quia pleriq;.

1 *Vbi dicit, ꝙ licet lex fingat, seu præsumat sententiā iustam, ex eo ꝙ transiuit in rem iudicatam: si tamen partes confitentur sententiā iniustā, statur cōfessioni, & tollitur pręsumptio iuris & de iure: quia in talibus possunt sibi partes præiudicare. Si autē sumus in materia, in qua nō possunt sibi partes præiudicare, vt est causa matrimonialis, vt in ca. super eo. de eo qui cogno. cōsan. vxo. suæ. nā tunc confessio non tollit pręsumptionē iuris, & de iure: quia materia obuiat: & ideo si post copulā mulier confiteretur contrariū, non staretur confessioni: imò matrimonium iudicaretur. & subdit, ꝙ ita ibi Docto. de quo mirabatur Petr. de Perusio hoc non cogitans. & eandem cautelam ponit Ludo. de Ro. in repetitione l. admonendi. in fi. ff. de iureiur. vbi dicit, postquā sententia est lata, & transiuit in rem iudicatā, si pars in cuius fauorem profertur profitetur eā iniustè latam esse, vel eam iniustè obtinuisse, ꝙ tunc retractabitur, & nunquàm meretur executionē: & allegat singulariter dictū Innocen. in d. c. quia plerique. quod tamen singulariter limitat, vt habeat locū inquantùm esset lata in fauorem eius ita confitentis. Sed in quantùm esset lata in præiudicium suum, tunc per suam confessionem, ex qua detegeretur iniustitia, non retractaretur, sed deberet exequi. & de hoc dic esse casum in l. si seruus plurium. §. j. ff. de leg. j.

a Sētē. ini. *Sententiā iniquā dicere nō potest victor, pro quo sit lata. l. si seruus. §. j. de le. j. Alex. in l. stipul. ista. §. si quis forte. in fi. de uer. obl. Sētētia etiā euidēter iniqua sine appelatiōe nō reprobat. Bal. in l. j. C. sentē. rescī. nō pos. in fi.*

Cautela, qua quis faciat banchariuum.

rium, seu nummularium acceptare literas cambii, seu debitorem suum debitum confiteri. IX.

1 *Literas cambij, si mercator recipiat, & ipsas lectas sine contradictione in filza ponat, videtur se obligasse ad illud, quod in literis continetur.*

2 *Confessio aduersarij, de aliquo tibi debito, quomodo extorqueatur.*

PONE quòd filius, vel seruus cōtrahit cum aliquo, vel accipit pecuniam mutuo: & dicit se hoc facere de mandato patris vel domini: & tamen hoc non erat verum, postea dictus filius vel seruus scribit ad patrem vel dominum, quomodo contraxit cum tali, & petit ab eo, vt soluat dictam pecuniam creditori: si pater vel dominus recipiat dictas literas, & non contradicat, videtur tacitè a consentire: adeo quòd mandati, vel iussu tenebitur: vt est text. & casus in l. filiusfamil. ij. ff. ad Macedo. & ibi hoc notatur per Doct. & maximè per Pau. de Cast. qui dicit ibi per illum tex. eo ipso, 1 *quòd mercator recipit literas, puta cambij, & eis lectis ponit eas inter alias, puta in filza, & non contradicit acceptasse dictas literas, videtur se obligasse ad illud, quod in literis cōtinetur: quod nota tu scholaris perpetuò, & tene menti, quando habes literas cambij, vt eas præsentes campsori, & habeas tecum aliquos testes, qui possunt deponere & probare, quòd nummularius literas acceptauit, & non contradixit à principio. nam si postea ipsum pœniteret, recusaret soluere illud, quod in literis continetur: hoc tamen limita verum, nisi in talibus literis contineretur calculus rationis de datis & acceptis, vt fieri solet, & vltimo loco poneretur restitui. nā hoc casu licet literas visas eas retineat: non tamen videtur se obbligare: imò potius videtur eas retinere, vt eas videat an ibi relata sint vera. & hoc per text. in l. si seruus. ff. de cōditio. & demonstr. & per d. l. si filius. 2 *Dixit Dom. Math. de Mat. in suis notabilibus Bonon. in xxviij. notabili, posse notari mirabilē cautelā exterquendi cōfessionē aduersarij tui: videlicet, ꝙ tu mittas sibi literas, in quibus dicas, ꝙ roges ipsum, ꝙ tibi reddat cētū, ad quę tibi tenetur ex causa depositi, vel mutui vel simili. vel dicas, ꝙ tu emis ab eo domū suā, pro centū ducatis: vnde ipse simpliciter recipiendo literas, non protestando aliud in oppositū videtur fateri debitū, & cōsentire venditioni, per d. l. si filius. & per Cle. ij. de procurat. & hāc doctrinā ponit Bar. secundū eū in l. quo enim. §. j. ff. rē ratā ha. & l. qui tabernā. §. j. ff. de pigno. & videtur esse text. iuncta gl. in l. Publia. in fi. ff. depositi. & ibi Barr. Et tunc, vt scias hoc practicare, dicit ipse, cautela est, ꝙ testibus quibusdā præsentibus præsentetur per nūtiū; & habeant copiā literarū: & tantum stent, ꝙ corā eis literę aperiantur. cōsulo tamen dicit ipse & bene, ꝙ hac cautela non vtaris ad malum, & valebit tibi mille aureos, si scias eam practicare.

a Tacitè cōs. *Tacitè actū inter cōtrahētes, habetur pro expsso. uide Spe. de loca. §. iā dicendū ante. uer. si autem.*

Cautela pro emente rem furtiuam uel ui raptā, ut non perdat pretium. X.

1 *Rem furtiuā uel ui raptam, si quispiā à latr*

à latrunculis emerit, pretium à domino recuperare potest.

SI quis emit rem furtiuã, cogitur restituere eã domino, etiã pretio non restituto à domino: vt l. inciuilem. quæ est lex 23. C. de furtis. cũ similibus. Cautela est, ꝙ quis poßit e-
a mere securè rẽ furtiuam a: ita quòd nõ teneatur rem restituere, nisi sibi prius restituto pretio, quod soluit quando eã emit, videlicet, vt quãdo emit rem furtiuã vel vi raptam, vel alienã, protestetur, ꝙ eam nomine eius, cuius est, & paratus est ei restituere, restituto sibi prius pretio & interesse à domino, secundũ Host. in summa de pœni. & remis. §. fina. ver. quid si emit rem deprædatam. & ideo quando emis rem aliquam, de qua dubitas, si est furtiua vel vi rapta, vel aliena, facias prædictã protestationẽ, & de ea facias fieri publicũ instrumẽtũ, vel instrumẽto emptionis eã scribi facias in principio, qđ
1 not. *Aduerte tamẽ quãdo quis emit rem furtiuã, vel vi raptã à latrũculis, vel ab hostibus: tunc pretium quod soluit, recuperare potest à domino: vt est casus in l. mulier in op*. ff. de capti. quæ omnia bene no. pro limitatione d. l. inciuilẽ. C. de furtis. Et tu sis securus, quãdo emis aliquã rem mobilem, & dubitas an sit furtiua vel vi rapta: quod not.

a *Rẽ furt. Emẽs rẽ furtiuã à fure, debet eã restituere domino, etiã pretio sibi nõ restituto l. inciuilẽ. C. de furt. et ibi Do. qđ uerũ, nisi emerit a latrunculis uel hostibus. l. mulier inops ff. de cap. Itẽ nisi fuerit protestatus se emere nomine illius cuius interest. Adde casum l. latrones. ff. de captis.*

Cautela pro obligato ad soluendum quantitatem magnam, quòd parua quantitate soluta liberetur. XI.

1 *Solutiones plures de aliquo debito singulatim factæ, quam efficaciam habeant.*

SI quis habet soluere magnam quantitatem pecuniæ, & eam nõ habet integraliter, & volet conficere instrumentum de tota integrali, & reali solutione: quia partes sunt in concordia: cautela est si ver g. debes mihi mille, & non habes nisi centum, quòd tu numeres decies illa centum creditori, & ille creditor posteà tibi restituat, & deinde illa iterum soluas creditori tuo, & sic de singulis usque ad centum decies, vt probatur per tex. l. si qs duos. §. j. ff. de solut. & ibi per Doctores. & ita not. Paul. de Cast. in l. Meuius. §. duobus. ad fin. ff. de legat. 2. qui subdit, quòd dubium stat in hoc, si notarius nollet cõficere instrumẽtum, ne de falso redargueretur: sed nõ põt redargui: teneatur modus prædictus. Et potest fieri ad tollendum omne dubiũ, ꝙ tot instrumẽta adhibeãtur, quot sunt solutiones, & ꝙ vnus notarius nesciat de alio, & maximè de hoc secundò posset esse maior expensa propter instrumẽta plura: quia secundũ primũ modũ, vnũ instrumentum sufficeret: sed secundus modus tutior est.

Cautela ad euitandum infamiã in actione famosa, uel in crimine. XII.

1 *Infamiam quispiam quãdoque non efficitur ex solo crimine, sed demum secuta sententia.*

REGVLARITER ille, q̃ conuenitur & condẽnatur actiõe fam

famosa, vel ex crimine, ex quo sequitur infamia, efficitur infamis: vt i l. athletas. §. calumniator. cum §. seq. ff. de his, qui no. inf. Sed cautela est, quod non efficitur infamis, videlicet, quod ipse litiget nõ per se, sed per procuratorem: quia tunc licet ipse cõdemnetur, & eius procurator procuratorio nomine, iuxta l. j. C. de senten. & interlo. om. iud. tamen hoc casu nec dominus, nec procurator efficitur infamis: vt probatur in l. furti. §. si quis alieno. per tex. & glo. ff. de his q no. infa. & ibi hoc not. Bar. & Do. & no. in l. infamẽ. de pub. iud. Alia cautela est, quod reus soluat antequàm lis contestetur: vt no. Barto. ibi, qui dicit, quod sufficit soluere ante condemnationem. Alia cautela est tutior, quod soluatur sine mãdato ipsius rei: vt not. Ange. de Aret. in l. nõ poterit. ff. de furtis. & l. rictus. de his qui notã. infa. vt est casus in c. testimoniũ. extrà de testi.* Aliquãdo quis non efficitur infamis ex solo crimine, sed demum secuta sñia: vt est casus in dic. §. calumniator. & ideo vbi ex solo crimine nõ infert infamia, nisi p condẽnationem: sufficit, quod illud soluat ante litis cõtest. vel ante sentẽtiã. & ita seruat cõmuniter in illis, qui habẽt condẽnari in agẽdo: quia si soluãt ante cõdemnationẽ, & antequàm legat sententia in arẽgo, nõ efficiuntur infames. Sed si ex solo crimine, quando de eo est cõfessus & cõuictus, sequetur infamia: vt in d. ca. testimoniũ. nõ esset bona cautela, quod ipse re* solueret ante litẽ cõtestatã vel ante sententiã: qa p solutionem videtur re* cõfiteri crimẽ. l. ad solutionẽ. C. de re iudi. & l. quoniã. ff. de his, qui no. infa. & ideo hoc casu est necessaria cautela tertia, quòd aliquis soluat pro eo sine suo mandato, quod not.

Cautela quod vltra tertiam dilationem, possint testes produci. XIII.

1 *Dilationem si quispiam prorogauerit, non est noua dilatio, sed eadem esse dicitur.*

SVMVS in capi. vltra tertiam. de test. in quo Docto. ponunt, quòd secunda dilatio nõ est dãda sine causæ cognitione. cautela, q̃ huic materiæ conuenit, qñ quis in prima dilatione nihil probauit, aut probauit, sed non sufficiẽter, nec fuit impeditus, & sic non habet aliquã iustã causam petẽdi secũdam dilationem: & antequã dilabatur prima dilatio, quod petat eius prorogationẽ[a]*. Nam eã prorogando, nõ fit noua dilatio, sed eadẽ: 1 vt l. sed & si manẽte. ĩ prin. ff. de pca, ars de dã. inf. poterit cõcedi sine causæ cognitione aliqua: vt not. Ang. in l. fi. ff. de ferijs. & Spec. in tit. de test. §. nũc dicamus, ver. & hæc sunt in argumentũ. & idẽ not. Bald. in l. j. in fi. C. quomodò & qñ iudex. & idẽ Pau. de Castro in d. l. j. C. de dilat. qui dicit, quod bona est ista cautela, & quod vidit semel bonæ memoriæ do. Prosperũ facere magnum festũ de isto dicto; non tamen allegabat nisi Angel. & vos habetis mille vltra Angel. Spec. & Bald. & domi. Ange. quod not.

a Prorogati. *Dilatio secunda licet dari nõ debeat, debet tamẽ prorogari prima. Pau. & Alexã. in l. fi. ff. de fer. ubi dicit uerũ ex causa leuiori, sed ibi rarò dicit, quod imò causa requiritur. Prorogatio primæ dilationis potest fieri sine causa cognitione. Bal. in l. j. in fi. col. 7. uersicul. modò quæro. C. quomodò & quando iud. & Pau. de Cast. in l. j. C.*

de dil. quæ etiam uide in consi. cxcviij. quod inci si cõsideremus. & uide Alc. cõsil. xx. in ij. parte. de citatione. §. iij. uer. & not. quòd semper. & ti. de excep. §. j in fin. & in titu. de satisfda. §. expeditus. uersi. sed pone. Agere, uel agi, multipliciter capiũtur, secũdũ gl. in aut. hoc ius porrectũ. de sac. s. in. ecc.

Cautela pro filiofamilias, quòd non teneatur ex cõtractu, de quo aliàs teneretur. XIIII.

1 *Imperator quando Romæ coronam recipit, ex cõsuetudine urbis præfectum ab omnibus suis debitis liberare debet.*

SCIS quòd filiusfam. obligatur ex quolibet contractu, excepto mutuo, in tantùm quòd potest conueniri, & etiam incarcerari, si non soluat, vt habetur in l. iij. §. sed vtrum. ff. de mi. Sed cautela est, ne ipse possit incarcerari, & ne ipse teneatur in solidum, sed solùm in tantùm, inquãtùm facere potest: videlicet ꝙ à patre emancipetur. nam fil. usfam. qui prius insolidum tenebatur, nũc per emancipationem non tenetur, nisi in tantùm, in quãtùm facere potest, vt est casus not. in l. fi. ff. quod cũ eo. & in l. si ex alio. C. eo. titu. & ibi, hoc no. Bal. & idem no. Io. de Plat. Instit. de actio. §. sunt præthereà. ad fin. Sed hoc fallit, quando filiusfam. esset debitor ex delicto: vt est tex. in l. sed si ex parte. §. quanquàm. ff. quod cum eo. & no. glo. in d. l. iij. Fallit secũdò, quando post multos annos conueniretur, vt est tex. no. in d. l. sed si ex pte. §. pen. quod perpetuò no. & tene mẽti. Fallit & tertiò, quãdo filiusfa. contraxisset multa debita, & posteà incontinenti fecit se emancipare: & sic cõtraxit dicta debita in fraudem: nã emancipatio eum sequens, nõ iuuat eum. & pro hoc allego tex. in l. j. §. j. & quòd ibi singu. not. Bal. ũ quis testa. lib. esse ius. fue. *vbi dicit, quòd 1 de consuetudine est, quando Imperator recipit coronam Romæ, ꝙ liberat præfectũ vrbis ab omnibus debitis suis. & si præfectus sciens aduẽtum Imperatoris, contraxit multa debita: Imperator non tenetur eum liberare ab illis. Item ad hoc allego tex. in l. omnia. §. cum ita legatur. ff. de leg. ij. & l. contra legem. & quod ibi not. per Docto. ff. de legibus.

Cautela quòd dominus nõ possit ratificare gesta per suum il legitimũ procuratorẽ. XV.

1 *Ratihabitio domini gestorum procuratoris superueniens, quo casu nihil operetur.*

LICET regulariter gesta per ꝓcuratorem, qui nõ habet mandatum, idem si habet, sed nõ sufficiẽs, possint per dominum ratificari, ita quòd valeant. l. licet. ff. de iudi. tamẽ cautela est, quòd non possint ratificari: videlicet, quòd aduersarius à principio protestetur, quòd non intendit cum ipso litigare, nisi si, & in quantùm haberet legitimum mandatum, & sufficiens. nam hoc casu, si habeat mandatum sufficiens, vel nullum habebat, *ratihabitio domini superueniens, nihil operatur: vt est casus secundùm vnum intellectum in 1 l. si quos. §. alieno. ff. de dam. infect. secundùm Ludo. de Rom. in quodã suo singulari, quod icipit, quæro nũquid gesta per falsum procuratorẽ. in fin. & ita tenet Ange. in d. §. alieno. & Bald. ibi in Apostil. & ita allegaui optimè aliàs, & obtinui in ciuitate Veronensi.

Cautela quòd inuitus non compellatur

pellatur quis ad tutelā. XVI.

1 *Fideiussorem qui non recipit, regulariter à tutela excusatur.*

NE QVIS inuitus cogatur suscipere tutelam, etiam si nō habebat aliquam excusationem, cautela est, quòd faciat, seu pcuret, quòd non reperiatur aliquis, qui velit fide iubere pro eo pro prædicta administratione. nam prædicto casu excusa-
1 bitur à tutela:* quia ille, qui non reperit fideiussorem, regulariter excusatur à tutela, vt l. si is qui tres. & l. quis inter. §. imperatur. ff. de excus. tut. & ita not. Bald. in l. j. in fin. & d. l. ij. quod cum eo. Aduerte tamē: quia si detegeretur, quòd hoc procurasset, non excusaretur.

Cautela ad ualidandum iudiciū agitatum cum procuratore, tutore, curatore, uel syndico. XVII.

1 *Sententia quo casu ius inter partes faciat.*

NOTA cautelam, vt si velis, q iudicium cū procuratore, vel tutore, vel curatore, vel syndico, vel alijs huiusmodi personis firmum sit: oppone quicquid potes cōtra eos ab initio, & fac quod iudex pronunciet illas personas admittēdas, non obstantibus exceptionibus oppositis contra eas, & sic postmodùm nō reuocabitur iudicium, ne agens cū eis, videatur iudicis authoritate cōuenire. hæc cautela probat C. de his qui ve. æta. impe. l. j. in fi. & C. qui ad
1 mit. ad bon. pos. l. liberorum.* sentētia enim talis facit ius inter ptes. extrà de re iudi. c. cùm inter. tene menti. ista sunt verba Spec. in tit. de exce. in secunda parte. §. nūc videndum. ver. antep. qui incipit, in summa no.

Cautela ad cōcordiā, quòd utamur uerb. Peragere. XVIII.

1 *Quæstio pulcherrima disputata per Guidonem de Suza contra Oldradū.*

VERBVM Agere[a], verificatur per litis contesta. l. amplius nō peti. ff. rem ra. ha. sed verbū Peragere, requirit decisionem, vt probatur in l. quinquaginta. ff. de excusa. tuto. & ideo dicit ibi Nico. de Neap. secū
dùm Guido. de Suza.* quod facit ad 1
quæstionem. Bononienses habuerunt quæstionem cū Mutinensibus, quia vicissim vna pars ab alia petebat xxx. milia florenor. factum fuit compromissum inter eos. Guido. de Suza. qui tunc erat Mutinæ, fecit poni in instrumento, quòd si Mutinēses causas suas infra tres menses non peragerent &c. post lapsos tres menses, q deberent facere, pter verbū, Peragerent, ita in instrumento positum. arg. d. l. quinquaginta. & l. ij. ff. de adul. & contra Bononienses volebant opponere Mutinenses, quòd ipsi nō poterant agere. ad quod ipse respondit, quòd actio eorū esset salua: quia agere quis dicitur litem cōtestando, vt in l. amplius non peti. ita obtinuit contra Oldra. & teneas cordi, quia quando facis aliquod cōcordium, tu potes vti ista cautela. ita dicit do. Nico. de Neap. in d. l. quinquaginta. ff. de excusa. tut. & Gui. de Suza. in d. l. ij. ff. de adul.

a Agere. *Agere dicitur quis post litem contesta. non ante, quia dicitur agere uelle. Vide Specu.*

Cautela ad excludēdam uel causandam simulationem contractus. XIX.

1 *Contractus quando in scriptis celebrari dicatur, remissiuè.*

SI contractus vēditionis, vel alius
celebratur sine scriptura, simula-
tio potest probari per testes. Sed si
a in scriptis [a] sit cōtractus celebratus,
non potest probari cōtractus per te
stes. ita not. Bar. notabiliter in l. ge-
neraliter. & ibi p Doc. C. de non nu.
pec. & ideo cautela est, vt venditio,
seu contractus fiat in scriptis, vt de
dicta simulatione facilè cōstare pos-
sit. hoc non dico, vt vtaris in malam
partem. Sed quando essent veri con
tractus, & dubitaretur ne aliquādo
possit opponi de simulatione: tūc fa
cias, quòd contractus celebretur in
1 scriptis.* Quando autem dicitur cō
tractus celebrari in scriptis, habetur
per tex. gl. Cy. & Docto. in l. contra-
ctus. C. de fide instru. & de ista cau-
tela vide, quod plenè dixi in tracta-
tu meo, de simulatione contractuū.

a In scriptis. *Simulatio contractus in scriptis celebrati, nō potest probari per testes: sed celebrati sine scriptu, sic, ui de Cy. in l. generaliter. C. de nō nu. pe. facit gl. in uer. in scriptis. & Doc. in l. cōtractus. de fide inst. Bal. in l. multū. in j. col. in uer. sed quomodò probatur. C. si quis alteri uel sibi. Doct. mod. & Pet. de Suz. in l. in exercēdis. C. de fide instru. in l. cùm precibus. de probatio. Bal. plenè in l. j. in ij. col. in uers. denuò quæro. C. plus uale. quod agi.*

Cautela ad prorogandum tempus introductum à statuto in præscriptione. XX.

1 *Instrumentum quo casu, ui iuramenti executionem paratam habere poterit.*

SI ex forma statuti vel iuris debi-
to, vel actioni debitæ præscribatur
aliquo tpe breui, vel etiā x. vel xx. an
nis: cautela est, ꝙ etiā debitū, vel a-
ctio perpetuetur vsq; ad xxx. annos: ad 1
hoc videlicet, ꝙ creditor faciat
opponere per debitorē, qui cōfiteatur
per suum iuramentū se esse debito-
rē in tāta quātitate. quia hoc casu ꝑ-
petuabitur. ita dicit Bar. & Ange. in
l. nā & posteà. §. si is. ff. de iureiurā. ꝑ
illū tex.* Itē iuramentū illud etiā a-
liud operabitur, videlicet ꝙ tale in-
strumentū poterit executioni man-
dari, & sic habebit executionē para-
tam, vt no. Bar. in l. ij. in fi. ff. eo. titu.
qui dicit, ꝙ miratur, ꝙ consuetudo
hoc seruet. & vide circa hoc Mat. de
Mat. ī xj. suo notabili, vbi idē tenet.

Cautela ad priuandum filium à legitima. XXI.

1 *Cessione quando non apparet de reali solutione, sed cedens solū confitetur solutū, ipsa cessio simulata præsumitur.*

2 *Difficile est filiū legitima sua priuare.*

PATER volens excludere filiū
à legitima sua, & sibi retinere bo
na donec viuit, cautela est, ꝙ vendat
alicui bona sua, & promittat tradere
ea post mortē suā, scilicet vendentis,
nā tale debitū quod habet effectum
post mortē promissoris, censetur æs a-
lienum, vt l. hæreditarium. ff. de bo.
aut. iud. pos. & ideo erit detrahendū
antequàm legitima filij. l. Papinia-
nus. §. quarta. ff. de inof. test. Si tamē
appareret de fraude, filius posset re-
scindere vēditionem pro sua legiti-
ma. de quo p Bar. in d. l. hæreditariū.
& ita dicit Io. de Pla. Instit. de inuti.
stip. §. itē si qs. ad fi. vbi subdit, an suf
ficiat si pater cōfiteatur se ꝑtiū rece
pisse: & videtur ꝙ nō, quo ad ꝑiudi-
cium filij nisi appareat de reali rece
ptione. arg. aut. sed iā necesse. cū ibi
not. C. de do. ante nup. arg. per illud
quod not. Bart. in l. per diuersas. C.
man.* vbi dicit, quòd quādo in cessione

sione non apparet de reali solutione, sed sedens solùm cõfitetur solutum, cessio præsumitur simulata. tacit pro hoc quod no. in l. post cõtractũ. ff. de do. 2 *Difficile est priuare filiũ sua legitima sine causa, vel ponere aliquã dilationẽ in ea. vt l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. testa. in §. causas. in authẽ. vt cũ de appe. cogn. Tamẽ cautela est, vt pater instituat filiũ hæredẽ in omnibus bonis, & quod alij alteri relinquat vsumfructum omnium bonorum: nã valebit talis vsusfructus relictus, & filius non poterit se grauatũ dicere in legitima: vt est glo. no. in auth. de trien. & semis. §. prohibemus. quæ etiam ponit in fine sui vnam aliã cautelam priuandi filiũ legitima sua, quando habet solos seruos in hæreditate, & eos manumittat. & ista est vera cautela, quando nuda proprietas à legitima filij sibi tantùm valeat, quantũ valet vsusfructus sine legitima. Sed si minus valeret, tũc filius impuguare posset tale legatum, quia non potest in sua legitima grauari, vt d. l. quoniam in prioribus. ita tenet Ang. in d. §. prohibemus. ad quod adde Bar. in d. l. hæreditarium. de bon. autor. iudi. poss. & quod dixi in præcedenti.

Cautelæ pro uasallo uel emphyteota, ut possint rem alienare, ecclesia, uel domino irrequisitis. XXII.

1 *Protestatio in iudicialibus nihil iuuat.*

2 *Protestatio contraria facto protestantem non releuat.*

3 *Vendens fructus domus pro centũ annis, an alienare uideatur.*

CONSILLIVM siue cautela, quando vasallus vel emphyteota ecclesiæ vult vendere vel alienare, illud quod recognoscit à prælato ecclesiæ, quando prælatus scit, & cõsentit. & primũ consiliũ est, vt vẽdat vel alienet cũ consensu prælati, & totius capituli, & vendat ea lege, qua ipse habet, & æquali psonæ, vt in c. ij. de l. Corradi. in vsibus feud. hoc acto in contractu antè, & pòst, quòd emptor vel acquisitor debeat illud ab ecclesia cognoscere, & sibi seruire pro eo, & venditor vel alienãs debet refutare. ar. c. j. §. j. in ti. qualiter olim feu. pot. alie. & secũdũ hoc emptor vel acquisitor erat successor & vẽditor, vel alienãs tenebitur de euictione, & ecclesia nõ erit læsa, secundùm Iac. de Bel. in ti. de his qui feu. da. poss. in prin. & refert Iac. de Alua. in c. j. §. fi. qui incipit, deniq;. in iiij. col. ante fi. in ver. quare in prædictis quæstionibus. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. in vsi. feu. cui adde, quod dicã in sequẽti. Secundum consiliũ est, & hoc in vsu magis frequẽtat, quod vasallus vel emphyteota, qui vult vẽdere, non vẽdat, sed refutet prælato feudũ, & ipse inuestiat eum, qui empturus est prælato consentiente, & tũc post refutationẽ vasalli prælatus ipse inuestiet eum, qui empturus est, & ipse recognoscere debet feudũ ab ecclesia, & fidelitatẽ facere, & si timet euinci inuestitus, casum euictionis stipulari potest à vasallo, qui vẽdidit de indemnitate sua: put fuerint cõcordes, & istud cõ filiũ cũ præcedenti põt trahi etiã ad vasallos laicorũ, & secularium personarum. ita dicit Iac. de Bel. in tit. de his qui feu. da. poss. in prin. & Iac. de Alua. in c. j. §. deniq;. in fi. iij. col. versi. secundum consilium est. in titu. quæ fu. pri. causa be. amit. Consilium siue

cautela, quando vasallus siue emphyteota vult vendere, vel alienare feudū vel emphyteosim, irrequisito domino. Primū consiliū est, q vasallus siue emphyteota vendat, vel alienet saluo iure domini vel ecclesiæ, & q in instrumēto dicat, saluo iure domini, vel ecclesiæ: aliàs caderet à iure suo. ita ī eff. ctā vult Bal. in c.j.§.donare. in vlti. col. in tit. qualiter olim feu. pot. alie. & vide Bal. in tit. de pace Cōstā. in §. libellare. in xxv. col. & in l. fi. C. de iure emphy. & Iac de Alua. in c.j. in prin. antepenul. col. in fi. de prohi. feu. alie. per Fede. Sed idē Bal. in §. fi. in iij. co. in ver. sed pone partis. ita dicit. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. licet sit dictū, saluo iure domini, vel ecclesiæ: inde tamē si pcessum est ad traditionē sub illa forma, q illa verba nō releuant, 2 quia cùm nō sit denūciatū domino, clàm videtur fieri, & per cōsequens
3 dominus contēnit. Itē in iudicialibus nō iuuat protestatio. quid si adijciat ista verba, nec aliter, nec alio modo? qa tūc nihil videtur actū fore, nō perderet feudū vel emphyteosim. nā constat, q intendat alienare, nisi possit hoc saluo, & non aliter, iuxta notata in simili l. si quidem. C. de exce. & ff. fami. er. l. itē Labeo. §. j & ff. de manu. testa. l. si quis locuples. & licet ista cautela verborū videat bona, tamē Bal. in l. vnica. ī xvj. q. C. de his, quæ pœnæ no. rel. videtur cōtrariū dicere, vbi dicit, q licet vasallus dicat, Vēdo & trado, reseruato consensu domini, & aliter nō protestet, nō releuat: qa in ipso facto requirit licētia, & qa traditio est facti, & sic facti est cōtrariū ptestationi. vnde qū est de futo cogitatū, nō excusat delictū. l. iubemus. C. de sacr. san. vnde nō alienatio. & quāuis Bal. in d. l. vnica. nō dicat, saluo iure dñi, sed reseruato cōsensu domini, tamen in effectu illa verba in idē tēdunt. & vide de hoc Cardi. in c. ij. extrà de feu. & Iaco. de Alua. in c. j. in pe. col. in titu. quæ fuit prima causa benefic. amit. Vnde ex prædictis patet, q prædicta cōsilia nō videātur esse tuta. Alij apponūt aliud consiliū, videlicet q vasallus vēdat vel alienet, saluo honore domini, per ea q̄ dicta sunt s. saluo iure domini, tamē cōtrariū est verū, scilicet q illa verba nō releuent: quoniā pter istā alienationē vasallus feudo priuet, vt singulariter not. Host. vt refert Bu. in c. cā te. de iureiurā. & idem tenet Ludo. de Rom. in cccxciij. singulari, qd incipit, Tu habes q vasallus. q. d. quod ideo est, qa protestatio cōtraria facto nō releuat protestātē, vt in c. solicitudinē. extrà de app. & in c. cū M. Ferrariēsis. extrà de cōstit. & l. cū in plures. §. locator horrei. ff. locati. & plenè probat ī l. nō solū. §. morte. ff. de noui. ope. nūcia. Requiritur enim cōsensus domini in alienatione feudi, primò vt recognoscat ī superiorē, & ne sibi pīudicetur, vt in c. j. de alie. feudi. facit etiā tex. in l. debitor. ff quib. mo. pig. vel hypo. sol. Datur etiā per aliquos aliud cōsiliū, videlicet q vēditio vl alienatio fiat sub ista cōditiōe, vēdo vel alieno tibi, si & inquātū de iure possum, & nō aliter. quo casu licet sequatur traditio, tñ vasall alienās nō cadit à feudo, secūdū Iac. Arison. de Barolo Veronēse, in sua summa, qui bus mo. feu. amit. sub rubrica, si vendat sub cōditione. ff. de acqui. pos. l. si me in vacuā. post prin. & l. qui absenti.

senti. §.j.&.ff.de vi arma.l.cũ fund°. C.de episc.audi.quod est verũ sec ĩ-dũ Bal.in c.j.§.hos quoq;.in pen.co lũ.in ti.de suc feu.quãdo captio domini posset interuenire p corporalẽ traditionẽ,vt puta castri: quia vix dominus posset recuperare,qa dol° 3 esset in traditione, qui debet purgari per amissionẽ feudi.ff. de dol.l.& elegãter.& ita dicit se ibi cõsuluisse. & ita etiã tenet Iac.de Alua.in c.j.in prin.pe.co.circa prin.ver.quæro qd si vasallus vẽdat. in tit.de prohi.feu. alien.per Fede.in vsi.fendo.Dat vlterius aliud cõsiliũ,videlicet ꝙ vendat sub cõditione, si domino placuerit, per l.si quis locuples.in fin.ff.de ma. test.& ff.qui & à qui.l.v. in princ.ita dicit præfatus do.Iac. de Arisoni de Barolo,in sua summa.in d. tit. quib. mo.feu.amitta.in rubricella, si vendidit sub cõditione.& Bald.in c.j.§. æquè.in pe.col.in ti.de suc.feu. & Iaco.de Alua.c.j.in princ.in pe. col.in ti.de prohi.feud.alie.per Fed.in vsi. feu.Bar.etiã dat aliud cõsilium siue cautelã,scilicet ꝙ dicatur in instrumẽto hoc modo : Vẽdo vel alieno tibi,si nõ reuocauerit dominus, aliàs sit inempta.ita dicit Bar.in l.si qs locuples.ff.de ma.test.Posset dari & aliud cõsiliũ,ꝙ emphyteota vel vasallus vendat perceptionẽ fructuũ per se,& suos hæredes,quo casu nõ videtur, ꝙ cadat à iure suo, quia cõcedit vel vendit ipsãm pceptionẽ fructuũ, quæ est quid facti, nõ autem suũ ius vendit.s.vtile vel aliud: vt probatur in l.necessariò.§.si.cõiuncta glos.in ver. tuum sit.hoc est perceptionem fructuũ.ff.de peri.& cõmo.rei.vendi.& p tex.glo.in l.arboris.§.vsufructuarius.ff.de vsufru. & per id quod not.Bar.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publica.& in l. Aquilius Regulus.ad fi.ff.de dona. & hoc videtur tenere Archi.lxxxix.di.indebitum.in prin.& istud videtur tenere Bar.in l.codicillos.in l. instituto. ff. de leg.ij. °vbi dicit, ꝙ vendens fructus domus pro centum annis, non videtur alienare . de quo ibi vide. Sed aduerte,quia secũdum consiliũ non videtur bonum, quando venderentur fructus pro longo tempore, sed solùm quando venderentur ad modicum tempus,quia tunc non est alienatio,secundùm Bal.in l.voluntas.vers.sed quid si vasallus. C.de fideicom.Itẽ istud cõsiliũ licet videatur tutũ,saltem quando pro modico tempore fructus vendũtur,tamẽ nõ credo,ꝙ sit tutũ, si esset vasallus pro aliqua decima, quia cũ in laico non possit cadere decima , nec ius decimandi, sed solũ quædã facultas potius percipiendi fructus in re decimali,iuxta ea,quæ habentur in c.causam.de præsc.& c.ad hæc.& c.quamuis. extrà de deci.xvj.q. vij.c.j. vnde hoc casu, si vasallus venderet totum illud,quod haberet in re decimali,siue in decima,quia nihil habet nisi illam perceptionẽ, & sic perinde est, ac si venderet omne ius, quod habet,cogita tamen.Ex prædictis aliàs dedi aliud cõsiliũ,videlicet,quòd omnia supradicta cõsilia simul iungũtur hoc modo , videlicet vendo vel cõcedo fructus,vel ipsam perceptionem fructuum, quæ est facti, vt dixi in præcedenti consilio, cum hoc, si domino placuerit, vel si dominus non reuocauerit,& sic saluo & salua iurisdictione,& honore,& consensu domini,& si de iure possunt,nec ali

ter nec alio modo, si autem domino non placuerit, vel ipse non consenserit, vel reuocauerit, vel de iure nō possum, res sit inempta, vel vēditio, vel alienatio sit irrita, & ipso iure nulla. & ista cautela erit tutissima, & ideo not. eam.

Cautela q̃ non obstante l. commissoria, quæ in pignoribus improbatur, pignus efficiatur creditoris. XXIII.

1 *Creditor in instrumento debiti pactū apponere non potest.*

1 DEBES * scire, q̃ creditor [a] nō
a potest apponere in instrumento debiti pactum hoc, videlicet q̃ si non soluatur ad certū tempus, q̃ pignus detur in solutum ipsi creditori pretio, quo ipse creditor voluerit, vel æstimauerit. in toto ti. de pac. pi. & de le. cōmi. in pig. rescind. Modò, hoc modo pōt adhiberi vna no. cautela pro vsurarijs, q̃ faciāt fieri contractū, & apponatur pactū, q̃ debito ad tempus non soluto pignus detur ei insolidū iusto pretio æstimando arbitrio talis vel talis, quos nūc eligimus in arbitratores & bonos viros, quod no. qa laudabilis est cautela: nā alij arbitratores illius vsurarij erūt amici, & facient æstimationem prout ipse vsurarius voluerit. & hoc per tex. in l. si fundus. §. fi. ff. de pig. & ita no. Ang. ibi. Hanc autem cautelam nota, nō vt ea vtaris ad malū, sed vt scias cognoscere, si alius vellet vti malitia, vt euites.

a Creditor. *Creditor an & quī potest sibi retinere rē debitoris p debito, uid. Bar. in l. si non inducta. C. in quib. cau. pign. taci. contra.*

a Cautela pro tutore quando celebrat contractū nomine pupilli. XXIIII.

a Tutore. *Tutor debet facere tanquā tutor, quod facturus est. l. si qua. §. j. et ibi Bar. ī uer. sed et si tutor. ff. in. sol.*

1 *Tutore coniunctorum ratione dolus, uel culpa abesse præsumitur*

1 RATIONE * consilij coniunctorū præsumitur à tutore abesse dolus vel culpa. argu. l. etiam. C. si tu. vel cu. interue. secundùm Bald. in l. Polla. C. de his q. vt indi. & ideo tutor sit cautus, quādo aliquid facit p pupillo, de quo dubitat, ne posteà ipse vel hæredes eius teneātur, q̃ faciat illud cum consilio coniunctorū pupilli, & hoc faciat scribere in instrumēto. quod not. singulariter tu, qui vis esse tutor.

Cautela ad impediendū inquisitionem in criminali. XXV.

1 *Iudex quo casu potest de delicto inquirere, an debeat citare personam offensam ad sciendum, an accusare uelit, et sibi terminū ad deliberandū statuere.*

TV scias, q̃ iudex in causa criminali potest procedere per
a inquisitionem[a], vt habetur in c. qualiter & quando. de accu. & in l. ij. §. si publico. & ibi per Bar. ff. de adult. & plenissimè per Ange. in repeti. l. si
1 vacantia. C. de bo. va. lib. xj. * Sed dubium est nūquid eo casu, quo iudex potest de delicto inquirere, debeat citare personā offensam ad sciendū, an velit accusare, & sibi statuere terminum ad deliberandum. Et dicas q̃ sic, quia iudex nūquàm potest procedere ad inquisitionem, nisi prius moneat personam offensam, vel aliā, cuius interest ad sciendū, an velit accusare statuēdo sibi terminum ad deliberādū, vt est gl. i c. presbyter si à plebe. ij. q. v. de qua fecit festum Bald.

Bal. in l. senatus. C. qui accu. nō pos. & est magna cautela ad impediēdū inquisitionē per iudicē, opponendo sibi, vt moneat psonā offensam, vel aliam cuius interest ad deliberandū, statuēdo sibi terminum si velit accusationē prosequi, ita infra id tempus poterit aliqd poni facere. & ita etiā tenet Lu. de Ro. in quodā suo singulari, qd incipit. de doctrina iniqui.

a Inquisitionem. *Inquisitio non tollitur, si offensus uelit accusare pœnitendo, quia prius dixit nolle accusare. Bal. in l. accusatorem. ij. col. C. qui acc. non poss. & in l. ea quidem. pe. col. de accusa. & Alex. in l. si maritus. ff. de adul.*

Cautela quòd causa non exeat de manibus iudicis. XXVI.

1 *Appellationis causa delegari potest.*

CAVTELA, quòd aliqua causa nō exeat de manibus domini potestatis, ad dominiū Venetorū, vel de manibus episcopi, ad Archiepiscopū, est quòd Episcopus vel potestas deleget causam, & si appellatur à sententia lata per delegatum, appelletur ad ipsum Episcopum, vel potestatē delegantem, qui iterum deleget, quod
1 potest.* quia causa appellationis potest delegari, vt l. cùm post sententiam. C. de appella. & no. gl. & Ange. in l. eos. in princ. eo. tit. & si iterum appellet ad ipsum Episcopū, vel potestatem, tunc ipse Episcopus, vel potestas possunt cognoscere, ne tertio loco liceat appellare, & sic per istum modum delegando bis, causa nō exibit de manibus ipsius episcopi vel potestatis. & hoc tenet Rapha. Fulg. in l. eo casu. C. de appel.

Cautela pro debitore ad prolongādū solutionē debiti. XXVII.

1 *Promiserit si quispiam uel sit condēnatus alicui soluere id, quod debet ad certum tempus sub certa pœna, si debitū non fuerit liquidum, ne in pœnam incidat, quid agere debeat.*

NOTA, quòd vbi debitum non est liquidū, exemplum in eo, qui est iussus reddere rationem per iudicem vel arbitriū, & sub pœna & infra certum tempus siue terminum, & sunt rationes intricatæ vt mercatorum, quòd non potest condemnatus videre an esset creditor vel debitor, tunc sufficit, quòd cōdemnatus compareat, & dicat, quòd calculatis & visis rationibus dico me esse debitorē in vno denario, & ecce illum, & si appareat plus me debere, ecce fideiussorem pro residuo, & sic debet deponere vnū denariū & præstare fideiussorem de residuo, & erit securus. text. est singularis secundū Dy. in l. statuliberū. ff. de statulibe. secūdū Ange. qui ita no. in l. quarta §. ait prætor. ff. de reg. iur. qui allegat aliam legē sociam in l. seruus si hæredi. §. fin. ff. de statulibe. & vide omnino Ange. in l. si residuā. C. de distra. pig. & in l. ij. C. debi. ven. pig. impe. nō po. & in l. ij. C. de vsufr. leg. & Bal. in l. j. §. j. in prin. iiij. co. in ti. de leg. Corra. in vsi. feu. Et ex prædictis collige cautelā,
1 *quòd si aliquis promisit, vel est condēnatus alicui soluere id quod debet ad certum tempus, sub certa pœna, si debitum non est liquidum, dicat se esse debitorem in vno nummo, & illum offerat in iudicio deponendo, & præstet fideiussorem, qui se obliget de soluēdo omne id, in quo apparebit ipsum esse debitorem, & petat, quòd eligantur arbitri & calculatores: quo facto, etiam si labatur terminus soluendi, nō incidit in pœ-

nam, donec debitum nõ fuerit liquidũ, quod est no. pro mercatoribus, & negotiorum factoribus. Aliquis emit vnam rem, & promisit soluere pretium sub pœna, vel simpliciter, non potest illud soluere, cautela est, vt excusetur, si non soluit: si vidit, ꝙ venditor nõ est potens ad satisdandum, submittat amicum suũ, qui litẽ mouerit, & petat, quòd sibi satisdetur. nã si venditor non satisdederit 1 propter impotentiam, nõ tenebitur emptor soluere pretium, secundùm Ange. qui ita no. in l. ij. §. stipulatio dupli. ff. de præto. stipu. qui subdit, quòd aduersus hanc fraudẽ est remedium duplex. Primum, quòd emptor iuret de calumnia. arg. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & idẽ no. Io. de Pla. Insti. de suspect. tu. §. si. versi. sed quæro qualiter. Sed dicit Ang. in d. §. stipulatio dupli. ꝙ istud remediũ hodie est derisoriũ, cũ homines sint valde proni ad deierãdũ: & ideo solũ remediũ est, si vẽditor obijcit de calũnia: in examinatione iudicis est, quòd nõ audiat emptorẽ, si verisimiliter inspiciatur litẽ per calũniã motã. ar. l. fideiussor. cũ gl. in ver. sed erit. q̃ exponit. scilicet in animo iudicis. ff. qui satisd. cog. hanc tamẽ cautelam docui, vt nõ ea utaris ad malum.

Cautela quòd quis non teneatur actione iniuriarũ. XXVIII. 1

1 *Familiaris nõ tenetur de eo quod eius rectoris iussu fecerit.*

DVCTVS ad carcerem, vel ad alium locum vituperosum per militem, vel alium officialem alicuius potestatis seu rectoris, potest agere actione iniuriarũ cõtra ductores, vt probatur in l. iniuriarũ. §. si qs. ff. de iniur. & ideo sit cautus prætor vel rector, si est oblatus libellus in actione iniuriarum contra aliquẽ de sua familia, elapso tẽpore ad dãdũ libellum contra ipsum. de quo in l. j. C. omnes cau. tam ci. quàm cri. faciat reum cõuentum articulare & probare, quòd hoc fecit de mãdato rectoris, & ipse etiã rector hoc cõfiteat, ꝙ fieri fecerit hoc pro officio exercẽdo. * Nã tũc familiaris non tenebit: quia debuit iussui rectoris obedire: per d. §. si quis. quod no. in l. non videtur. §. qui iussu. de re iud. nec etiã rector tenebitur ex quo est elapsum tempus syndicatus, licet aliàs tenere tur, & sic vterque erit securus, & ita in effectu no. Ange. in d. l. iniuriarũ. §. si quis. ff. de iniurijs.

Cautela quòd ualeant gesta à minori parte una de collegio. XXIX.

1 *Rector scholarium, si duæ partes congregari noluerint, contumaces priuare potest, & tunc eorum uoces ex translatione penes alios erunt.*

IN vocibus etiam habet locũ ius electionis, morte, priuatione, & suspensione, & ideo, qui nolunt cõgregari, possunt eorum voces suspendi 1 & priuari, & sic non erunt de numero electorum, si sunt suspensi ex iusta causa, puta per contumaciam. extrà de consti. c. ex literis. ff. de fideicom. liber. l. si legatario. §. j. * Et sic potest facere rector scholariũ, si duæ partes nolunt cõgregari, priuet contumaces, & tunc voces eorum erunt penes alios, vel potestas vocũ ex trãslatione, quia ista est priuatio, non translatio, & sic rector facta vniuersitatis expediet. ita no. dixit Bald. in l. vnica. in vlti. q. C. qñ nõ pe. partes.

Cau

Cautela quòd quis nō possit accusari criminaliter. XXX.

1 *Pax quando amicorum inteructu inter rixantes facta fuerit, ne possint criminaliter accusari, libellus ciuilis produci debet.*

TV DEBES scire, ꝙ vbi pro eodē facto potest criminaliter & ciuiliter ad vindictā agi, si actum est in vno iudicio, in alio nunquàm agi pōt, secus si nō sit actū ad vindictā ciuiliter, sed ad ꝓsecutionē rei familiaris, quia tunc exactione facta ex vna via, nō tollitur alia, vt probat in l. quod senatus. ff. de iniur. coniuncta l. ij. §. j. ff. vi bo. & not. Ang. in d.

1 d. l. qđ senatus.* Et ꝓpter hoc tu sumas cautelā, quando inter rixantes interuētu amicorū facta est pax. nā vt nō possit criminaliter accusari iniuriā ferēs ex magnitudine & ex grauitate pœnæ, & vt ita dixerim de solerti, remediū est, ꝙ ꝓponat seu ꝓducat libellus ciuilis^a ad vindictam. Nā lata sententia sup ea nō pōt accusari criminaliter, vt no. Ang. in l. ꝑtor. §. si dicatur. ff. de iniur. qđ est valde no. melius tñ faceret iudex præueniendo in ꝓcedēdo criminaliter ad vindictam publicā, vel inquisitionē, iuxta no. in c. qualiter & qñ. ij. de accu.

a Libel. ciui. *Libellus in actione iniuriarum ciuiliter mota formatur sic. Vellem potius perdidisse mille ducatos quàm pati talem iniuriam. Cy & Do cto. in l. si nō conuit. C. de iniur. & per Bar. & Bal. in l. iniuriarum ff. eo. tit. Lanfran in trac. de arbitrij. par. c. j. co lum. & hoc tenet Cardi. in Cle. j. §. ci I uitas. de pœn. ubi etiam dicit, quòd iudex postea taxabit. ij. q j. in primis. iij. q. iii. quod fieri. Instit. de inst. §. datur. in Spe. eo. ti. uer. in hac. vide tamē Alexan. consilio ccxj. ij. parte.*

Cautela quod non facta excussione contra debitorem, possit fieri contra debitorem debitoris. XXXI.

1 *Debitor quando constituit se tenere & possidere nomine creditoris omnia bona sua, si ipse debitor aliquā rem suam alienauerit, creditor contra possessores agere poterit, nulla excussione ex conductione facta.*

REGVLARITER quis non potest agere cōtra tertiū possessorē vel debitorē debitoris, nisi facta excussione, vt habetur in authē. hoc si debitor. C. de pigno. Sed cautela est, ꝙ possit agi cōtra debitorē creditoris, per creditorē nō facta excussiōe etiā hoc modo, videlicet ꝙ creditor ideq; debitor mandet & cedat suas actiones suo creditori: nam tūc vt ꝓcurator in rē suā habebit exercitiū directoriū: cōtra quas talis exceptio excussionis non factę non poterit opponi. & dicit Cy. in l. ij. in fine. C. quando fiscus vel priua. ꝙ ad eas mandandas poterit cogi, per l. si conuenerit. ij. in prin. ff. de pig. act. Et ideo sis cautus, ꝙ in instrumento obligationis bonorū facies adijci, ꝙ extunc mandat tibi, & cedat actiōes contra suos debitores, faciēs te ꝓcuratorem in rem tuam: ita dicit no. Salycet. in l. nomen. circa fi. pe. quæstionis. C. quæ res pigo. obli. pos. & dicam in cautela sequenti. In præcedenti cautela dictum est, regulariter requiritur excussio: & ibi dedi vnā fallentiam cū vna cautela.* Sed nūc adde aliam, videlicet quód debitor constituat se tenere & possidere nomine creditoris omnia bona sua, iuxta no. in l. quod meo. in princip. ff.

de acqui.possess.& l.ab emptione.ff. de pac.vel se cõstituat possidere precario nomine creditoris,iuxta l.interdum.ff.de acqui.pos.tunc si debitor alienet aliquam rem suam,poterit creditor agere contra possessorem nulla facta excussione,non dico hypothecaria,sed condictione ex l.fin.C.de acqui.possess.& etiam nõ excussis alijs,si plures erant ad idem debitum obligati,secundũ Iac.But. in aut.hoc si debitor.C.de pig.& ibi etiã ponũt Doc.& idẽ sequitur Ang. & Raph.Cu.& Imo.in l.exitus.de acqui.possess.& Ang.in d.l.fi.& in c.cũ venissent.de causa possess.& ꝑprie. 1 & in repertorio suarum conclusionũ,in ver.excussio.& Flo.in d.aut. hoc si debitor.& Ang.de Are.Instit. de act.§.item si quis in fraudẽ.Præterea semper sis cautus,vt apponi facias in fine cuiuslibet instrumẽti vbi est obligatio bonorũ,vt adijciatur q̃ bona dictus debitor,vel dictæ partes cõstituerunt se tenere & possidere omnia bona sua vsq; ad plenã & integram satisfactionẽ:quia hoc casu non erit opus excussione,& ita vidi sæpius iudicari,& ita in ciuitate Veronæ practicatur.

Cautela ad impediẽdum rei alienationem. XXXII.

1 *Parẽtes quæ uerba cõcipere debeãt,quãdo uolunt prohibere filios alienare.*

MVLTI SVNT modi prohibẽdi alienationem a alicuius a rei,ita quod valeat & obscuretur ꝑhibitio cum effectu,& vnum modũ siue cautelã vidimus suprà.Sed nũc adde aliam,videlicet ꝙ dicatur relinquo,vel vendo,vel dono,vel concedo,vel relaxo tibi talem rem cũ hoc pacto & cõditione,ꝙ tibi non liceat alienare,& si ad aliquem actum alienationis deueneris,tunc dominium ad me reuertatur,vel ad tertium,& in eo casu,vt ex nunc prout ex tunc constitues te meo nomine,vel tertij possidere:nã isto casu non expectabo,quòd perfectè alienes,sed cũ incipies alienare, statim redit ad me vel transit ad tertiũ.& ita tenet Bart. in l.qui habenti.§.j.in fi.ff.de acqui. possess.& l.filius mulieris.§.dittì.ff. de lega.j.& l.si ita quis.§.ea lege.& ibi per Ang.& Raph.& Imo.& Doc. ff.de verbo.obli.& per Ang.de Are. Insti.de act.§.item si quis in fraudẽ: *quod no.quia sæpenumero parentes prohibent filios alienare,vt scias qualiter debes concipere verba.

a Prohibendi alienatio. *Prohibitio alienandi facta per testatorem hæredibus,quando ualet,in l.pater.§.Iulius Agrippa.& §.quindecim.& ibi Dy. de lega.iij.in l.filiusfa.§.diui.& ibi Bart.de leg.j.& Abb.in c.Raynaldus. in vj col in princ.in gl.in uer.neutra pars.de test.Old.consi.cciiij.incip.prima dubitatio.& Spec.de propr̃ie.§ j. uer.est & alia utilis rei uẽdicatio ĩ positionibus rei,& ualet etiam si fiat in perpetuum,ut ibi,& Alex.in l.si non for..§.si centum.de condi.inde.*

Cautela pro iniuriato,si uult agere actione iniuriarum. XXXIII.

1 *Iniuriatus casu quo pro uindicta iniuriarum actione agere non possit:potest tamen agere l.Aquil actione ad damnorum satisfactionem.*

SCIANT oẽs,q̃a si alicui est facta iniuria aĩo ĩiuriãdi,põt agere actiõe iniuriarũ ĩuriat* regulariter, vt habetĩ toto ti.de iniu.ff.&.C.Inst. & maxiẽ ĩ l.fi nõ couitij.pCy.&Doc. C.de

C. de iniur. Sed ista regula fallit, quãdo ille, cui est illata iniuria malefactorẽ accusat, vel iudicẽ instigat, & sollicitat, q͂ malefactor torqueatur, & dãnetur ad vindictã publicã: quia tũc si fuit punitus per iudicẽ, nõ põt posteà agere actione iniuriarũ, pro iniuria sibi illata: q͂a eo ipso q͂ fuit tortus vel condẽnatus per iudicẽ, satisfactũ est iniuriæ suæ secundũ voluntatẽ suã, vnde videtur illã iniuriã pro sui emẽdatione remisisse, vt est tex. & ibi Bar. in l. sed si vnius. in §. sed si ante iudicem. ff. de iniur. facit tex. in l. interdũ. §. qui furẽ. ff. de furtis. Vnde sis cautus tu iniuriatus, q͂ aut tu non facias ista, aut si facias, protesteris, q͂ per hoc tu nõ vis tibi præiudicare, quin pro tuo interesse agere possis actione iniuriarũ. l. fin. ff. de iniur. & ita tenet etiã Ange. de Aret. in suo tractatu maleficiorũ, in ver. nec non ad querelã. in pen. col.

1 *Sed aduerte, q͂ licet iniuriatus in casu prædicto nõ possit agere actione iniuriarũ pro vindicta, tamẽ põt agere actione l. Aquil. ad satisfactionem damnorum. l. seruus meus. ff. de iniurijs, secundũ Angelũ, in dicta l. sed si vnius. §. sed si ante iudicẽ. ff. de iniurijs. quod bene nota, quia de hoc fui sæpe interrogatus.

Cautela pro illo qui securè uult emere rẽ litigiosam, lite pendente. XXXIIII.

1 *Litigium nõ obest nisi litigantibus tantum, non autem extraneis.*

DEBES scire, quòd res litigiosa efficitur per libelli porrectionẽ, & litis cõtestationẽ, ita quòd solet dici, quòd non potest vendi, vel aliter alienari pendente lite, donec duret litigiosa, vt habetur in toto titulo. ff. de litigio. & C. si tamen efficitur res litigiosa: *quia tale litigium non obest nisi litigantibus tãtùm, & non extraneis, vt est glo. no. in l. j. versicu. non poterant. ff. de litigio. vnde si inter te & me contendatur de dominio alicuius rei, duo tertij non litigãtes poterunt super illa contrahere, nec eis obstaret vitium litigiosi, & ideo sis cautus quãdo vis emere rem litigiosam, vt non emas eam à litigante de dicta re, sed à quodam tertio, secundùm Angelum, qui ita notat in authent. de religiosis, in princip. quod no. est. 1

Cautela pro assessoribus potestatis, quod nõ patiatur scribi apud acta, quod de eorum cõsilio potestas criminosum condemnauit. XXXV.

1 *Potestates terrarũ si ferant sententiã iniquã de consilio iudicum de curia, qua pœna tenetur ipse potestas, & oẽs alij iudices tenentur.*

QVANDO fit processus per dominum, potestatem, vel alium superiorem, & fertur sententia, & dicitur sub examine iudicis maleficiorum, sicut communiter fiunt inquisitiones & sententiæ, quæ hodie formantur per rectores terrarum, dicũtur ita fieri per iudices, sicut per ipsos rectores: & ideo si iniustitia facta fuerit, ita tenetur iudex maleficiorum, sicut rector. ita no. Angel. in authen. de litig. §. tamen. in fi. & pro hoc allego tex. in §. quoniam verò. in authen. vt nulli iudi. vbi Ang. dicit per illum tex. *quòd si potestates terrarũ ferunt sententiã iniquã de cõsilio iudicũ de curia: & quòd qua pœna tenetur potestas, tenẽtur & oẽs alij iudices: & ideo sint cauti 1

assessores iudices maleficiorũ & cõsiliarij, ꝙ nunquàm in actis patiatur scribi, ꝙ sententia eorũ consilio vel deliberatiõe ita lata fuerit, aliàs possent cõueniri tẽpore syndicatus, & eã pœnã sustinere, quã rector & potestas, vt dicit Ang. in d. §. quoniam verò. Et sis cautus, ꝙ etiã protesteris, ꝙ tu nõ consentis, ne tacendo videaris consentire, iuxta ea, quę habẽtur in c. nónne. de præsumptio. & Barto. & Docto. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio.

Cautela contra illum, qui dat operam, quòd legatum alteri factum adimatur à testatore. XXXVI.

1 *Actio doli, uel in factum subsidiaria, quibus in casibus locum habeat.*

LICET cum verbis blandis sit permissum inducere aliquẽ ad ipsum instituẽdũ hęredẽ. argumen. l. fi. C. si quis ali. te. prohi. tamen si aliqs p suas suggestiões operatur, vt relictũ alteri factũ testator adimat, vel quia volebat relinquere, & non reliquit, sicut de facto sæpe contingit in agnatis, qui tantùm testatori persuadent, & bona sua, quę pauperibus distribuẽda reliquerat, reliquit eadẽ eisdẽ. tenetur tunc actione de dolo, vel in factũ subsidiaria illis, q̃bus ademptũ est, vel eius solicitudine non relictũ. ff. de doli excep. l. j. & tene menti: quia est casus quotidianus, vt dicit Angelus in d. l. fi. C. si qs ali. ex quo tu sumas cautelã, quòd si aliquis te instituit, vel aliquid tibi reliquit, & aliquis per suggestionẽ vel solicitudinẽ vel importunitatẽ curauit adimendũ tibi relictũ vel lega-1
1 tum, & sibi relinquendum, *quòd per actionẽ doli vel in factũ subsidiaria poteris petere ea, quæ tibi in testamento relicta sunt. facit l. j. & qd ibi no. C. de pe. bo. subla. libr. x. & not. bene, quia vidi semel de facto practicari.

Cautela quomodo ualeat statutum, quòd à sententia inferioris non possit appellari ad superiorem. XXXVII.

1 *Partes in arbitrũ cõpromittere possũt, et per hoc appellationi renũciare.*

VIDISTIS in c. veniẽs. extrà de iureiuran. ꝙ ciuitas, quę recognoscit superiorẽ, vel alius princeps inferior non possit facere statutum, ꝙ à suis sententijs nõ possit appellari ad superiorẽ. & habetur per Bar. & Doct. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. Sed nũquid possit adhiberi aliqua cautela, vt tale statutũ valeat & seruetur pręcisè? Dicas ꝙ sic hoc modo, videlicet ꝙ omnes ciues & princeps inferior promittãt, & iurẽt seruare statutũ prout iacet, & renuncient appellationibus interpositis & interponendis in quacunq; alia forma, præterquàm in forma à statuto cõcessa. C. de tempo. appel. l. fin. in fi. nã per pactũ potest renũciari appellationi, & causæ, & scripturę principali, de necessitate sapit natura appellationis. argu. ff. de suspe. tuto. l. post finitã. & sic per statutum vallatum pacto potest fieri plus quàm per statutũ simpliciter. & si dicatur, istud pactũ fit per fraudẽ supioris: respondetur, ꝙ superior nõ debet hoc aspernari, si partes ad seinuicem cõponunt, vt ff. de noui operis nunc. l. j. §. post operis. *Nã & possunt partes compromittere in arbitrum, & per hoc renunciare appellationi, vt l. diem proferre. §. stari. ff. de

de arbit.& vide glo.in c.veniens.de iureiuran. nec propter hoc dicitur derogari superiori, & ideo à simili ita dicendũ est in proposito ad hoc. C.de pac.l.post quã liti.& l.iij. C. de fide instru.& l.tale pactũ. in §. qui prouocauit.ff.de pac.& istã cautelã ponit in effectu Bald. in c. veniens. quam bene notet, qui habet condere statuta vel reformationes in ciuitatibus vel locis recognoscentibus superiorem.

Cautela ad instituendum filium spurium. XXXVIII.

1 *Spurius à defuncto aliquid capere nõ potest.*

2 *Spurius quamuis non possit ex patris re aliquid habere, tamen propter patris rem aliquid habere poterit.*

3 *Substitutio in spurium facta quomodo ualere poterit.*

NVNC videamus cautelas, quas multi conati sunt adhibere, vt per indirectũ parentes filijs spurijs, vel aliàs illegitimè natis, hęreditates vel aliquid relinquere possint, vt habetur per Bart.in l.si gener. ff. de his, qbus vt indig.& l. si is qui duos. & ibi per Doct.ff.de liber.leg.& per Doctor.in l.in tempus.in principio. ff.de hæredib.instit.& per Bal.in l.j. C.pro socio.& plenissimè per excellentẽ Doct.domi.Ludouicũ de Sardis de Ferraria, in quodã suo libello de na.lib.& alijs illegitimè natis, seu de legitimationibus. in vltima charta, & multas per ordinẽ collegit Vbertus de Bob.Et prima est, si veniẽtes ab intestato promiserunt spurijs nõ attentare hęreditatẽ patris.C. de na.lib.l.j.nã tunc spurius obtinebit hęreditatẽ secundùm Vbertum.sed certè hoc non procedit secundùm prefatum Ludo.quia si venientes ab intestato non acceptarunt hæreditatem, applicatur fisco, vt d.l.j.Aduerte tamen, aut illa hæreditas ex voluntate & iudicio patris, est penes spurium, & tunc si venientes ab intestato eã nõ acceptant, applicatur fisco. & ita loquitur l.j. Aut ex voluntate patris & iudicio nihil peruenit ad filiũ per se vel per interpositam personam, tunc sequentes hæredes vel venientes ab intestato possunt mortuo patre relinquere donare, vel vẽdere spurio a: quia hoc non reperitur prohibitum, nec est presumptio fraudis, quia videntur potuisse de suo largiri.argumẽ.ff.de iure fisci.l. cùm tacitũ fideicõmissum.in fine.Et ita potest saluari quod dicit Vber.secundũ Ludo.præfatum. Ego de hoc allego tex.cũ gl.no.in aut.qb. mod. na.effi.sui. §.h.col.vj. Secunda cautela est, vt instituas spuriũ, & roges eum, vt alij restituat, & tunc si nollet sibi restitui, remanebit penes spuriũ.ff.de leg.ij.l.cũ ei.& ff. si qs ali. test.prohi.l.j. §.sed & si legatum. ad Trebel.l.cogi. §.qui solidum. secundùm Vber.& de hoc habetur in l. antequàm.C.de fideicom.secundũ do. Ludo.de Sardis in dicto suo tract.in fi. dicit, quòd hoc non putat esse verum, quia talis hæreditas est pro nõ scripta.C.de hæredi.instit.l.j.& ideo pertinet ad venientes ab intestato, vt ibi no.& in l.iij.ff.de his, quę pro nõ scri.Sed tu dicas, quòd si ille, cui debet fieri restitutio per spurium, non vult acceptare restitutionem ipsius spurij, & hoc cõstat, & tunc remanet apud spurium etiã legitima, quia tunc spurius intelligitur habere ab eo potius quàm à testatore.argu.

gu.l.si nupta.§.fi.ff.de fun.do. & ar. l.profectitia.§.si prius. cōiuncta gl. ibi.ff.de iure do. Aut renūciat in fauorē venientiū ab intesta. & hoc cōstat, & tunc applicabitur illis, & nō spurio, eadem ratione. Aut sumus in dubio cui debetur hęreditas: & debetur veniētibus ab intestato, vt no. in l.j.C.de hæredi.insti.nisi ex cōiunctione & amore personarū aliud sit dicēdū, videlicet ꝙ esset amicus spurij, & nō venientiū ab intestato, vel esset maior amicus.ar.l.sed si plures.§.in arrogato.cū ibi not.ff.de vulg. & pupil.& l.si ꝓprio.§.procurator, vt in cęteris.ff.de procur.cū simi. & hoc mō intelligas cautelā pcedentē.

Tertia cautela est, ꝙ pater instituat regē Francorū vel aliū similē, & ei⁹ filios & nepotes vsq; in infinitū sub cōditione, si ꝑsonaliter veniat ad capiēdā hrēditatē, vel sub alia cōditiōe nō verisimiliter, adimplenda: & interim relinquat spuriū & eius filios & nepotes eius vsq; in infinitū, curatores, gubernatores, & administratores dictæ hæreditatis, & ꝙ nō possit ab eis peti ratio administrationis, nec cogi ad præstādum fideiussionem, à quibus redditiōe rationū & fideiussione eos liberet, absoluatq; expressè vel instituat spuriū cū capere poterit, q̄ institutio valet, vt l.in tēpus. ff.de hæredi.instit.& interim relinquat eū curatorē.vt suprà, & si capere non poterit, substituat eius filios & nepotes. Sed certè hęc cautela nō prodest, qa notoriè fraus deprehenditur ex eo ꝙ est liberatus à redditione rationū, & à pręstatione fideiussoria: nā pręsumit id fecisse sanguinis affectione, vt ff.de liber. leg. l.Aurelius.§.Titius.& sic illa prohibitiōe facta nō posset administrare, ne sub prætextu liciti cōmittatur illicitū.C.de sac.san.eccl.l. sub pretextu.Itē prohibetur administrare quocūq; colore vt hæres, & sic ista cautela nō prodest secūdū do.Ludo.præalleg.qui dicit, ꝙ ita vidit cōsultum per Salycet. & collegiū Bononiēse.

Quarta cautela est, ꝙ pater instituat vxorē vel aliā personā, & eā roget, ꝙ restituat pro anima sua cui volet, vel cui sibi videbitur: nā poterit illā restituere illi tertio, qui pōt posteà restituere spurio, & tūc filius obtinebit, vel obtinere poterit. ff.de legat. iij.l.pater filiā.§.quidā.ita dicit Bar. in l.si.ff.de his, quibus vt indig. tamē dicit hoc cōtinere aliquid fraudis. quapropter dicit præfatus do.Ludo. ꝙ aduertendū est, aut ille institutus restituit spurio, & tunc præsumitur fraus, maximè si oīa bona relinquit, vt ff.de lega.j.l. Lucius.§.j. & ff. de his, qui in frau.credi.l.oēs.§.Luci⁹. maximè post restitutionē factā spurio, qa eo repto possidere bona patris, præsumitur fraus quasi p interpositā personā.C.de na.lib.l.j. & iij. & in aut.quibus mod.na.effi. sui.§. & quoniā.qui enim rogatur restituere cui sibi videbitur, rogat᷑ restituere arbitrio boni viri.ff.de fideicō. lib. l.fideicōmissaria libertas. & glo. in Cle.sæpe.de ver.signi.in ver.defensionē.& per Bar.in extrauag.ad reprimēdā.sup verbo, videbitur. ideo nō pōt eligere spuriū, vt est gl. in l. cū quidā.de legatis ij. *nam spurius nō pōt aliquid capere à defuncto, vt in aut. quibus mod.nat.effi.sui.§.fi. sed capiens ex iudicio hæredis rogati hoc modo, scilicet cui sibi videbitur, videtur capere à defuncto, ac si nomi

nominatus in primo testamēto hæres relictus esset.ar.l. vnū ex familia. §.si de Falcidia.ff.de leg.ij. & idē dico de eadem ratione,si restituit tertio,ei si hoc,quòd ille restituet cui sibi videbitur: & ille posteà restituat spurio.& ita tenet Bar.in vno consilio, quod incipit, Grasso de Spoleto. Secus si restituat tertiò absolutè, & ille posteà tāquàm rem suam donet,vel relinquat spurio, quod fieri potest,vt dixi in præcedenti cautela huius materię. Quinta cautela potest esse,ꝙ si pater instituat aliquem, & illum rogat,vt restituat spurio. nā tunc fideicōmissum est pro non scripto: ideo remanet apud eum à quo relinquitur:vt ff.de iure fisci.l.nō intelligitur.in princip. & sic ille hæres nō tenet restituere, tamē si velit, poterit.Instit.de fideicōmis. hæredi.in prin. videtur enim de suo largiri, & sic cessat suspitio fraudis.argu.ff. de iure fis.l.ita fidei hæredis.& hoc quidā approbāt.sed dicit d.Lud.de Sar. ꝙ videt in dubio p̄sumi, ꝙ restituat nō tāquā rem suā, sed vt impleat voluntatē defuncti, vt probatur Instit. de fideicō. hære. in prin.nisi ex alijs coniecturis appareat,quòd voluerit de suo largiri, puta quia est talis p̄sona,cui verisimiliter donasset,quāuis nō fuisset rogatus. & ipse protesta- b tur,ꝙ nō vult de suo largiri.argu.ff. de prob.l.Procula. non tñ sufficeret sola protestatio. argu.ff. de leg.iij.l. cùm qs.§.itē.& de prob.l.qui testamentū. Sexta cautela est,si pater instituat aliquē, & institutus accōmodet tacitā fidē de restituēdo spurio: qa tūc poterit spurius deferre fisco, & lucrabit dimidiā hæreditatis, aliā dimidiā habebit fiscus.ff.de iur.fis.l. edicto.in prin.& §. ad hęredes. & l. senatus.§.senatus. secundùm Vber. de Bo. & ita videtur velle glo.in l.j. eod.ti.Sed dicit præfatus do.Lud.ꝙ nō arbitratur hoc indistinctè procedere.aut eñ est natus ex incesto coitu,aut ex alio.primo casu, aut instituit succedentes ab intestato,de quibus fit mentio in l. si quis incesti.C. de incest.nup.& tunc habet locū,qđ dictū est:quia aufertur ab illo accōmodante tacitā fidē de restituēdo tāquā indigno: aut īstituit alios quàm illos,de quibus ibi habetur. & tūc qa nō habet testator cū eis testamēti factionē,non aufert ab eis tāquā indignis,qa nō possunt esse hæredes, vt requiritur.ff.de iure fisc.l. eius qui delatorē. in fi. est ergo pro nō scripto, & sic nō applicat fisco: si nō applicat fisco,nō habet locū delatio,vt eo.ti. si metallū.si verò sit nat⁹ ex alio coitu,tunc habet locū quod dictū est supra, secundùm Vber.sed periculū testatorum est,ne ab alio p̄ueniatur in defendēdo,puta ab ipso hærede tacitè rogato,vel ab alio:quia tūc spuri⁹ nihil haberet,vt habet in l.j. in prin. eo.titu.& quāuis nō p̄ueniatur,& tñ nō consulitur ei plenè:quia tūc non haberet nisi dimidiā. Septima cautela est,ꝙ si spurius cōtrahat societatem omniū bonorū cū aliquo,& pater illi socio mutuet magnā pecunię quantitatē,& posteà ei leget liberationē,tūc illa liberatio prosit illi spurio,quātùm ad dimidiā illius quantitatis:ff.de lib.leg.l. si is qui duos. secundū Vber.& Dy.ibi. idē est dicendū, si illū sociū hæredē instituat. nā tūc hęreditas acquirit societati.ff. ꝓ soc.l.si societatē vniuersorum, & sic spurius habebit dimidiā. Et pót esse

CC ratio:

ratio: quia nec hæreditas nec liberatio relicta socio, q̃ritur socio ipso iure: sed q̃ritur socio, & postea venit cõmunicãda tanquã ſit de bonis socij. probatur in d.l. ſi societatẽ. & per gl. eo. ti. l. iij. §. cũ specialiter. Spuri⁹ ergo his casib. nõ capit de bonis testatoris, sed de bonis socij, qd põt, vt est. gl. in auẽ. quib. mo. na. effi. sui. §. fi. & hãc cautelã dicit Bar. esse bonã, nisi appareat fraus, secundũ ea. q̃ c no. Bar. & Doct. in l. si post cõtractũ. ff. de do. & dicit d. Lud. ꝙ præsumet fraudẽ in dubio, maximè, quia non põt dici, ꝙ socius donet de suo proprio, qa cogit̃ cõmunicare, ergo nõ donat. ff. de reg. iu. l. donari. ideo potius dicit̃ acquiri filio ꝑ interpositã personã, mediãte iudicio testatoris, qd est ꝓhibitũ ꝑ ꝑdicta, ideo ista cautela nõ videt̃ esse tuta, secundũ eũ, sed Bal. in l. j. in xiiij. q. C. pro socio. tenet indistinctè ꝑdictã cautelam, & dicit eã esse bonã. Sed circa eã posset dici, ꝙ sit cõsiderãda ꝑsona socij, an pater spurio reliq̃t: qa si erat amicus patris, cui verisimiliter esset etiã existẽte societate cũ filio relicturus, & tunc indistinctè ꝑdicta cautela sit vera: quia cessat omnis suspitio præsumptionis. ar. l. si plures. §. in arrogato. ff. de vul. & pup. sed si nulla affi- 2 nitas, cõiunctio, vel amicitia esset cũ illo socio, tũc ego crederẽ dictã cautelã nõ sufficere, & tũc diceretur filius socio acquirere poti⁹ ab ipso patre ꝑ ĩterpositã ꝑsonã, quàm à socio suo vigore societatis, per prædicta. Octaua cautela est, ꝙ pater instituat filiũ spuriũ, cùm capere poterit, quæ institutio valet. ff. de hæred. insti. l. in tps. & est gl. in l. sicut. ff. quib. mo. vsusfr. amit. Nã tũc pẽdẽte cõditiõe, petit ĩstitutionẽ & bonorũ possessionẽ secundũ tab. l. ij. §. si sub cõditione. ff. de bo. pos. secũdũ tab. secundùm Bal. in l. fi. C. de his qui sunt sui vel alie. iu. qui dicit se ita multoties cõsuluisse. sed secundũ do. Lud. tũc cõceditur secũdũ tab. institutio, qñ põt ab intestato succedere, vt dicit̃ ibi notabiliter, vt hic. Nona cautela est, ꝙ de iure canonico possunt relinqui alimẽta spurijs, c. extrà de eo q duxit in ma. quã pol. per adulte. c. cũ haberet. ꝙ relinquat pater filio suo vnũ fundũ ꝓ alimẽtis, & post mortẽ eius spurij relinquat suis filijs & hæredibus illũ fundũ, secundũ Bart. in l. fi. ff. de his quib. vt indig. quod etiã est verũ, nisi excedat magnã quantitatẽ respectu alimentorũ, ꝙ tũc ꝑsumetur fraus. Decima cautela est, ꝙ pater instituat aliquem & grauet eũ, vt det spurio centũ. ff. de iure fis. l. ita fidei. secundũ Dy. sed Bart. dicit hoc esse contra tex. l. quod cõditionis. ff. de dona. causa mor. nã illud non remanet apud spuriũ, sed aufert̃ ab eo tãquàm ab indigno, & applicat̃ fisco. vt ff. de cõdi. & demon. l. hæres me⁹. secundùm Bal. in l. socium qui eũ. in apostil. ff. pro socio. & recitat Rich. de Malum. tenere cum Dy. & respõdet, ꝙ quãuis spurius nõ possit aliquid habere ex re patris, tamen põt aliquid propter rẽ patris. ff. de pecu. leg. l. eo tpe. in fine. ff. de ædil. ed. ct. l. cùm autem. §. item si legat. & de cõiun. cũ eman. li. l. j. §. nunc videam⁹, & C. de aduo. diuer. iud. l. fori. & dicit d. Ludo. ꝙ hoc putat esse verũ: qa nõ reperit̃ expressè prohibitũ: ergo videtur concessum. l. nec non. §. sed quod eis. ff. ex quib. cau. maio. & in c. inter corporalia. de trãsla. pla. & vide gl.

de glo. in auf. qui. mo. nat. effi. sui. §. fi. Nec obstat l. quod conditionis. ideo qa inspicitur, an si quid ad eũ p uenerit directè vel idirectè, hic aũt de eo, qui est incapax ratiõe delicti testatoris, ideo non inspicitur an ad eum aliquid perueniat: sed in materia testatoris sufficit, ꝙ bona sua ad spurium non perueniant, & hoc ꝓcedit, nisi manifesta fraus appareat, vt quia hæreditas valebat cẽtum, & eum rogauit, vt tãtundem redderet. & ita põt intelligi d. l. quod cõditionis. Vndecima cautela est, si habet pater amicum, de quo cõfidat, eũ instituat, & nihil aliud dicat, scilicet expresſè, sed inter ipsum & eum roget vt filio restituat. nã tunc poterit ille restituere spurio, quia nõ poterit ꝓbari eum fuisse rogatum, nec etiam fraus pſumetur, quia non apparet, ꝙ fuit rogatus tacitè vel expresſè, imò videtur potiùs de suo largiri, nec est verum, ꝙ si reperiatur bona patris posſidere, præsumatur fraus. vt l. j. C. de natu. liber. quia illud non procedit, nisi ostenderetur ipsum posſidere interueniente iudicio vel volũtate patris, & ita põt intelligi d. l. j. sed certè secundùm do. Ludouic. hoc tẽdit ad interitum salutis æternę, quia quamuis probari non posſit, tamen est fraus, & tam rogans quàm rogatus teneretur in animã suam ad satisfaciendum veniẽtibus ab intestato, qui eis auferunt hæreditatem, quæ eis de iure debebatur, & ideo meli⁹ est secundum eũm, quòd instituat illum amicum suum, & nihil aliud dicat, & ille poterit spuriũ instituere, & hoc approbat Spec. in titu. de succes. ab intesta. §. j. vers. sed quid si pater. & est communis cautela secundũm d. Ludouicum, qui dicit, quòd rarò reperiuntur amici, qui restituãt nõ rogati. Duodecima cautela est, quòd pater in testamento dicat, qualiter est contentus, quòd filius suus etiã post mortem suam posſit legitimari. nã tunc propter consensum patris etiam eo mortuo, filius poterit legitimari, & patri succedere etiam extantibus alijs liberis, vt no. Bar. & etiam Doc. ibi, in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liberis & posthumis. & posteà dicat. Et ego instituo filiũ meum spurium in toto vel in parte, prout voluerit, cum capere poterit. 3 * nam talis substitutio facta sub tali conditione, valet: vt est casus in l. in tempus. in prin. ff. de hæredi. insti. & hoc modo valebit institutio. & fili⁹ etiam post mortem patris potest se facere legitimari, & succedet: & ista est optima & tutisſima cautela pro illis, qui habent filios vel cõiunctos rebelles, quos vellent hęredes instituere, ne fiscus succedat: dicũt enim, instituo talem, si & quando peruenerit ad gratiam domini: quod bene nota.

a Vend. spur. *An filius spurius posſit emere bona patris, uide in l. j. §. siue itaq; ff. de na. libe. glo. & Doct. in l. qui testamentũ. ff. de probat. & Bar. & Doc. in l. si is qui ex bonis. de uulg. & pup. in Spec. de succes. ab intest. uersicul. quid si pater.*

b Societatẽ. *Adde Alex in l. iij. §. incertam. in iij col. uersi. extra gl. de acquir. pos. Societas habet ius fraternitatis. l. uerum. in prin. & ibi Bar. in j. no. ff. pro soc. in Spec. de iudi. §. specialia uerò. ad fi. & gl in l. fina. C. deposi.*

c Spurijs. *Adde Anto. Rosel. in arbo. consang. viij. colum.*

Cautela ad excusandum mandantem committi delictum, quod mandatarius dicat se commisisse delictum exequendo mandatum. XXXIX.

1 *Confessio matrimonij ficta à delicto non excusat.*

VIDIMUS quamplures casus, in quibus quis potest liberari à morte: hic adde unum alium. Nam si a quis mãdauit[a] Titio, ut interficeret Caium, & interfecit: si Titius dicat, quòd hoc non fecit exequendo mãdatum, sed motu proprio: quia erat suus principalis & capitalis inimicus. nam ei credendum est in excusatione mandantis. & multi Doctores mouerunt hanc quæstionem, extrà de homici. ad audiẽtiam. & clarè nõ responderũt. Tu dic, quòd est recurrendum ad coniecturas, & in dubio præsumitur cõtra mandatariũ: vt l. sępe. ff. de verborum signi. nec est bonum testimoniũ delinquẽtis: vt l. fi. de accu. Glo. tamen dicit in simili ca

1 su*, ꝙ si quis deprælendatur cum aliqua, & confiteatur ꝙ prius contraxerant matrimonium adinuicem, & se excusant: pro veritate accipitur vt est glos. in l. pen. C. de fideiuss. Sed in hoc credo, quòd inspiciantur coniecturæ: & quia ficta matrimonij confessio non excusaret. arg. ff. de don. l. donationes in cõcubinam. in prin. ita no. dicit Bal. in c. j. §. in reuert. in v. col. tit. de pace iur. fir. in vsib. feud. Ex quo sumas cautelam, quòd si aliquis accusatur, quòd mãdauerat homicidium committi, si committens erat inimicus capitalis occisi, ita ꝙ verisimiliter eũ occidisset propter suam inimicitiã, quòd ipse examinetur & deponat, si verũ est, ꝙ ipsum interfecit, nõ propter mandatũ, sed propter inimicitiam propriã, & mãdans liberabitur: quod bene nota.

a *Mãda. &c. Mandans delictũ põt reuocare mãdatum: sed debet intimare reuocationẽ mandati, & contra quem mandauit, ut sibi caueat talis, alias tenetur, secundùm Bal. in l. mandatum, ad fin C. manda. & Inno. in c. ad audientiam. de homicidio.*

Cautela in fauorem illius, qui mandato alterius occidit alterum, quod mitigetur eius pœna. XL.

1 *Damnatus in metallum mori ciuiliter dicitur.*

NOTA quòd licet mandatũ in delictis non excusat in totum, tamen mitigare facit pœnam: quia si quis ex mandato domini aliquem in 1 terfecit, damnatur in metallum,* & morti ciuili traditur, vbi sine mandato morti naturali traderet: vt est casus in l. seruos. C. ad legem Iuliam. de vi. facit l. Gracchus. C. de adulter. quòd nota propter eum, qui mandato tyranni aliquem occidit. nã licet non excusetur, pœna tamen mitigabitur: quia morti naturali non tradetur, secundùm Bartol. & Sali. in dict. l. seruos. quod nota, vt scias adiuuare illos, qui interficiunt homines de mandato dominorum suorum.

Cautela ad compromittendum uel transigẽdum super rebus decisis per sententiam. XLI.

1 *Iuramentum seruari debet, si possit sine interitu salutis æternæ.*

POTEST adhiberi mod° & cautela trãsigẽdi, & faciẽdi compromissũ sup reb° iudicatis: & sic sup rebus decisis, hoc mõ, scilicet si dicat in cõpromisso, vel ĩ trãsactiõe, ꝙ sit cõ

promissum vel trāsactio de oībus p̄sentibus, & q̄ in futurū fieri possent: ītelligitur sup omni eo, sup quo fuit arbitratū vel transact. nā hoc modo faciēdo, cōpromissum vel trāsactio valebit super rebus decisis. & ita no. Angel. in l. j. ff. de transa. l. cū hi. §. si cū lis. eo. titu. nisi lex prohibeat fieri transactionē. nā tūc nihil operabit̄ fingere lites: vt in d. §. si cū lis. & ibi de hoc nota. Ang. & de hoc etiā dic, vt ibi per Docto. & in c. exposita. de arbi. Secundo modo potest fieri cōpromissum super re decisa in transactione, si cōpromittentes vel exigentes iurēt stare omni eo, quod trāsactū vel arbitratū fuerit per arbitratores, secundū Bar. & Docto. no. in l. siquis maior. C. de transa. *& hoc operatur virtus iuramēti, qd debet seruari, si possit sine interitu salutis æternæ: vt in c. cū cōtingat. de iureiu. 1

Cautela pro conuictis in actu carnali illicito, si uolunt euitare iudicis condemnationem. XLII.

1 *Iuramentum quo casu delicti pœnam euitare possit.*

ALIQVANDO contingit, q̄ duo, scilicet masculus & fœmina cōiungantur in actu carnali, qui non erant cōiuges, sed esse possunt, & accusātur: vel iudex procedit contra ipsos. cautela est, si volunt euitare condemnationē, *quòd iurent, q̄ ante coitum clàm contraxerunt, & propter hoc euitabunt cōdemnationem: vt est glo. nota. in l. pe. C. de fideiusso. & ibi per Doctores. & per Baldum in l. vnica. C. de confes.

Cautela quomodo debeat interrogari testis. LXIII.

1 *Interr. test. Interrogationes testiū quomodo fiāt. gl ord. in c. præsentiū. de test. in vj. & in Spec de test. §. iā de interrogatorijs. uer. habita ergo. et ibi Bal. in addi. uer. interrogatoriū & Io. An. ī d. c. præsentiū. pe. col. in nouella. et plenè per Abb. in c. cū causam de testi. Interrogatio fieri potest hoc modo: uidelicet si nō credit de tāto, dicat de quanto. Bal. in l. fi. v. col. C. de fide iu.*

1 *Testis deponens per uerbum credo, regulariter non probat.*

2 *Testium interrogationes solent fieri ad illius instantiam, contra quē testes examinantur.*

TV SCIS, *quòd, qui deponit per verbum credo, licet regulariter non probet, vt habetur in c. cùm causam. de testi. & l. testium. eodem titu. tamen si testis cōcludit rationem cōtingētem necessariò probat: vnde testis interrogatus super mutuo, dixit: credo quod mutuauit: quomodò scis? respōdit, qa præsens fui: & vidi numerare: valet eius dictum: quia attenditur ratio, quæ limitat dictū: vt l. quod dictū. ff. de pact. & habetur in l. solā. C. de testi. & ita tenet Bal. in l. cōuenticula. C. de episcop. & cle. & in l. data opera. C. qui accusa. non poss. Et ideo tu, qui es examinator testiū pro amico, & vides testē productū per partē aduersam, & interrogatur per collegā tuū etiam examinatorem tuum, si testis deponat per verbū, credo, quòd examinator, cōtra quem testis producitur, dicat nō curo, quòd fiat alia examinatio: quia satis bene deponit. nā tale testimonium non valebit: quia deponit sōlūmodò de creculitate: & ideo sis informatus, quando producūtur interrogatoria tua, vt dicat in rubrica interrogationū, si testes

examinati dicant se in his scire, vel credere ita esse, vt in capitulis continetur, fiãt aliæ interrogationes seu non interrogẽtur vlterius: nã hoc casu nõ debebit interrogari testis, qui
2 deposuit se ita credere: *quia interrogationes solent fieri ad instantiã illius, contra quẽ testes examinãtur: vt habetur in d.c. cũ causam & in c. per tuas. de testib. quod bene nota.

Cautela quomodo ab executione, nec à pronũciatione de exequendo nõ posSit appellari, & quando posSit. XLIIII.

1 *Exceptio super executione opposita audiri debet.*

2 *Iudex reijciendo exceptionẽ, quam reijcere non debet, modum excedit.*

NOTA quòd licet ab executione sententiæ quæ est facti, non posSit appellari, vt in l. ab executore. in prin. ff. de appel. & in l. ab executione. C. quãdo appell. non re. & ij. q. vj. §. sunt quorũ. versic. ab executione. & habetur in c. nouit. extrà de appe. tamen à pronũciatione de exequẽdo, potest appellari: vt est glo. in d. l. ab executore. in prin. & ibi not. per Doctor. & ideo sumitur in practica cautela, quòd quãdo sentẽtia est lata pro te, quæ trãsiuit in rem iudicatam, quòd realiter eã exequi facias sine aliqua pronuntiatione, hoc modo, videlicet qa iudex dicat, ꝙ exequendo sententiã cõcedit victori familiã, & ministros suos ad capiendũ debitorẽ & pignora, vel ad mittẽdũ vincentẽ in posseSionem. ita dicit Ang. de Perusio se multis vicibus ꝓcurasse, in d. l. ab executore: qatũc secundũ omnes nõ poterit appellari. & idẽ etiam tenet domi. Angel. de. Are. in d. l. ab executore. in princi. quod nota. Regulare est, ꝙ ab executione sentẽtiæ nõ potest appellari vt dixi in præcedẽti cautela. * Quæritur nunquid sit aliqua cautela, propter quam posSit appellari, quando iudex est cautus, quia nõ vult pronũtiare simpliciter, exequatur sententiam, vt dictũ est in cautela præcedẽti: dicas quòd sic. nam tu qui es aduocatus rei, & vis appellare, debes appellare tuã exceptionẽ: & si ea nõ obstãte exequitur, poteris ex hoc capite appellare: qa iudex debuit audire exceptionem in executione, & ea nõ obstante pronũtiare sententiam exequẽdam esse, aliàs diceretur excedere modum. & sic posses appellare, per dictã l. ab executore. imò dico plus secundũ Ang. in d. l. ab executore. quòd si ex forma statuti non posSit appellari ab executione, non poSSit appellari à pronũtiatione ab exequẽdo: vt est Perus j: cautela est, quòd tu aduocatus rei, si vis appellare, opponas secundũ Angelũ. in d. l. ab executòre. aliquã exceptionẽ ad impediendum executionẽ. & si iudex pronuntiabit sententiã, vel instrumentum exequendum, appellabitur ex hoc capite: quia reijciendo tuas exceptiones, modũ excedit in
2 exequendo. * Nam iudex reijciendo exceptionẽ quã non debet reijcere, modũ excedit: vt dicit glo. in d. l. ab executore. in verbo, excedat. & ideo hoc casu, non est probibita appellatio ab excessu: vt dicta l. ab executore. & dixi in præcedẽti cautela. quod singulariter no.

Cautela ad instruendum iudicem contra appellantem friuolẽ, causa differendi iudicium. XLV.

Iudicis

Iudicis simplex admonitio, uim peremptorij habet, & iustum in uera contumacia constituit: adeò quod posteà, si comparuerit, appellare non poterit.

SI vis illaqueare appellantem causa differēdi iudiciū, tu iudex potes uti multis cautelis. Et prima cautela est, quòd si appellās cōparet infra terminum, & petat apostolos in debita forma, respondeas & dicas: ego nō possum nunc tibi tradere, venias die vltima termini, in tali hora, puta decimaoctaua, nā tūc si non venit, & nō cōparet appellās illa hora, corā dicto iudice à quo, pro dictis apostolis appellatio manet deserta: nec excusabitur si ante cōparuerit, siue post, vt in Clemē. quæuis. de app. & ita dicit do. Matthe. de Mathe. in suis singul. notabi. in not. xxij. quod incipit, nota practicā, qua vti potest iudex. Secūda cautela est, quòd iudex assignet sibi appellanti terminū competentē, infra quē appellās iter arripiat causa prosequēdæ appellatiōis: nam si eo lapso, nō incœpit iter arripere, appellatio erit deserta: vt est casus in c. peruenit. ij. de appell. & in c. cùm causa. de re iudi. & ibi not. per Doct. in c. personas. & in c. ex insinuatione. de appel. & vide no. per dom. Matthe. in d. xxij. no. & idē etiā not. per omnes Doct. Legistas ī l. præses. C. de appella. Tertia cautela est, quòd iudex à quo, assignet certum terminum non competentem, infra quem appellans se tenetur præsentare iudici ad quem: quod si non fecerit, appellatio erit deserta: vt est casus in c. personas. de appell. & ibi no. p Doct. & in d c. ex insinuatione. eod. titu. & d. l. præses. C. de appell. Quarta cautela est, quòd iudex à quo est appellatum, assignet & figat terminum appellanti, infra quem præsentet apostolos iudici ad quē: quod si non fecerit, appellatio deserta habebitur: vt probatur per tex. & glo. & ibi habetur per Doct. in l. præses. C. de appel. & ita etiam tenet do. Matthe. de Mat. ī suo notabili xxij. Quinta cautela est, quòd iudex à quo assignet certum terminū, infra quem appellans debeat facere fidē iudici à quo: quia se præsentauerit coram iudice ad quem: infra terminum sibi statutum: vt dictum est in præcedentibus cautelis: quòd si appellans non fecerit, secundū communem & verā opinionem Docto. appellatio non erit deserta: quia non reperitur iure cautum: sed tamen ista assignatio termini habebit istū effectū, quòd iudex à quo, poterit sententiā suā exequi, nec vnquā retractabitur executio, nisi demum lata sententia in causa appellationis, si iudicatum fuerit bene appellatum, & malè iudicatum. ita singulariter dicit Fede. de Senis in cōsilio suo xxij. quod omnino uide. & idem tenent Docto. in d. c. personas. & in c. ex insinuatione. de appe. & idē tenet do. Ludo. de Ro. in cxlj. singulari. quod perpetuò not. Sexta cautela est, quòd per iudicem à quo præfigatur certus terminus competens ad prosequendum appellationem, quo elapso, si non fuerit prosecuta, rata manet sententia: & iudex à quo, poterit eā executioni mādare, nec retractare potest: vt est cas⁹ in c. cū sit Romana. extrà de apell. & habetur in c. cùm causa. de re indi. & c. ex insinuatiōe. de appe. & in l. pses. C. eo. ti. per do. Ludo. de Ro. in clxx. singulari. & per do. Mathe. de Mat in xxij.

in xxij.notabili.& intellige prosecutionē nō appellationis finiēdæ:quia talis termin' nō potest assignari per iudicē à quo.vt in d.c.ex insinuatione.& nota gl.ord.in d.c.cū sit Romana.sed intellige de termino appellationis prosequēdæ,vel inchoādæ:vt est casus, q ita debet intelligi in d.c. cū sit Romana. & in d.c. cū causa.& intellige omnes prædictas cautelas, qñ iudex à quo detulit appellationi, aliàs autē si nō detulisset,sed incœpisset ꝓcedere post appellationē interpositā,nō posset assignare aliquē de prędictis terminis:vt singulariter not.Inno.in c.fin.extrà de accusat.& domin' Lud.de Rosa.in clxv. singulari.& habetur ī d.c.cū sit Romana. per Doct. Septima cautela est,ꝙ ille, qui credit habere sentētiā pro se,faciat,ꝙ iudex admoneat partē,vt cōpareat in tali termino ad audiēdā sētētiā,qa si nō cōparebit in termino, & fertur sentētia,ille admonitus per

1 iudicē nō poterit appellare. *Et est ratio:qa simplex admonitio iudicis, habet vim peremptorij, & cōstituit iustum in vera contumacia, adeo ꝙ nō poterit posteà appellare,si comparuerit:vt est gl. valde no. in l.ij.C. quomodò & quādo iu.quę ita vult p illū textū.& ibi hoc not.singulariter Ange. quod perpetuò tene menti.

a Deserta. *Appellatio deserta cēsēt p lapsum termini dati ad se ꝑsentādū corā iudice ad quē.l.ij. §.fi.C.de tēpo. appe.Bal,et Doct.i l præses.in uer. pone iudex à quo.C.de app.c.sæpe.eo ti.Itē si apostoli infra terminū nō petāt.Bar. i l.j i uer.qroᵭ si iudex ff.de lib.dim.*

Cautela,quòd ualet præscriptio cum mala fide. XLVI.

1 *Possessor malæ fidei,nullo tempore præscribit.*

VIDIMVS * in c.fin. de pscri. quòd possessor malæ fidei,nullo tempore præscribit. & istud debet obseruari etiam in foro ciuili,secundùm veram opin. vt ibi dixi.sed cautela est secundùm Bal.ad hoc vt aliquis laicus posset præscribere, etiam cum mala fide,& quòd omnes præscriptiones sint licitæ, ꝙ fiat statutū in ciuitate generale, ꝙ omnia statuta loquentia de præscriptionibus,habeant vim contractus, & consensus vtriusque partis: ibi non potest dici,quòd propriè sit mala fides. ff.de reg.iur.l.non fraudantur. facit l.cùm donationis. C. de transact. & probabiliter anima saluatur,& volūtas ciuium,& bonum publicum obseruatur.& hoc consilium est de ingenio meo.ita dicit Bald.in dicto c. fin.de præscrip.vbi vide.

Cautela ad hoc, quòd priuilegium[a] non intelligatur reuocatum per legem generalem illius,qui illud ante cōcessit,scilicet quòd annectatur & incorporetur statutis. XLVII.

a Priuilegiū. *Priuilegiū speciale nō cēsetur reuocatū p generalē reuocationē priuilegiorū.gl sing ī l.decurionib'.C.de silēti.li. xij.et sētit Bal. ī l.nō plures.de sac.sa eccle.& ī l.j.C.de Iusti. C.cōfi. & ī autē.habita.C.ne fil.p patre. et ī l.ij j.col.ff.de cōsti.prin.& And. Bar. cōsil scripsit vij.col.qᵭ est cōsiliū ciuij. Alex.iiij.parte,et And.Barba.in cōsil. ul in d.iiij.parte,ad fin.*

1 *Priuilegiū principis statutis additum, quam efficaciam habeat.*

DOMINI & principes sæpenumero concedūt priuilegia immunitatis,& exemptionis alicui be-

nemerito de re publica,& processu temporis:per legem generalē,cassāt & annullāt omnia priuilegia exemptionis per eos cōcessa. Cautela est, q̄ nō possit renocari,videlicet q̄ faciat inseri in libello statutorū ciuitatis,quando ei cōceditur hoc priuilegiū,& hoc debet inseri,quando reformantur statuta,vel si nō reformātur,dicetur:* & hoc priuilegiū addatur statutis nostris,& ꝓ statuto etiā intelligatur:nā hoc casu,quādocūq; dominus vel princeps cassaret omnia priuilegia,tamen nūquā de isto intelligeret i statutis īserto:nisi de eo fieret exp̄ssa mētio.istud ꝓbat̄ p gl. in aut.qua in ꝓuincia.C.vbi de cri.agi.opo.& ibi hoc tenet d.Pau.de Ca.

Cautela ad hoc,ut quis semper teneatur de casu fortuito.

XLVIII.

1 *Conductor simplex regulariter,quo tēpore pensionem soluere non tenetur.*

1 REGVLA* est, quòd simplex cōductor nō tenet̄ tēpore guerræ soluere pensionem,sed non potest recipere fructus:vt̄ l.itē quæritur. §.exercitu.ff.loca.Idē,quādo nō potest recipere propter aliquā tēpestatē.l.si merces.§.vis maior.eo.ti.& l.ex cōducto.§.j.Idē,quando ex alia causa simili percipere non pōt,puta ꝓpter sterilitatē:vt l.si vno.in prin. eo.ti.& in c.propter sterilitatem.in prin.extrà de loca.sed de liuellario dubiū est,sed veritas est,quòd non tenetur:vt no.in l.j.C.de iure emph. per Doc.& in d.c.ꝓpter sterilitatē. Sed cautela est,quòd sine dubio in omnibus prædictis casibus teneatur a indistinctè tam conductor,quàm liuellarius ad soluendum pensionem, si instrumento locationis renūciatū est per cōductorē,vel liuellarium, seu emphyteotam exceptioni doli mali,cōditioni sine causa etiam iustæ,& cum consilio,quo conductor vel liuellari⁹ se tueri posset à p̄statione pensionis:nā tūc tenet̄ ad solutionē mercedis,etiā si guerra superueniat post locationē.secūdū Albe.de Ros.qui dicit se obtinuisse corā collegio Pergamēsi:vt ipse no.in l.item q̄r tur.§.exercitu.ff.loc.& ita dicit in Lōbardia obseruari:quod no.bn̄.

Cautela quando instātia[a] perit, quod reiterentur omnes termini. XLIX.

a *Instantia. Perit quatuor modis,scilicet,lapsu temporis.Item si absoluitur reus ab obseruatione iudicij ante terminum.Item per renuntiationem lit. Item si remittatur.Bal.in mar.uer.instantia uer.ij.*

1 *Instantia causæ principalis,de iure canonico nunquam perit:secus tamen de iure ciui.*

LICET *de iure canonico,instātia causæ principalis nūquā perit,vt in c.pe.extrà de iudi.tn̄ de iure ciuili,in casib⁹ ciuilib⁹ perit triēnio,in criminalib⁹ biēnio,ita q̄ nec de cōsensu partiū pōt prorogari:vt est casus in l.properandū.in prin.& ibi no.C.de iudi.intātū,q̄ perempta instātia,pereūt omnia acta vsq; ad litem contestatam,& multa,quæ fiūt post litem cōtestatā:vt habet̄ plenè p Barto.in l.cùm lite mortua.ff.iudica.sol.& no.in l.properādū.in prin. & sic est necesse de nouo incipere ꝓcessum,vt in dictis iuribus habetur, Sed tu adde hanc cautelam, a quòd partes sibi promittant adinuicē per solennē stipulationem.& etiam per iuramentum:quòd si trienniū labe-

retur antequàm causa expediatur, quod vnico cōtextu, actor & reus teneātur producere libellū, & responsiones, & replicationes, & oīa acta sigillatim de nouo: secūdū l. quæ omnia. cum ibi no. per gl. Bar. & Doct. ff. de procurato. nā tunc licet instantia dicatur perempta iure, nullus tamē in expensis cōdēnabitur, sed proced. in iudicio de nouo: & si dicatur, cautela non prouidet, vt instantia non pereat: istud est fatendum, tamē prouidet secundū intentionem partiū, scilicet, propter expēsas, & ne de nouo habeāt facere singula acta de tpe ad tps, sicut facta fuerūt in prima instātia: qđ bñ no. qa ita sæpe practicaui.

a Adde hāc cautelam. *Instantia si pereat cautela est, quòd de nouo agatur, & omnia acta uno actu repetantur. Bar in l. properādū. in prin. C. de iud.*

Cautela quòd non respondens positionibus, nō habetur pro confesso. L.

1 *Positionibus non respondens, regulariter pro confesso habetur, licet sententia requiratur.*

2 *Quæstio generalis est illa, quæ omnia capitula complectitur.*

1 ILLE, QVI* nō respondet positionibus, regulariter habetur pro confesso: tamen requiritur sententia super hoc: vt in c. ij. de cōfes. li. vj. & l. ij. §. quòd si actor. C. de iura. calū. Aliqs nō respondet positionibus, ēstne aliqua cautela, quod ipse nō succūbat? Dicas, quòd quidā aduocatus adhibuit hanc cautelā, cùm clientulus suus debebat haberi pro confesso: quia non respondit positionibus: nam fecit causam committi consilio sapientis sub hac forma, quæ essent partes iudicis in diffiniendo: & quia non erat pronūtiatū, quòd positiones haberentur pro confessatis, non potuit cōsultor consulere super eis* positionibus tanquàm confessatis: & sic stetit actor absque probatione ex forma commissionis, cum nihil nocuerit eū respond: sse. & ideo tu aduocate partis alterius esto caut*, ne clientulus circūueni. in forma pū-cti, quando trāsmittitur ad cōsulendum: dicas ergo, iudex cōmisit, quid iuris, nūquid diffiniendū exagitas? ita dicit Bernar. no. in c. vnico. in fin. de litis cōtesta. Et est ratio: quia quādo pūctatur causa diffinienda, intelligitur de diffinitiua. argumē. l. j. §. biduū. cū glo. ff. quādo appellan. sit. vnde cū vigore cōmissionis, debeat consultor iudicare tātū super causa principali, & sic diffinitiuē, & nō super interlocutoria, sequitur, quod cùm sit pronuntiatū interlocutorie, positiones haberi pro cōfessatis: quòd nec iste, cui est causa commissa, iudicare vel cōsulere poterit. Sed cū causa cōmittitur, quid iuris? intelligitur esse

2 cōmissum, vt super omnibus consilium.* Nā quæstio generalis est omnia capitula cōplectens: vt l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. vnde si cōmittitur alicui quæstio consulenda, per istum modum, quid iuris? nisi super omnibus cōsilium reddatur, nō videtur consilium reddidisse. argu. ff. de arbi. l. quid tamen. vt dicit not. Bald. in c. j. in titu. de controuer. inuesti. in vsi. feud. & no. per Ang. in l. quærebatur. in princi. de testamē. ff. & l. si fundum sub conditione. §. Stichum Sempronio. de leg. j. dixi in repeti. c. j. de feud. cog. & ideo quando in casu proposito cōmittitur decidēda vel cōsulenda, quid iuris? intelligitur

gitur, vt super omnibus articulis p-nūtiet vel consulat: & sic cū reperiat partem fuisse in respondendo positionibus, debet super hoc cōsulere super causa principali, & sic illum habeat pro confesso condemnando: qd bñ nota, vt scias practicare, qaerit vtilis tam pro actore, quàm pro reo.

Cautela ad l. plerisq; de in ius uocan. ut inuitus posśit quis extrahi de domo. LI.

1 *Domo nemo inuitus extrahi potest.*
2 *Domo pro criminalib⁹ quis extrahi pōt.*
3 *Citatus per se, uel procuratorem, comparere potest.*

1 REGVLA est,*quòd nemo inuitus trahi de domo pōt, quia domus cuiq; tutissimū refugiū est: vt est dictū in l. plerisq; cū seq. ff. de in ius voca. & in l. nemo. de regu. iur. Sed cautela est: quod iudex pceptū faciat debitori meo, qa stat in domo vel nō vult exire, quòd cōpareat coram ipso sub pœna quinque vel sex librarum applicanda fisco: nā si com-
a pareat, poterit capi a extra domum, si noluerit cōparere, iudex condemnet illum in illa pœna fisco applicanda: quam pœnam si non soluet, pos-
2 set capi etiā in domo:*quia pro criminalibus quis posset capi, & extrahi de domo. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. x. nā condemnatus fisco, propter contemptum mandati, dicitur condemnari criminaliter: iuxta ea, quæ habentur in l. iij. ff. de sepul. vio. Item condemnatus etiam simpliciter potest incarcerari, & qa est cōdēnatus fisco, pōt extrahi de domo, & quando erit ibi positus in carcere poterit ibi pro debito alio condemnari: secundū ea quæ habentur per Bar. in l. ij. de custo. reo. & in sua disputatione, quæ incipit, Lepus captus. & istam cautelā ponit Barto. in effectu in l. sacrilegij. §. fi. ff. ad l. Iuliam pecu. Sed circa prædictā cautelā potest duplex remedium adhiberi. Primum est, quòd si est cita-
3 tus, mittat procuratorem, vel nuntium,*quia quādo quis est citatus, potest regulariter comparere per se, vel per procuratorē. iuxta no. in l. fi. C. de proc. Aliud remediū est, quòd si nullo modo compareat, quod ipse potius soluat cōdemnationē vel mulctā, quàm quòd patiatur se detineri: vt habetur per Old. in l. iiij. §. prętor. ff. de dam. infec. Sed contra primum remedium posset adhiberi cautela per iudicē, videlicet quòd citet eū, vt psonaliter cōpareat, & per pcuratorē, qa vult loqui secū, &c. nā hoc casu mittēdo pcuratorē, nō excusaret. facit quod habet in c. cum dilecta. in ver personaliter. extra de rescri. & in c. fi. §. is autem. extrà de offic. deleg.

a Poterit capi. *Captura debitoris regulariter fieri potest, nisi sit fœmina, vel in domo, sed pracedēte citatione. Bar. in l. consentaneum. iij. col. C. quomodò & quando. in uer. contra hoc oppo. de le. j. Captura in propria domo debitoris pro debito ciuili, non ualet l. plerique. ff. de in ius uocā. Debitor in domo propria, in qua non habitat, capi potest. Bar. in l. nec in ea. ff de adul. Doc. moder. in l. plerisq; Itē in horto, ad quē non sit aditus a domo habitationis. ar gu. l. pradus. de le. iij. & l. olym. pe. col. ff. de ser. urb. pradio. Item in apotheca. Do. & Paul de Cast. in d. l. ple iq; ubi Card. & Butr. tenet cōtra Barto. & Abb. ibi distinguit, & refert opinio. Bar. fuisse Hosti. & uide Abb. in c. quod clericis. de fo. compe. in pe. col.*

Caute

Cautela quod ex delicto patris, filius non priuetur successione. LII.

1 *Filius delicto patris aliquando successione priuatur, non tamen agnatus.*

1 PROPTER * delictũ patris etiã aliquãdo priuatur filius sua successione, & nõ agnatus. de quo habetur in l. adoptiuũ. ff. de in ius voc. & in l. ij. C. de libe. & eorum lib. & in c. pe. si vasal. feud. priuie. cui deferatur. sed circa hoc hodie põt adhiberi cautela, quãdo ꝓprietas spectat ad filiũ, & ad patrem vsusfructus. quòd pater renũtiet vsufructui, dicit Ang. in d. l. adoptiuũ. quòd hoc remediũ ꝓuenit in quodã patre, qui calore iracundiæ occidit filiũ habẽtẽ patrimoniũ maternũ, vnde ei nõ poterat succedere: & similiter filij eius vidẽbãtur exclusi à successione, ne patri acquirant: vnde alij attinentes ex latere materno dicebant hæreditatem ad se spectare, pater reuuntiauit vsufructui, & alij fratres obtinuerunt.

Cautela ad hoc quòd quis non teneatur de falso, quando falsis instrumentis uel testibus fuit usus. LIII.

1 *Attestationibus publicatis partibus, quibus interrogationes fieri soleant.*
2 *Responsum petitioni seu responsioni cõforme esse debet.*
3 *Paria sunt non respondere, uel clarè nõ respondere.*
4 *Dominus si ratum habere promittat, quicquid erit legitimè per procuratorem factum, ratihabitio non tenet.*

COMMVNITER * in causis publicatis attestationib' solẽt fieri interrogationes partibus, si vo-
1 lunt vti literis, & attestationibus, & instrumẽtis bonis, veris, legalibus & legitimis: ad hoc vt si dixerint, ꝙ sic, & reperiat falsitas, puniri possint de falso. & causam amittant: nõ quia falsum fecerũt, sed quia falso vsi sunt. sed pone, quòd quis produxit instrumetũ bona fide, quod credebat esse verũ, posteà peruenit ad ei' notitiã, quòd est falsum, vel fecit examinare testes suos, quos cognouit publicatis attestationibus falsum dixisse: q̃ cautela est, quòd producens non teneatur de falso pro vsu dictorum testium: secundũ Bal. no. in l. fin. C. si ex fal. instru. ꝙ aut interrogatur pars producens, si vult vti attestationib', & instrumẽto ꝓbationis ꝓ bonis legalibus, aut nõ interrogatur, & nõ ponit, quia illud nõ est vti, sed vsum esse, quando aderat bona fides. sed si interrogatur, dixi cautela est, quòd respõdeat ita ꝙ nõ possit cõpræhẽdi ex verbis, quòd reputet instrumẽtũ vel testes falsos: qa esset diffamare se & alium, & ponere se & aliũ in periculũ: nã in talibus multũ est periculosa suspitio iudicis: vt l. si aduersarius. C. de fide instrument. & l. iubemus. C. de ꝓbatio. debet ergo hoc modo cautus respondere: qa nõ reputo mihi hos testes, vel de illo instrumento nõ curo, & vsui cedo: vt dicit Bal. in d. l. fi. Nã si interrogatus diceret simpliciter, se velle vti instrumẽtis vel testibus, videt̃ fateri illud falsũ: vt no. Bal. in d. l. si aduersarius. C. de fide Inst. & consulo, ꝙ talia potius facias per ꝓcuratorẽ generalẽ, quàm per teipsum. iuxta no. in l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui no. infa. & de generali ꝓcuratore, cum libera intelligas: aliàs ꝓcurator generalis nõ posset cedere testib' & instrumẽtis, sicut nõ posset cedere liti.

Aliàs posset adhiberi alia cautela circa prędicta, secundũ quosdã: videlicet, ꝙ in responsione dicat, ꝙ vti intẽdit testib*, attestationibus, & instrumẽtis pro bonis, veris & legalibus, si & in quãtũ de iure sunt, & nõ aliter: & alio modo vel sic dicat, ꝙ vult vti in illis passibus, & pũctis, q sunt in eius fauorẽ, nec aliter declarare. sed ista cautela ꝓcederet, si opponeret à parte. Sed tu dic, ꝙ per alterã partẽ posset opponi, ꝙ nõ sit sufficiẽter re-
2 spõsum: *qa responsũ debet esse cõforme petitiõi, seu interrogatiõi, vt l. j. § cũ adijcitur. ff. de ver. oblig sed interrogatio fuit simplex & responsio, ergo dicit, ꝙ ista respõsio nõ est clara, & nõ reddit aduersari*, vel iudex certus: ergo respõsio nõ sufficit:
3 *qa paria sunt nõ respõdere, vel clarè nõ respõdere: vt l. de ętate. §. nihil. ff. de interroga. act. sicut dicim*
4 de ꝓcuratore, *ꝙ si dñs promittat ratũ habere, quicqd erit factũ legitimè ꝑ procuratorẽ, nõ valet. Itẽ quia iuramẽtũ est indiuiduũ: vt not. Bal. in c. j. §. cũ aut. de cõtr. inuest. & no. in l. si auus. in pri. ff. de vsuf. vnde interrogatus sup depositiõe testiũ, videtur interrogatus super iuramẽto, qd est principale, & à quo depẽdent depositiones. & ideo nõ põt ꝓ parte adaptari, & ꝓ parte non. iuxta no. in l. Aurelius. §. idẽ qsijt, si tutor. ff. de lib. leg. per Bart. & hoc casu, in effectu voluit Bald. in quodam suo consilio, quod incip. In Christi nomine, amen. decreto cauetur, ꝙ post publicationem testium.

Cautela pro illo, qui debet producere instrumentum ad partes longinquas, ad hoc ut sidẽ faciat, LIIII.

1 *Signa testiũ quãta in chartis existunt, tanta instrumenta esse dicuntur.*

SI aliquis haberet cõtrahere cum aliquo forensi, & esset necesse ꝓducere illud instrumẽtũ in partibus lõginquis, esset impossibilis literarũ ꝓbatio, ꝓpter loci distantiã, si instrumentũ rũperetur. cautela est, ꝙ hac instrumẽtũ, & insinuetur de partiũ volũtate: nã hoc facto, fides dicti istrumẽti, nõ poterit in dubiũ reuocari: vt ꝓbatur aut. de fide iust. in §. nihil. in ver. insinuet. & ibi gl. q̃ incipit, q. d. si ibi dubiũ est, de fide chartę. & ibi hoc no. Ang. Sed ista cautela nõ videt sufficiẽs, qñ instrumentũ defertur ad lõginquas partes. nã sicut negat instrumẽtũ, ita posset negari intinuatio, & consensus partiũ: sic ideo melior cautela, ꝙ tu, qui celebras cõtractũ cũ aliquo forensi, vt ciue, & instrumẽtũ debet dimitti ad partes extraneas, vt facias dictũ instrumẽtũ scribi e ꝑ tabellionẽ publicũ, & subscribere tres tabelliones honestos, & signare eorũ signis, ad hoc vt nõ possit negari instrumẽtũ, etiã manu notarij. & hoc ꝓbatur per gl. no. in aut. de tabell. in §. aliàs au
1 tẽ. in gl. q̃ incipit. caue tibi. in fi. *q̃ dicit, quãta signa sunt in chartis, tot & plura sunt instrumẽta: vt in §. oportet. de fide inst. de hoc etiã not. Ang. in d. §. j. in aut. de tabe. col. iiij. Solet etiã adhiberi cõis alia cautela, videlicet ꝙ à fine instrumenti, vel etiã in alio instrumẽto officialis loci, i quo est scriptũ instrumẽtũ, sicut est ꝑior, ꝙ faciat scribere literas de legalitate notarij, dicẽdo, notũ sit omnib*, ꝙ notarius q scripsit tale instrumẽtũ, ponẽdo principiũ & finẽ, est bonus, verus & legalis notarius: &

lerẽt dictę cõcessiones: vt no. Bar. in d. l. j. & est singulariter no. contra similes impetrationes & vide in se.

Quando cõtumacia procuratoris noceat domino a. LVII.

a Noceat do. *Cõtumacia procuratoris nesciẽtis respõdere, an domino noceat, uide Bal. in add. Spe. de pcu. uer. si procurator respõdet. Itẽ cõtumacia procuratoris nocet domino, i hu ꝙ ptinẽt ad processũ causę, nõ quo ad mulctã ipo nendã, nec quo ad alias pœnas. Bar. in l. eũ q. in ul. uo. C. de procu. & ibi Bal. in v no. ui. Bar. in l. quãtis. in ult. col. uer. iij. cõsueuit dubitari ff. de dã. infe. & in l. quoties C. de dign lib. xij. et in l j. § si procurator. in 1 q.*

1 *Contumacia est aliquid non facere.*

2 *Contumaciam, dominus mittens procuratorem, quibus in casibus non incurrat.*

3 *Contumacia procuratoris, an & quãdo domino nocere habeat remissiuè.*

4 *Indefensus dicitur is, pro quo generaliter uocatis amicis & coniunctis, nemo comparuit.*

5 *Mandato generali negotiorũ, delictũ non continetur.*

ISTE articulus, an contumacia ꝓcuratoris noceat domino, est quotidie in vsu, & à nemine declaratur. propterea dicatis sic, ꝙ primò videndum est, quid sit contumacia procuratoris, & quæ domini. super quo pulchrè loquitur Bart. in l. cũ filius. §. in hac. de verb. ob.* Dicatis ergo, quòd cõtumacia est, aliquid non facere, & ideo contumacia dicitur illius, cui facere principaliter erat iniunctum: & ideo si dominus citatur, & mittat procuratorẽ, qui non comparet, non excusatur, mittendo procuratorem. allegat text. in l. procuratorem. §. tutores. ff. manda. & notat Bar. in l. non distinguemus. §. pe. ff. de arbi. quod verum est, si procurator non comparet prima vice ad litem: si posteà non comparet, dicitur contumacia procuratoris: vt notat Bar. in d. §. in hac. quod tamẽ dixi:

1 SI pater * instituit filium pupillũ & ei substituit pupillariter extra neũ, tunc si pupilli filius morit in pupillari ætate, excluditur à successione, & admittitur substitutus ª expressa substitutione pupillari etiã legitima, vt est casus in c. si pater de testa. in vi. & habet in l. Papi. in §. sed neq; impuber. ff. de inoffi. testa. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. Sed tu adhibere potes vnam cautelã, vt admittatur ad successionẽ omnium bonorũ filij, non obstante dicta substitutione pupillari expressa, videlicet vt detur pupillus in arrogatione alterius, qa ex hoc tollit substitutio. probatur in l. nec ei. ff. de adop.* Nã per arrogationẽ testamentũ rũpitur. Insti. quibus mod. testa. in firmen. §. j. cũ enim per arrogationẽ capite minuatur, vt eo. tit. §. ab alio. sublata est substitutio, & sic pupillare testamentũ, vt ibi. & ff. de iur. codi. l. conficiũtur. §. si post factũ testamẽtũ, ipso ergo sublato, si morit filius in pupillari ætate, admittitur mater, vel alius hæres ab intestato. sed ista cautela videtur vtilis ppter stipulationẽ, quę secũdũ leges est faciẽda tempore arrogationis, vt l. nõ aliter. & l. his verbis. ff. de adop. vñ dic ꝙ tunc habet locũ, quando talis stipulatio tũc fortè fuisset admissa. & illã cautelã tradidit Tãcret. de Corneto in quodã suo opere iudiciali. qd Compendium appellatur, in vltima parte, in ver. tertio quærit. Sed aduerte, qa etiã ista cautela nõ videtur sufficiens, etiã si prima stipulatio fuisset omissa: quia tũc licet nõ cõpetat actio directa, tamen videtur cõpetere actio vtilis, per tex. in d. l. nõ aliter cogitabis. Item aduerte, quia prædicta etiam si essent vera, debẽt intelligi, si filius in eo statu permanserit tempore mortis suæ, videlicet vt duret arrogatio vsq; ad tempus mortis, alioquin secus esset, quia licet de iure ciuili testamẽtũ sit ruptũ per arrogationẽ, tamẽ de iure prætorio valet: seu recõualescit, si tẽpore mortis suæ nõ reperitur arrogatus, vt Insti. quibus mo. test. infir. in §. alio. quia tũc deuenit ad casum à quo incipere potuit, vt in l. cũ vir. ff. de vsucap. & dicam etiã in cautela sequenti.* Est 3 magna dubitatio si fieri potest testamentũ ita & taliter, quòd nullo modo posit reuocari: vt habetur plenè per Bar. in l. si quis in principio testamenti. de leg. iij. & dicã in cautela sequẽti, posito pro cõstanti, ꝙ quidã condidit testamentum ita, quòd mutare nõ potest, tũc poterit adhibere cautelam ad rumpendum dictum testamentũ, quæ est similis præcedenti, videlicet, vt se det in arrogationẽ alteri, qui secũdũ naturam eũ arrogare posit, vt ff. de adopt. l. arrogatio. aut se faciat exbanniri ex eo delicto, ppter quod capite minuatur. iuxta §. cũ autẽ. Insti. quib. mod. ius pa. pote. nam per huiusmodi capitis diminutionem rumpitur testamentum, vt d. §. alio. Insti. quibus mo. testa. infir. facit quod in simili dicitur de bannito in l. si nõ pro cõdemnato. in prin. ff. qui satisda. cog. & istã cautelã intellige sicut præcedentẽ,

vide

videlicet ꝙ iste, qui facit testamētū,
reperitur in eodē statu tēpore mor
tis suæ, videlicet ꝙ sit exbannitus e-
tiā vel arrogatus, per ea quæ dixi in
cautela præcedenti. & istā etiā cau-
telā posuit Tācr. de Cor. in suo prę-
dicto opere. Ego dixi in cautela ꝑ-
cedenti, ꝙ maximū dubiū est apud
Doc. an. possit dari remediū, ꝙ fiat
testamentū, ita ꝙ nō possit reuoca-
ri, de quo habetur plenè per c. quod
semel placuit. de reg. iur. lib. vj. & ibi
plenè per Ioā. And. in mercu. & ple
nissimè per Bar. in l. si quis in princ.
testamēti. de leg. iij. & per Sal. plenis
simè in l. sancimus. C. de testa. & per
Bal. in c. ij. de feudo dato in vicē le-
gis cōmissoriæ. & inter remedia po 4
nitur vnū, videlicet ꝙ testator iuret
se nō reuocare testamētū, & nō con
trauenire. de quo plenè per eundē
Ioā. An. in d. c. quod semel. Petr. de
Anch. in c. ea quæ. de reg. iur. in vj. in
sua repet. & per Io. de Imo. in c. cùm
contingat. de iureiur. & per Bar. in d.
l. si quis in prin. testamenti. & in l. sti
pulatio hoc modo concepta. ff. de 5
verb. oblig. & per Bal. in c. j. §. item
sacramenta. versi. quęritur, si faciens
testamentū. in tit. de pace iura. firm.
& per eundē Io. de Imo. in l. si quis
inquilinos. §. fi. de lega. j. Sed tu po-
tes adhibere hāc cautelā, ꝙ qs testa-
mentū faciat, & iuret non reuocare,
& nō cōtrauenire, & per censurā ec
clesiasticā sibi præcipiatur, & perem
ptoriè ad instantiā hęredis instituti
secūdū qd̄ habet̄ in c. sacro. extrà de
sent. excom. ꝙ obseruet iuramentū,
& nō cōtraueniat, & si cōtraueniret,
vel cōtrauenire tētaret ex nūc prout
ex tūc, & ex tūc prout ex nunc dica
tur, ferimus sententiā cōtra eū: nam
si posteà reuocet testamētū, vel reuo
care velit, aliquid faciēdo, reperitur
excōmunicatus per sententiā excō-
municationis iam latā prius contra
eū: & sic, quia excōmunicatus nō po
terit testari, nec secūdū eius testamē
tum posteà factū valebit, vt in c. pia.
de excep. li. vj. & vide circa prędictā
cautelam. in l. vbi ita donatur. ff. de
dona. causa mor. & Fede. consi. suo
cxxxviij. sed aduerte, q̄a ista cautela
esset vtilis, & procederet qn̄ ille te-
stator cōsensisset illi sententiæ excō-
municationis latæ sub cōditiōe per
suū iudicē cōpetentē, per tex. & glo.
& qd̄ ibi singulariter notaui, & not.
Io. And. & Doc. i c. pe. & gl. extrà de
offi. dele. *vbi habetur an. qs possit
promittere se soluturū, aliqd ad cer
tū terminū: & si nō soluitur, ex tunc
excōmunicat̄. de qua dic, vt ibi. sed si
testator nō cōsensit illi sententiæ, &
precepto, tūc cōtra prędictā cautelā
posset dari remediū, videlicet quòd
antequā reuocet, & sic cōditione pē
dente appellet etiā post x. dies tēpo
re dicti præcepti vel sententię, *quia
quādo est lata sententia excōmuni-
cationis vel censuræ, cōtra vnū sub
cōditione, pendēte illa conditione
etiā post x. dies à tēpore sententię po
test condēnatus appellare, vt est tex.
no. in c. prętereà. ij. de app. secundū
Ioā. And. licet ab alijs sentētijs cōdi
tionalibus debeat appellari infra x.
dies à tempore sententiæ latæ: vt l.
ij. §. biduum. ff. quando appel. sit. &
not. in c. prætereà. si autem testator
non consensit præcepto sibi facto,
appellet infra x. dies à die præcepti,
& res non habebit dubium, secundū
omnes, vel etiam post x. dies ante e-
uentum conditionis, & valebit ap-

pella

pellatio. Item prædicta cautela pro 1 cederet sine dubio, quando testator instituit filiũ venientẽ ab intestato. quo casu testator nõ potuit reuocare testamẽtũ quod primò fecit, vt l. nostrã.C.de testa. vel cancellare, vt in toto ti.ff.de his, q̃ in testa. delen. & sic posset lacerare, vel cancellare & reuocare, tamẽ ex quo aliud facere nõ põt, institutus in testamẽto reuocato, veniet ab intestato, sed si fuisset institutus extraneus, ista cautela non videtur sufficiens, quia licet testator nõ possit secundũ testamentũ facere, ꝙ excõmunicatus est, videtur ꝙ possit lacerare, vel delere testamentũ, & mori intestatus. per d.l. nostrã. & per d.l.j. & sic venientes ab intestato sic succederent, & non institutus, qui est extraneus. cogita tamen super hoc, si verum est.

a Substitutus. *Adde Bar. in l. lex Cor. in j. co uer. sed quaro utrũ ad bona. ff. de uulg. & pup. i l. cũ patronus. de leg. ij. & per do. Maria. Soci in cõs. prædicta substitutio. & c. Pau. de Ca. cõsi. cxlix. inci. sup primo dubio sciẽdũ est. & tenet Io. And. in addi. Spe. de testi. in rubri. pe. col. Item & legatũ morte legatary uiuo testatore perit. l. si Augusta. de leg. ij.*

Cautela, quòd quis semper alleget contra aduersarium in iudicio, quod est filiusfa. cũ eius pater præsumatur uiuere centum annis. CXVIII.

1 *Filiusfamil. in dubio quis esse præsumitur.*

2 *Filius quòd aliquis sit naturalis, in dubio non præsumitur, nec quòd quispiã emancipatus sit.*

3 *Regula, ei qui dicit, probare incũbit, quando locum non habet.*

QVIS 1 in dubio præsumitur esse filiusfa. quia pater suus præsumitur viuere centũ annis. l. fi. C. de sac. san. eccl. & no. gl. i l. sed si de sua. ff. de acqui. hær. p quã glos. dicit ibi Ang. no. bene hãc gl. ex qua magnũ habebis honorẽ, si scias practicare: nã infiniti actus sunt ꝓhibiti filiofa. maximè ex forma statutorum Italię. nã pro allegante est quædã præsumptio iuris, ꝙ sit filiusfa. & illa sufficit ad victoriã reportã jã etiã in criminali. l. absentẽ. ff. de pœnis & in ciuili, vt probatur in l. oẽs. §. Lucius. de his, quę in frau. cred. Vnde si aduersario nõ suppeteret de tẽpore probandi, succũberet in causa. & hoc dictũ reprobat Io. de Imo. Raph. Cu. & Lud. de Ro. in d. l. sed & si de sua. q 2 licet pater præsumatur viuere centũ annis, tamen nõ sequtur: põt enim esse emancipatus, aut naturalis, qui in paterna potestate nõ est, vt l. filiũ diffinimus. ff. de his q sunt sui vel alien. iur. Prętereà vt quis pręsumatur filius vel nõ, ponit gl. in l. Titia. ff. solu. ma. vt dicimus in simili, allegans minorẽ ætatẽ ad sui fundamentũ, tenetur eã probare. l. si minorẽ. ff. de in integ. resti. mi. & plenè not. Bart. in l. de ætate. ff. si minor se ma. dixe. & qui allegat quẽ esse filiũ pro fundamẽto suo, id probare tenetur. Itẽ ex quo litigauit cũ eo vt pateif. pro eo præsumitur. argu. eius quod no. in l. inter quos. §. j. ff. de dam. infect. & l. Põponius. §. rati. ff. de proc. & istã q. vide per Fe. de Se. cõsi. suo ccviij. & ibi nõ determinat. sed tu dicas, ꝙ ista cautela põt sustineri, si aduersarius litigans in prin. iudicij fecerit protestationem cõtra aduersariũ, dicens, ꝙ nõ intendat litigare cũ ipso,

ipso, nisi si & inquantũ habeat legitimã personã in iudicio cõparendi, iuxta no. in d. l. inter quos. §. j. quo casu, si secũ litigans nõ doceret se patremfa. nõ videtur esse psona legitima, et quo presumptio iuris est contra ipsum, qa vt dictũ est, pater presumitur viuere centũ annis. *Item nõ presumitur emãcipatio, nec q̃ sit filius naturalis, ex quo istud sapit de lictũ, vt no. in l. in cõcubinatu. ff. de cõcu. Nec ob. ratio quã s. dixi secundũ præfatos Docto. videlicet q̃ ille, qui allegat aliqd affirmare, vel negare ad suã intentionẽ fundãdã, illud debet pbare, sicut dicitur in allegante maiorẽ vel minorẽ ætatẽ. *quia illa regula nõ procedit, quãdo est iuris presumptio pro allegante, qa tũc nõ tenetur probare, vt no. dixit Bar. in l. illa stipulatio, si Calendis. ff. de verb. obl. ante fi. Nec valet argu. allegando ætatẽ, qa verũ est, q̃ in his quæ tẽpore mutãtur, nõ sufficit allegare fuisse in preteritũ aliquid, puta aliquẽ minorẽ, vt vult Bar. in d. l. de ætate. sed in his, quę solo cursu tẽporis nõ mutantur, secus est. sicut dixi in casu nostro, & propterea teneo, quòd Ang. verius dicat.

Cautela ad annullãdum processum, & sententiam diffinitiuam. CXIX.

1 *Clausula, non consentiente, imò contradicente, quid importet.*

SI tu aduocatus vis causam vincere, aduerte diligenter, quòd si post litis contestationẽ per procuratorem tãtùm interuenit dominus psonaliter in iudicio, & tractat causam per seipsum, semper cõtradicas, 1 & scribi facias in actis, te *non consentiente, imò cõtradicẽte, iuxta ea quæ ponit Bart. in l. j. C. de rela. nec te vltrà in verbis extendas. & in fin. causæ, si vides cõtra te debere ferri sentẽtiam, immediatè alleges, quòd omnes actus facti per dominũ sunt nulli ipso iure, cũ fuerint facti te inuito, & post litis contestationẽ per procuratorẽ suũ, non interueniente causæ cognitione, an dñs potuerit interuenire, vel nõ, vt probatur in l. post litẽ. vbi videtur casus de hoc. ff. de proc. & hoc videt velle Bar. ibi, & alle. l. mutari. ff. de proc. & ita tenet expressè Ang. in d. l. post litẽ. qđ dicit esse verũ, nisi dominus ĩ iudicio cõpareat ratione iuris vtilis, quod habet in instãtia, vt habetur in l. in causę. eo. tit. & propterea, vt tollatur ista dubitatio, & id periculũ aliq volentes euitare per procuratorẽ in libello faciunt describere nomẽ propriũ, & pcuratoris disiunctiuè, & copulatiuè, dicendo: Titius, siue Sempronius tanquàm eius procu. &c. ad hoc vt tam dominus quàm etiã procurator efficiantur domini litis, & instantiæ directè, quo casu lite contestata in persona vtriusq;, poterit esse solus dominus in iudicio, & cõparere. Est & aliud remedium, quando est lis contest. in persona procuratoris tantùm, q̃ procurator cõstituat suum procuratorem dominum suum: quia sic potest lite contestata procurator alium procuratorẽ substituere, & propterea cautus sit dominus. vt solus non compareat lite contestata in iudicio, nisi litis cõte. etiam sit facta in persona sua, vel nisi substituatur à procuratore, vel nisi præsente aduersario, & consentiente, aliàs gesta per eum essent nulla per prædicta.

Caute

Cautela ad excludendum exceptionem declinatoriã. CXX.

1 *Exceptionis errore concesso, consensus in iudicio non datur.*

NOTA nouã cautelã excludendi declinatoriã iudicis, videlicet, vt interrogetur aduersarius an velit litigare, qa si respõderit, ꝙ sic, excludetur, ita dicit d. Ant. de Bu. in vj. no. in xij. col. in ver. oppo. ij. quòd hęc interrogatio. de iud. c. j. & mouetur per gl. ibi no. subdit tamen in d. ver. hoc puta esse verũ, qñ litigãs est certus, vel esse debet de exceptione cõpetẽti, qa hoc pactũ, vel renũciatio non extẽdit se ad incognita. arg.
1 l. tres fratres. ff. de pac. *Et qa dato errore exceptionis nõ datur cõsensus in iudicio, vt ff. de iur. omn. iud. l. si per errorẽ. itẽ hoc verũ, quando respondet se velle litigare. Si autem 1 cõstituat procur. etiã ad respondendũ, per hoc nõ renunciat declinatorię de incõpetenti iudi. vt dicit glo. no in c. exposuit. extrà de dila. tutũ tamen est secundũ eum, ꝙ cõstituat procuratorem ad respõdẽdum saluis oĩbus exceptionibus suis. & pro ista cautela vide tex. cum gl. & ibi p Doct. in l. si fideiuss. in prin. ff. qui satisda. cog.

Cautela pro debitore in magna summa obligato, quód soluẽdo paruam liberetur. CXXI.

1 *Dictio, pro resto, cuius efficacię sit.*

EGO do tibi vnã cautelã mirabilẽ, quã tene mẽti ppetuò, qa est de pane lucrando. nã si debes alicui 1
1 centũ, soluendo ei decẽ, dicas, *pro resto, qa soluẽdo pro resto præsumitur antè aliã quantitatẽ esse solutã, qa aliàs nõ diceretur pro resto, vnde si creditor cõueniat te ad alia nonaginta, est pręsumptio pro te, ꝙ illa solueris. ita dicit Pau. de Cast. in l. ij. C. de hære. insti. per glo. no. in l. si ex pluribus. in prin. ff. de solu. & ecõtrà sint cauti creditores recipientes solutionẽ, ne faciant apponi in instrumento vel libro mercãtię, ꝙ pro resto recipiunt, secundùm Pau. ibi.

Cautela requirendi legatum rebelli. CXXII.

1 *Legatum filio in potestate, vel rebelli, non debetur, nisi cùm sui iuris factus fuerit.*

NOTA tu, qui vis relinquere rebelli, vt dicas sic, Lego tali fundũ, vt ipsum habeat, vel retineat, qa hoc relictũ non debetur sibi, nisi cũ factus sit capax, & restitutus ad gratiã cõmunis, & nõ antè, vnde ad hicũ non pertinet, sicut dicitur de legato facto filiofamil. modo prędicto, *qa ei non debetur, nisi facto sui iuris. tex. est no. in l. fideicõmi. §. hęc verba. & §. si filio. ff. de leg. iij. & ita aliàs dixit Iac. de Prato Veteri, aduocatus fiscalis.

Cautela pro creditore recipiente à debitore rem in solutum. CXXIII.

1 *Solutiõe eius quod debetur, omnis obligatio tollitur.*

SI aliquis est debitor alterius sub obligatione & hypotheca, vel cũ fideiussoribus, vel det in solutũ creditori aliquã rẽ, volente creditore, liberatur à debito principali, & liberantur etiã fideiussores, & tolluntur hypothecę: *quia solutione eius qđ debetur, tollitur omnis obligatio. Instit. quib. mo. tollit oblig. in prin. & ideo si cõtingeret, ꝙ postea res data insolutũ euincatur per tertium à creditore, non poterit debitor amplius

plius agere contra fideiussores, qui per dilationem insolutum iam sunt liberati, nec poterit agere hypothecaria, quia illa etiã est sublata, vt dixi. & si debitor nõ haberet vnde solueret, nullum remediũ creditori cõpeteret. & ideo cautela est, quando debitor vult tibi dare aliquid insolutum, ꝙ tu recipias cum reseruatione & protestatione, videlicet ꝙ tu non intendis per illam datione insolutum recedere ab hypotheca, neque ab obligatione fideiussorum, nam si tunc res euinceretur, duraret obligatio hypothecæ, & fideiussorum, & hoc probatur in l. si quis aliã, & ibi not. per Bar. & Doct. ff. de sol. quod not. quia multi accipiunt in solutum, & remanent decepti.

Cautela, quòd secũdus creditor a præferatur primo[a], cum limitationibus, & ampliationibus regulæ, qui prior est tempore, &c. CXXIIII.

a Præferatur primo. *Creditor secundus præfertur priori in re hypothecata, soluẽdo priori debitum, & prior cedat ei actionem. not. in l. mulier ff. qui pot. in pig. ha. & in l. j. & ibi Bal. C. eod. tit. & in l. secundus. & ibi Bald. C. de pig. Petr. de Su. in l. iubemus. in fi. C. ad Vel. & ibi Docto.*

1 *Regula, qui prior est tempore, potior est iure, quibus in casibus nõ procedat.* 1

2 *Creditor quispiam si primo obligauerit creditori omnia bona sua generaliter, & ego sibi fundum meum uendiderim, & habuerim fidem de pretio, ac mihi omnia bona sua obligauerit in dicta re sibi per me uendita, quis potior erit.*

3 *Creditores mariti matrimonio constãte, an mariti bona occupare possint pro iure creditorum, dotem tamẽ uxori offerre uolentes.*

VVLGARIS est regula iuris, quòd qui prior est tẽpore, potior est iure: vbi est obligatio bonorum, vt in regula, qui prior. de regu. iur. in vj. & l. potior. l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. ha. & l. priuilegia. ff. de priui. cred. & ista regula procedit, etiã si res debitoris sit empta ex pecunia posterioris creditoris, vt habetur in l. quod quis. eo. ti. & in auf. quo iure. C. qui pot. in pig. & ideò si mutuaui pecuniam laborantibus, vt emerent boues pro vecturãdo, & laboratores haberent creditores anteriores cum hypotheca, illi creditores pferentur, & possunt per hypothecam aduocare dictos boues, cum idem iuris sit censendum de istis bobus, sicut de alijs bonis debitoris. Itẽ procedit dicta regula, etiã si posterior creditor venderet res suas, puta mercãtias debitori habita fide de ptio, quia in illis, ille qui est potior in tẽpore, erit potior, & nõ vendens, vt est casus sing. secũdùm aliquos in l. quidã. ff. de in rẽ vers. & ita dicit Ange. in l. licet. qui potio. in pig. ha. sed tu allega similẽ tex. ĩ l. procuratoris. §. sed si dedi mercem. ff. de tribu & ibi etiam no. Pau. de Cast. & no. Ange. & Docto. in l. j. §. fina. ff. de solu.

[2]Sed illud fallit, primò in dote, vt est casus ibi. Secundò, quando emptor esset fugitiuus, & iam cogitauerat fugam antequàm emeret, & sic dolus dedit causam ad habẽdum fidem de pretio: nam tunc habetur fides pro non habita, vt habetur in l. iij. quæ incipit, si quasi. ff. de pigno. action. secundùm Angelum, qui ita singulariter not. in dicta l. si quasi. &

 dicit,

dicit, quòd ista quæstio fuit de facto Bononiæ. Adde, ꝙ si venditor nõ habuisset fidẽ de pretio, & hoc posset constare aliter, quia tunc nõ trãsfeat dominium, & sibi cõpeteret vendicatio, vt habetur in l. inciuilem. C. de rei vend. & §. venditæ. instit. de re. di. Et quãdo dicatur habita fides, vel nõ, vide gl. in d. l. inciuilẽ. & ibi per Bal. & Doct. in d. l. si quasi. fallit quãdo ex pecunia creditoris posterioris res esset empta, & eidem specialiter obligata, quia tunc esset potior iste vendens omnibus creditoribus, vt est casus multũ not. in l. licet. C. qui po. in pig. ha. quem omnino circa istam materiã vide, qui subijcit, ꝙ non præferentur mulieres in dote. Ex quo no. vnam cautelã vtilẽ, ꝙ si vis mutuare tuam pecuniam vni laboratori pro emẽdis bobus, ad laborandũ tuam possessionẽ, mutues ei hac conditione, ꝙ illi boues sint tibi specialiter obligati, quia tunc tu mutuans eris potior in illis bobus alijs creditoribus etiã anterioribus: aliàs si simpliciter mutuares ꝓ emẽdis bobus, & non diceres, ꝙ essent tibi specialiter obligati, creditores anteriores præferentur, & idem dicas ĩ similibus. Potes etiã ex prædictis aliam colligere cautelã, si tu emisti rem ab vno, q est grauatus ære alieno, & dubites, ꝙ res tibi vendita nõ euincatur à suis creditoribus, qa tũc debes dicere venditori, volo ꝙ pro pecunia mea ematur fundus, qui mihi specialiter sit obligatus pro euictione: nam tũc si euincetur res vendita, ille emptor erit potior omnib. creditorib. in illo fundo empto de pecunia tua. quod bene not. Et adde ꝙ Albe. de Ros. in l. obligatione generali. in fi. ff. de pign. dixit secundũ Vber. de Bo. quòd etiam d. l. licet. habet locum, si res empta non sit specialiter obligata, dummodò ille emptor obligauerit vẽditori omnia bona sua. de quo dic, vt dicam in seq. cau. Item aduerte quia Barto. in l. interdum. ff. qui pot. in pig. ha. videtur hic limitare, vt mutuans pecuniam præferatᵉ in re empta ex pecunia mutuata alijs creditoribus anteriorib⁹. nam dicit ipse, ꝙ illud fallit in dote, quia non præfertur mulieri dotem habenti, quia iste mutuans habet solummodo tacitam hypothecam, per ea quæ not. ibi per ipsum. Sed in casu nostro non credo illud verũ esse: nam qñ mutuans pecuniam, vt ematᵉ res ex ea cum ista conditione & pacto, ꝙ res inde empta sit specialiter obligata mutuanti, mutuans debet habere expressam hypothecam, & non tacitam. ex quo expresse ita cõuentũ est, & pro hoc l. vnica. §. j. C. de rei vxo ac. & talis mutuans ꝓpter istã hypothecam expressam, posterioribus debet ꝑferri omnibus creditoribus, & etiã anteriorib⁹, & etiã mulieri in dote sua, vt probatur expresse in d. l. licet. C. q pot. in pig. ha. nam si præfertur omnibus creditoribus habentibus etiã expressam hypothecam, vt ibi, & etiã illis, qui præferentᵉ mulieri in dote: ita dictæ mulieri præferendus est, per l. filiũ. cum ibi no. C. qui po. in pig. hab.

2 Si quis primò obligauit creditori oĩa bona sua gñaliter, & ego sibi vendidi fundũ meũ, & habui fidẽ de ꝑtio, & obligauit mihi oĩa bona sua, qs erit potior in dicta re sibi ꝑ me vendita? Et videtᵉ, ꝙ primus creditor: quia quã primùm habui fidem, transtuli in eũ

dñi

dominium, vt est casus in l. quidam. ff. de in rem versi. & in l. procuratoris. §. sed si dedi mercē. ff. de tri. & dixi in pcedenti cautela: tamen Vber. de Bo. quem sequitur Alb. de Rof. tenet contrarium p l. licet. C. qui pot. in pig. hab. & licet ista lex loquatur qñ specialiter obligatur, tamen dicunt ipsi, q nō refert an generaliter vel specialiter obligetur, vt C. de pi. l. & quia. Itē præferunt præfati fisco generali, sicut ex speciali obligatione. ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus. C. de pig. l. si ignorāte. nā ille ex cuius pecunia nauis est salua, pfertur, vt l. interdū. ff. qui pot. in pi. ha. ergo iste venditor cuius res fuit, fortius debet pferri arg. est optimum, & quasi expressum. in l. quod quis. ff. de priuil. cred. Ad tollendū tamē omne dubiū cōsulūt ipsi, & dāt cautelā, q vēditor dominiū retineat, quousq; sibi satisfiat de pretio: & ita cōiter fit, & obseruatur secūdùm eos, & bene. Quotidie contingit, q emit quis rē ab aliquo, qui male vtitur substātia sua, & ære alieno grauatus est, & habet creditores anteriores hypothecā habētes, & dubitat, q si solueret pretium, res sibi vēdita euinceretur à creditoribus venditis anteriorib⁹. si eminet euictio in limine cōtractus, pōt petere à vēdēte, vt sibi caueat de euictione antequā soluat ptium: vt l. si post perfectam. C. de euic. & si nō pōt cauere, neq; scemū reddere emptorē, & emptor velit omnino retinere rē emptā: dic q cautela est, q pretium soluat vni priori creditori, q omnibus præfertur vigore suæ hypothecæ, & tēpore solutionis, & antè conueniatur, quàm ipse creditor anterior ponat ipsum emptorem in locū suum ad suam hypothecam & obligationem: & ita etiā tempore dictæ solutionis, vel pōst, ille creditor anterior cedat iura sua, & omnē suam hypothecam & obligationē sibi emptori. iuxta l. Modestinus. cū no. per glo. & Doct. ff. de sol. quo casu prior creditor habebit pretiū, & emptor soluens sibi pretiū habebit hypothecam, & pfertur omnibus creditoribus ipso anterioribus, sed posterioribus illo cui soluit: vt probat in l. pe. & fi. & p totū. C. de his qui. in pri. cre. lo. succe. & est gl. ordi. in l. j. & in l. Aristo. quæ res pign. obl. pos. & ibi p Bar. & Doc.

3 *Sed nūquid creditores mariti constante matrimonio possunt occupare bona mariti p iure creditorū, volētes offerre dotem vxori? Videt q nō: quia adhuc actio de dote nō competit, neq; est casus, in quo dos posset solui cōstante matrimonio. & not. in toto tit. C. si dos cōstan. ma. & no. in l. j. si cōstante. in pri. ff so. ma. bona mariti creditores possunt occupare, offerētes dotē vxori: vt l. cùm tibi. C. qui pot. in pig. hab. & hoc tenet ibi Bar. secundùm Iac. de Are. qd dicit esse mēti tenendū ppetuò. & idē tenet Bar. in l. si cōstāte. in prin. in vij. q pi in tertiæ partis. in ver. ex his ergo respōdetur. & Ang. Bal. Pau. de Cast. in d. l. si cōstan. te. in pri. videt tenere cōtrariū. Sed tu dic: aut est solutū matrimoniū, & tūc est loc⁹ restitutioni dotis, & tūc oēs cōcordant, q creditor posterior pōt offerre dotē vxori anteriori in hypotheca, & in eius locū succedere: vt d. l. cùm tibi. & l. j. & p totū. C. de his qui in prior. cre. lo. succe. vel nō est solutū matrimoniū, sed maritus vergit ad inopiā, & mulier icipit

 agere

agere contra maritum pro dote sua. a l. si constante. præalle. & l. vbi adhuc. C. de iure do. & tūc idē: quia ex quo mulier ageret, & agere potest ꝑ dote, ita potest offerri dos pro sua per anteriorem creditorē, per iura præalle. & isto modo intelligatur quod not. Ang. & Doct. prædicti. Aut non est casus dotis petendæ: quia marit⁹ viueret, nec vergat ad inopiā: & tūc teneo opiu. Iacob. de Aret. & Barto. quia sicut non potest peti vel restitui dos: ita nec etiam potest alteri creditori cedi, & offerēti dictam dotem. Et creditorē posse offerre pecuniam dotis mulieri, intelligo, nisi in instrumento dotis diceretur, quod 1 in casu dotis restituēdæ, mulier posset petere dotem suā in pecunia vel in bonis mariti in electione ipsius mulieris: quia tunc creditores ex inuita, non possunt offerre pecuniā ea nolente: sed volente sic, ne sibi tollatur electio data in instrumento dotis: quod not. quia quotidianum.

Cautela quomodo uēditor possit percipere fructus ex re uēdita, nō computando illos in sortem. CXXV.

1 *Locator obligatus est ad mercedis exonerationē, si res locata perijt, uel fructus conductor percipere non possit.*

2 *Vsuræ Digestorum tempore prohibitæ non erant, hodie uerò sic, utriusq; testamenti pagina.*

3 *Vsura cur in mutuo prohibita sit.*

4 *Interesse probare difficile est.*

QVI vult vendere fundum rusticum, vel vrbanum, & emptor non vult, nec potest soluere pretiū incontinenti, sed ad terminum, quæ cautela adhiberi poterit venditori, vt durante termino solutionis faciē dæ[2] venditor fructus rei venditę percipere possit: licet aliàs non possit ꝑcipere: vt l. Iulianus. §. si fructib⁹. de actio. empt. Respondetur secundùm aliquos, debet venditor locare fundum venditum emptori certo ꝑtio, donec venditori pretium venditionis solutum fuerit, per textum in l. sicut emptio. §. j. cum l. seq. quæ incipit, cū vēderē fundum. ff. loc. vbi est de hoc casus ad literam, & erit vtilis ista locatio vēditori quo ad tria. Primò quantum ad pensionem. Secundò quod ipse locator, idemq; venditor non obligabitur ipsi conductori, sed conductor locatori: vt est tex. in d. §. j. quod declaro.* Nā licet alis locator sit obligatus ad exonerationē mercedis, si res locata perijt, vel fructus cōductor percipere nō pōt vt l. si vno. §. itē cum quidā. & ibi plenè per Bartol. & Doct. ff. loca. & in l. ex conducto. §. si vis tēpestatis. & in §. sed & si habes. & in l. si merces. §. vis maior. cod. tit. & c. propter sterilitatem. & ibi per Cano. extrà de loca. cum simili. cùm hoc casu, res vendita, & locata sit emptoris, eiusdēq; cōductoris, venditor idemq; locator non erit obligatus ad exonerationē mercedis, si res locata periret, vel aliter conductor damnū passus fuerit: & post perfectā vēditionē omne cōmodum, & incommodū spectat ad emptorem: vt l. necessariò. in princi. ff. de pericu. & cōmo. rei vendi. Tertiò, quia nec etiam venditor idemq; locator tenetur ad rem tradendā, & vti frui possit: vt l. cùm vēderem. ff. loc. & istas duas vltimas vtilitates ponit glo. in l. sicut emptio. §. j. ff. loca. Et est ratio secūdùm Bar. ibi, quia illa pensio magis debetur de pretio,

quod

quod sibi nõ soluitur, quàm pro re: vt not in dicta l. si vno. §. itẽ cũ quidam. ff. loc. & ita vidi obseruare hic
2 Paduæ. *Et aduerte, quia dicta cautela procederet de iure ciui. secũdũ tẽpora Digestorũ, secundũ quæ adhuc nõ erãt vsuræ prohibitæ: sed cũ hodie vsuræ sint prohibitæ pagina vtriusq; testamẽti, & de iure cano. ĩ c. quia in omnibus. de vsuris. & in toto illo ti. & in vj. & in Cle. de iure ciui. hodie: vt in aut. ad hæc. C. de vsur. & not. in l. cũctos populos. de sum. trini. prædicta cautela non procederet: qa dicta locatio cõtineret in se vsurã siue vsurariã prauitatẽ: nã ex quo erat res vẽdita & habita fides de pretio, & tradita, translatum erat dominiũ in emptorẽ: vt l. traditionib⁹. C. de pac. & Inst. de rerũ diui. §. p traditionẽ. & ideo de re sua pensionẽ soluere non tenetur: & si solueret, esset
3 vsura. *nã vna est ratio princ. quare in mutuo vsura est prohibita: quia ille, qui recipit mutuũ, si aliquid solueret vltra, solueret de re sua, vel ꝑpter rẽ suã: & ideo dicitur, quicquid accedit sorti, vsura est, vt l. rogasti. §. si tibi dedero. ff. si certũ peta. & in l. si tibi decẽ milia. ff. de pact. Vnde ꝑpter hoc nunquàm vtaris ista cautela sed potes vti alia, videlicet quòd tu vendas pro indiuiso tantã partẽ rei, quãtam capit pretium, quod soluitur: aliam partem retineas, & protesteris, quòd non intelligatur trãslatum aliquod dominium in emptorem, & illam partem loces eidẽ emptori cum pacto, quandocunque dabit tibi residuũ pretij, quòd habeatur pro vẽdita, vel quòd tenearis sibi facere instrumentum venditionis: & hoc erit vtile: quia non poterit per creditores emptoris tibi auferri, antequam soluatur tibi pretium, ex quo dominium remansit penes te, vel potes ei dictam partem non venditam locare ad partem tanquàm colono partiario: vel tertiò potes facere pa-
b ctum b, quòd deductis expensis teneatur tibi soluere fructus, vel quantũ interest tua: quia iste est vnus de casibus, in quibus possunt peti fructus de re alicuius, videlicet quando non est solutum pretium: vt no. glo. in c. conquestus. extrà de vsuris. & est casus ibi, & per Bartol. & Doctor. C. de actio. empt in l. curabit. Sed istud
4 vltimum est difficile. *sicut difficile est probare interesse: vt l. vnica C. de sent. quæ pro eo quod interest proferuntur. & habetur in l. ij. § .si. ff. de eo quod certo loco. Vnde mod⁹ primus retinendi dominium, & locandi, melior est.

a Solu. faciẽ. *Fructus rei empta sub conditione nõ pertinẽt ad emptorẽ pẽdẽte cõditione. l. necessariò. § si pendẽte. ff. de peric. & cõmo. rei uend nisi in casu deficiẽtis cõditionis emptor perdat pretiũ: quia eos lucratur in recõpensationẽ perditi pretiũ tex est sin. in l. si fundus. §. sed quòd ait ff de l. cõmisso. & Lud. Ponta in singu. uersi emptor nõ.*

b Pactũ. *Pactũ inter emptorẽ & uẽditorẽ, ut seruet, et si cõtrafiat, non ualeat, qua sit caute. Bal. in l. si. in 1 q. Et pactũ, q nisi emptor soluat pretiũ in termino, res sit uẽditoris, nõ habet locũ. si post terminũ uẽditor petit pretiũ: qa uidetur renũciare pacto. Bar. et Bal. ĩ l cõmissoria. C de pac. iter emp. et uẽ.*

Cautela pro fideiussore cõducẽtis domum. CXXVI.

1 *Fideiussor semper in testamento extr. mere debet illud, ad quę teneri nõ uult.*

ILLE q fideiussit ꝓ scholari q cũ duxit domũ, videt̃ fideiussisse non solũ ꝓ pẽsione domus, sed etiã pro massaritijs fractis, vel cõsumptis: vt per Bar. in l. amissi. §. fideiussores. secundũ vnũ intellectũ glo. ibi. ff. de fideiuss. & ibi tenet Lud. de Ro. in suo
1 singulari cccccxxv. * & ideo sit caut* fideiussor, si vult tenere tãtùm de pẽsione, & illud exprimat. aliàs in dubio tenebitur in totũ, vt suprà dixi.

Cautela contra fideiussorẽ carcerati, ut etiam ad pœnã contumaciæ teneatur. CXXVII.

1 *Fideiussor in dubio an pro usuris inter cedere uideatur.*

QVIDAM fideiussit pro carcerato ex causa criminali, q postea cõdẽnatus est: & qa nõ soluit intra certũ tẽpus, puta octo dierũ, in-
a currit in pœnã quartiᵃ pluris ipsius cõdẽmnatiõis, sicut incurrũt cõiter cõdẽnati in arẽgo ĩ ciuitatib* subditis dominio Venetorũ, an fideiussor erit obligat* in illo quarto pluri. Dicas ꝙ nõ, si idẽ incurreret maiorem pœnã ꝓpter suã negationẽ: qa de illa maiori pœna fideiussor nõ tenet̃. Et est ratio illa pœna quarti pluris, siue augẽdi ꝓpter negationẽ, non est pœna delicti principalis, ꝓ quo fide-1 iussit, sed est pœna cõtumaciæ vl̃ negationis, ꝓ qua nõ intercessit fideiussor, vt est casus in l. si. ff. de fideiu. & in l. j. ff. de in litem iurã. & ibi hoc no Bar, & Doct. & ideo sit cautus iudex secundũ eũ, si vult ꝙ ad hoc etiã fideiussor teneat̃, ꝙ scribi faciat, ꝙ fideiussit nõ tãtũ ꝓ pœna delicti, sed ꝓ pœna ꝓcessus: quia cũ pœna negãtis, vel cõtumaciæ, sit pœna ꝓcessus, fideiussor tenebit̃: vt no. Bar. in l. j. ff. de in lit. iur. & ibi ꝑ Doct. & per Ang. de Are. ĩ suo tractatu maleficiorũ, in gl. in ver. de qbus Ant. fideiussit. & de hac materia vide etiã Bar. in l. quæro. in prin. ff. loca. & plenius in
1 l. ij. de publ. iudi. * Et an fideiussor in dubio vid: at intercedere etiã ꝓ vsuris, vide tex. cũ gl. & Docto. & Bart. in d. l. quæro. in prin. & per glo. Cy. & Doct. in l. fideiussor. C. de fideiusso. & c. cõstitut*. in ver. accessiones. extra de fideiussor. & ibi per Doct.

a Pœna quar. *Fideiussor non tenet̃ ad quartũ plur, quod creuit propter negationẽ, uel per iuramentũ in litẽ præstitum post sententiã. Bar. post glo in l. ij. ff. qui satisda. cog. facit l si ab uno. in prin. & per glo. leg. & per Alex. in l j ff. de in lit iuran.*

Cautela pro fratribus, quãdo unus eorũ emit rẽ ex cõi pecunia, quòd hoc dicatur in instrumento. CXXVIII.

1 *Pecunia soluta semper soluentis fuisse præsumitur.*

SI VNVS ex fratribus emit fundũ ꝓ se, & fratre suo, & in instrumento cõtinetur, ꝙ pretiũ numerauerit emẽs, vel dict* vẽditor cõfessus fuit habuisse, & recepisse à dicto emptore, nec dicit̃ de ei* ꝓpria pecunia, vel etiã de cõi: in dubio* intelligitur de pecunia soluẽtis ꝓpria, ita ꝙ ab alio fratre põt repetere partem fundi, si vult, vt est casus no. in l. ij. C. pro socio. & ibi hæc no. Bar. & Bald. & ibi no. Bar. in l. si patruus. C. cõmunia vtriusq; iudicij. & in l. Titiũ & Mæuiũ. in §. altero. in principio. ij colũ. ff. de administratiõe tutorũ. & ideo sitis cauti, q habetis fratres, vel patruos in cõmuniõe bonorũ, & ponatur in instrumẽto, qũ vn* tãtũ soluit, ꝙ pretium soluit de cõi pecunia: ita

ita dicit Bal.in d.l.ij.& dicit hoc esse not.perpetuò:quia valebit tibi mille aureos: & circa hoc vide Bald.in l. cũ duobus. §.si fratres. circa principium in glo. vnde de facto accidit quod duo fratres.ff.pro socio.

Cautela quõ hæres teneat soluere legatũ. etiam si in testamẽto non interuenerint vij. uel in codicil.v.testes. CXXIX.

1 *Testamentum uel codicillos ad probandum an duo uel septem testes requirantur.*

2 *Contractus etiã testamẽto fieri possũt.*

LEGATA communiter relinquuntur in testamento, in quo requirũtur septẽ testes,vt l.hac consultissima.C.de testa.vel in codicillis,in quib* quinque testes debẽt in

1 teruenire. l. fi.C. de codicil. *Et est magnũ dubiũ nũquid duo testes sufficiãt ad probandũ testamẽtũ vel codicillos, an verò requirantur septẽ, vel quinque,vt habetur per gl.ordi. in l.ij.C. de bono.poss. se.tab. & ibi per omnes Doctores, sed tu potes adhibere hanc cautelã, ꝙ duo tantũ testes sufficiãt ad probãdũ,videlicet quòd quãdo testator facit testamẽtũ faciat sibi ꝓmitti ab hærede de prestando legatũ legatario.nam tũc tale legatũ transit in vim cõtractus:secundùm Bart.no.in l. nemo.in prin. ff.de lega.j.qui allegat ad hoc l.fi.C. de fideius.& l.quid ã.ff. de hære. instit.& in l.spadonem. §.j.ff.de excusa

2 tut.Nõ est mirũ.*quia etiã cõtract* potest fieri in testamẽto: vt est glos. not.in l.heredes palàm. §.fi.ff.de testa.& est alia similis in l.his cõsequẽter. §.sed cũ emolumentũ.ff. famil. erciscũ. & effectus huius contractus erit, quia per duos tantũ testes probari poterit, sicut probantur cæteri contractus,vt l.vbi numerus.ff.de testa.cum si.vt tollat omnis dubitatio, facias quòd in instrumẽto hæres promittat testatori,& notario præsenti tanquàm publicæ personæ stipulãti, & recipienti nomine & vice ipsius legatarij,si est absens,vel si est præsens, promittat etiã ipsi legatario.& hoc dico vt tollatur dubiũ,an testator possit legatario stipulari,vt habetur in l. stipulatio ista. §. alteri.ff. de verborũ obligat. Et circa hoc vide quod no.Bart. in l. quis in princ. testamẽti.ff.de legat. iij.& vide etiã Bald. in l.eam quam. in iij.col. & in l.si ex testamento.C.de fideicom.

Cautela pro secundo inuestito de feudo, quòd sit potior primo,si secundus habet possessionem. CXXX.

1 *Vasallus si duobus uendidisset, & secundo prius tradidisset possessionem, an tunc secundus præferetur.*

SI DOMINVS inuestiuit aliquem de feudo, cogitur tradere possessionem,vel quasi,illius feudi, nec liberatur præstãdo interesse.casus est in c.si facta.si de feu.fue.controuer.sed remedium,& cautela est, quòd dominus non cõpellatur præcisè ad tradẽdum possessionem, vel quasi, videlicet quòd inuestiat aliũ, & ei secundo inuestito tradat possessionem: quia prior erit exclusus, & secundus erit potior, per l.quoties.C.de rei vendi.secundùm Bald. & ita tenet Iacob. de Aluar.in dicto c.si facta & idem remedium procederet,quãdo dominus alienasset feudum vni, & postea alteri:& secundo

1 tradidisset possessionẽ prius. per d. l quoties.secundùm Bald.in d.c.si fa

1 cta. *Sed quid si vasallus vēdidisset duobus, & secundo prius tradidisset possessionem: an tunc secundus præfertur? Dicas, quòd aut primo vendidit cū consensu domini, & tunc primus præfertur etiam si dominus secundæ venditioni consentiat: quia tunc nullū ius habeat consentiendi. arg. l. quotiescūq;. §. qui Caiū. ff. de leg. j. & ita tenet Bulgari* in d. c. si facta. per quod limitatur d. l. quoties. aut primo dominus nō cōsensit, sed secundo sic: & tūc secūdus præfertur indistinctè: quia prima alienatio facta sine cōsensu domini nullum ius tribuit: vt in c. j. de prohibi. feu. alie. per Lotha. & in c. j. de prohi. feu. ali. per Fede. cum simili.

Cautela, qua fit securus emens fundū dotalem · CXXXI.

1 *Obligatio quando inter partes nō contrahit, nec etiam fideiussoria subsistit.*

2 *Contractus quādo contra legē fit, sicut contractus, non ualet qui principalis est, ita etiā non ualet promissio de euictiōe uel pœna, q̄ eius accessoriū existit.*

QVI vult emere fundum dotalem, qui prohibitus est alienari, vt in to. tit. C. de fun. do. & Institu. quib. mo. alie. licet vel nō. in prin cū si. Sed quæ erit cautela, vt emptor sit securus, vel quòd saltem pretiū non amittat? Aliqui dicunt, quòd siue vxor vendat, siue maritus, debet adhiberi fideiussor, qui erit obligatus, ex quo ista prohibitio alienationis rei dotalis est fauor mulieris, non viri. ergo obligabitur fideiussor: vt l. si is. C. de præd. mino. & hoc tenet Cyn. in l. si prædium. C. de iure dotium.

1 *Sed aduerte, quia quando inter partes non contrahitur obligatio, non subsistit etiam fideiussoria: vt l. cùm lex. ff. de fideiussō. vt not. d. l. si prædium. & ideo alij dicunt, quòd cautela est, vt vxor non vendat: quia nō tenet datio fideiussoris per prædictà, sed vendat marito quia tunc eius fideiussor indistinctè tenebitur: quia quo ad eum non est prohibita alienatio, cùm text. non prohibeat fauore mulieris: vt est text. Instit. quibus mod. alie. licet vel non. In. fin. principij: & ita intelligi debet quod not. Bart. in dicta l. cùm lex. secundū Bal. in d. cta. l. si prædium. qui dicit, quòd ista est veritas. Alij ponunt tertiam cautelā, videlicet quòd non interueniat fideiussor, sed ali* tertius, qui se obliget principaliter & insolidum, cuius obligatio nō erit valida, ex quo illa obligatio nō erit accessoria: & istam etiā tenet Bal. in dicta l. si prædium. dicens quòd secundū eum cessat omnis scrupulus. Et si dicatur, nónne maritus vendes tenetur de euictione & pœna dupli, si in instrumēto vēditionis apposita sit, vt in toto titu. ff. de euict. & maximè in l. j. & ij. Respondetur, quòd nō te-
2 netur: *quia quando cōtractus fit cōtra legē, sicut contractus non valet, qui est principalis, ita nō valet promissio de euic. vel pœna, quæ est eius accessoriū: vt est gl. singularis in l. si patronus. §. patronū. in versi. Flauiana. ante fi. ff. si quid in frau. pa. & eodē modo non valeret cōstitutum, siue precarium, si esset appositum in instrumēto vēditionis, vt dicit Bald. in c. j. ante fin. in titu. de feud. da. in vicē leg. com. in vsib. feu. & intell ge prædicta, quādo cōtractus est contra legē, vt dixi. sec* si esset præter legē: quia tūc nō valeret promissio, sed cōtractus principalis. valeret tamen

pœna apposita, vt l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obli. & ita no. Bal. in l. si quis in conscribendo. in principio. C. de pac. quod bene not.

Cautela pro usucapiĕte rē mobilem. CXXXII.

1 *Rei mobilis regulariter triennio usucapitur.*

2 *Minimis curādū nō est, quoniā in ipsis magnum periculum esse non potest.*

1 RES * mobilis regulariter vsucapitur triēnio, vt l. vnica. C. de vsucap. trāsfor. & Insti. de vsucap. in prin. quod est verū, qñ interuenit titulus, & bona fides, & possessio continua. vt ibi. sed si deficeret aliquod, puta titulus, non præscriberetur minori tēpore quàm præscribūtur res immobiles: vt l. seruum. cū ibi no. C. fami. er. & ibi hoc no. Ang. & no. qui dicit, quòd xxx. an. requiruntur. & no. etiā in l. nullo. C. de rei ven. & in l. seruum. ꝙ tu scholaris sis cautus, si emis librū pulchrum, vt fieri facias publicum instrumentum emptionis, ne deficias in probatione tituli cōperto libro apud aliū sine vitio: quia aliàs succūberes agendo rei vē dicatione, vel Publiciana, iuxta not. in §. sed iste. per gl. & Doc. Instit. de act. & in c. Abbate sanè. de re iudi. li. vj. etiā si ille, apud quem est liber, nil doceret de iure suo, vt est casus no. in l. fi. C. de rei ven. & idem dicas in alijs pretiosis emptis. & loquor de pretiosis, non quia idem non sit in alijs rebus mobilibus etiam mini-
2 mis: * sed quia de minimis nō est curandum, ex quo in eis nō potest esse magnū periculū seu dānū. vt l. Seio. ff. de in integ. resti. sed qui habes librum alienū, nō vtaris ista cautela, qa esset in perniciē animæ tuæ, &c

Cautela quomodo petitio æhreditatis datur contra possidentem titulo uniuersali, uel singulari. CXXXIII.

1 *Hæreditatis petitio, regulariter nō datur contra titulo ꝑ ossidentem, etiam uniuersali.*

2 *Hæreditatem qui uendidit, non uidetur in quota uendere res singulares. sed hæreditatis ius.*

3 *Debitor tuus si in magna quātitate fuerit, & iudex non possit cognoscere nisi usq; ad xxv. ann. omnia singulariter petere potero.*

LICET * petitio hęreditatis 1 nō detur contra ti. possidentē etiā ti. vniuersali regulariter, vt d. l. hæreditatē. C. in qui. cau. ces. lon. tēp. pscr. & in l. ij. C. de peti. hæredi. quæ regula fallit in pluribus casibus, de quibus per glo. & Doc. in d. l. ij. & in d. l. hæreditatem. & per Bald. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. tamē vltra prædicta est dare aliū casum no. & singularem: videlicet pone, ꝙ ille qui possidebat hęreditatem, vendidit partem suam, & sic quotā bonæ fidei emptori, & sic trāstulit dominiū per illū titulum. tūc ego, qui pręt ēdo me hæredem, potero agere petitione hæreditatis cōtra istum emptorē, dūmodo agam ad singulas res, non ad quotā. quod possum: vt l. licet minimā. ff. de pe. hære. quia iste qui vendidit hæreditatem, nō videtur trāstulisse dominium in qualibet re de per se, sed solum ius hæreditariū videtur esse trāslatū, vt no. in l. ij. C. de hære. vel ac. ven. facit l. eū qui ædē. in prin. ff. de vsufruc. & in l. ij. & quod ibi not. C. de euic. & ibi hoc expresse not. Bart.
2 in prin. qui dicit, * ꝙ ille qui vēdidit hæreditatem, & idem in quota, non

GG 5 vide

videtur vendere singulas res, sed ius hæreditatis. ff. de re. iur. l. hæreditas & idẽ tenet ibi Saly. i. prin. facit etiã qđ no. Bar. in l. ,. ff. de leg. j. in illa q̃stione, an trãseat dñium rei singularis, qñ legatũ est singulare, & ꝙ possit agi ad singulas res petitione hæreditatis, videtur esse casus secũdũ aliquos in d. l. ij. in fin. C. de pe. hæ. ibi, singulariũ rerũ iure cõuenit &c. scilicet pe. hę. vt conueniat pdictis, & ti. Ex quo no. cautelã, qñ qs possidet ti. vniuersali res hæreditarias, licet nõ possit agere cõtra eũ peti. hære. ad totã vel quotã, tñ agas: qa agere potes ad singulas res peti. hęre. qđ est valde singulares: qa iste agẽs nõ tenet agere rei vẽdicatiõe, & sic nõ grauabit in onere ꝓbãdi dominiũ. 1 qđ esset sibi difficile vt l. cum res. & ibi no. C. de ꝓba. Et sufficit sibi agẽdo peti. hęre. ꝓbare, ꝙ illę res fuerũt de hæreditate tpe mortis testatoris, vel defuncti, vt l. & tñ. de pe. hæ. qđ erit sibi valde facile, & vtile, ꝓ ista opi. adduco istã rõnẽ, qa si est verũ, ꝙ nõ cẽset ille habere titulũ in reb⁹ particularib⁹, q emit totã vel quotã hęreditatis, ergo agens peti. hære. dicit habere meliora & potiora iura. & sic agere poterit: per not. in d. l. ij. Sed tex. in ea. l. ij. nihil videtur ꝓbare: quia cũ dicitur in litera, iure cõuenit, debet intelligi secũdũ gl. ibi, rei vẽdicatione, nõ pe. hæ. nã in similius legis tex. loquit de titulo singulari: ergo nõ põt loqui de peti. hæ. quia illa nõ dat cõtra titulo possidentẽ res titulo singulari. sed p rõnẽ, quã statim dixi, credo dici posse illã esse verã. Sed aduerte: qa ista cautela videt posse destrui ex alio capite: nã videt, ꝙ possit dicere reus conuentus: Volo ꝙ tu agas cõtra me ad singulas res pluribus iudicijs: qa interest mea, ne distrahat p plura iudicia: vt l. ne plures ff. de exercito. & no. per Bar. & Doc. in l. quidã existimauerũt. ff. si cert. peta. & per Bar. & Doc. in l. in cõmodato. §. duob⁹. ff. cõmo. & in l. scire debem⁹. ff. de ver. obli. Sed tu dic, ꝙ prædicta causa ꝓcedit indistincte, qñ nõ opponeret à parte, vt totũ peteret. Itẽ põt dici, ꝙ etiã nõ posset opponi à parte cõuẽta: qa dicta oppositio vt totũ peteret, habet locũ, qñ actor totũ petere põt, sed ibi nõ posset totũ petere, vt in casu nostro dicimus, ꝙ sibi non posset opponi talis exceptio, & hoc in simili videt velle Bar. in d. §. duobus. vbi dicit, ꝙ si sum debitor tuus in magna quãtitate, & iudex nõ posset cognoscere nisi ad xxv. ad hoc vt iudiciũ valeat, & idẽ tenet Matthęus de Mathesilanis in no. cxvj. qđ incipit, no. qd si ex cẽtũ, &c. posset etiam hæres petere oẽs res singulariter, & in vno & eodẽ iudicio. & sic cessabit dicta oppositio. quod bene no.

a Peti. hæ. *Petitio hæreditatis datur ei qui nunquàm possedit hereditatem, non ei qui quandoq; possedit. Azo. glo. & Bar. in l. ij ff. de fideicom. here. pe. & Pau. de Cast. consi. xciiij. sed non datur ante aditam hæreditatẽ, per Philip. de Cor. in consi. statutum sic dispo nit, si quis autem, &c.*

Cautela ad obuiandũ fraudibus emptoris nolẽtis soluere uẽditori. CXXXIIII.

1 *Iudex etiam præsumptionem aliquam arbitrari poterit.*

MVLTI ẽptores solẽt vti fraudibus, qñ nolunt soluere pretiũ vẽditori: qa supponũt vnũ tertium,

tiũ, qui moueat litẽ ipsi emptori de re empta, & hoc faciũt ad finẽ, vt nõ teneant soluere pretiũ: vt l. si post pfectã. C. de euic. Sed est cautela cõtra eos, vt referat iuramẽtũ ipsis emptoribus, quòd nõ submiserũt illum tertiũ ad litigandũ. arg. gl. in l. at qui natura §. cũ me absente. ff. de neg. gest. ita tenet Ioã. de Pla. Insti. de excusatio. tuto. secũdũ Ange. in l. pen. §. stipulatio. de ver. ob. ista tñ cautela nõ est multũ bona: qa facilè iuraret ad sui fauorẽ. melior tñ est, q alleget iudici aliqua psumptio cõtra emptorẽ, * qa iudex eã poterit arbitrari. arg. l. si fideiussor. ver. in animo se derit. qui satisda. cog. & ita tenet Ange. in d. §. stipulatio.

1

Cautela cõtra emphyteotã, qui nõ soluit canonẽ, quòd possit purgare moram. CXXXV.

1 *Emphyteota non soluens canonem intra biennium à iure suo cadit.*

1 TV SCIS * q emphyteota nõ soluens canonẽ intra bienniũ, cadit à iure suo, vt l. ij. C. de iure emphyteo. potest tamen purgare morã, vt c. potuit. de loca. sed est cautela, vt nõ admittat ad purgandũ morã, q dominus statim elapso biennio protestet etiã absente emphyteota, q nõ intẽdit ipsum habere amplius p libellario: qa tũc non põt purgare moram nisi celeri satisfactione. alias enim non facta protestatione, credo quòd possit purgare moram. & sic intelligo c. potuit.

Cautela pro debitore, qui non põt probare solutionẽ, quia soluit in secreto. CXXXVI.

1 *Iuramentum factum, si mihi mutuasti, tibi restitui, quid operetur.*

SI DEBITOR soluet in secreto, & cũ iterũ conueniet, nõ põt de solutione pbare, quo ergo subueniẽ sibi, qñ creditor refert ei iuramẽtũ, vt iuret, an sit debitor suus vel nõ. dicit Ioã. de Imo. not. in c. cupiẽtes. in gl. in verbo, malignãtiũ. de electio. in vj. q sit cautus debitor in tali casu, q iuret hoc mõ, q nil debeo tibi per quod sim obligatus tibi: qa tunc saluat cõsciẽtiã suã. pro quo etiam vide Archid. iiij. q̃stione j. nullus. qđ esset singu. no. secũdũ Domi. in d. c. cupientes. Caueat etiã debitor ne iuret: quia si nõ crederet, ex quo videretur fateri debitũ, teneret. argumẽ. l. ij. §. j. de iura. cal. Posset etiã debitor sic iurare, * quòd si mihi mutuasti, tibi restitui, secũdũ Ioã. de Imo. vbi suprà. quod singulariter no. quia est quotidianum. & ad hoc vide glo. & Doc. in l. si quidem. C. de excep. & Bald. in l. quinquagĩnta. ff. de proba. 1

Cautela quòd quis posit contienire fideiussorem uel possessorem pignoris etiam principali debitore non excusso. CXXXVII.

1 *Excussio principalis singulariter fieri debet.*

EGO do tibi vnã singularẽ cautelam, vt possis cõuenire fideiussorẽ, vel pignoris possessorẽ etiã principali debitore nõ excusso. * debet enim regulariter fieri excussio: vt aut. hoc si debitor. C. de pig. nisi esset notoriũ, q principalis nõ esset soluendo: vt l. si. ff. si cer. pe. & l. decẽ. de ver. ob. vel nisi esset potẽs, vel in loco inexpugnabili. secũdũ Bar. in d. l. si. Qñ autẽ nõ esset notoriũ, vtaris hac cautela, videlicet, qñ agis cõtra fideiussorem 1

reum

rem, vel possessorem, & ille excipiat 1 de nō facta excussione principalis, tu replices, quòd sua non interest fieri excussionem: quia principalis non est soluendo. nam tenet iudiciū, cū ille excipiens non auditur. gl. est singularis in l. nisi hoc actum. ibi, alij dicunt &c. ff. de pac. secūdum Ang. qui ponit hanc doctrinā in l. si quis pecuniā. ff. si quis omis. caus. test.

Cautela pro muliere consentiente alienationi dotis cum iuramento. CXXXVIII.

1 *Iuramentū matris non officit hęredē.*

QVANDO vxor consentit alienationi rerum dotalium fiendę per maritum suum, & iurat non contrauenire, cautela est, compareat filius, & contraueniat tali contractui, 1 *quòd illud iuramentum matris nō afficit heredem: ita dicit Bartolus, & Angel. in l. qui super. ff. de acquir. hære. sed tu adde nota. in l. generaliter. in princip. C. de re. cre. & Bald. in authen. sacramēta puberum. C. si ad ver. ven.

Cautela, quòd ambasiator non petat restitutionem in integrum. CXXXIX.

1 *Res publica nulla uocatur, nisi Romanorum.*

AMBASIATOR non petat restitutionem in integrum: quia 1 abfuit causā reipu. *quia nulla respu. uocatur, nisi Romanorum, sed petat ex edicto generali, si qua mihi iusta causa uidebitur. ita no. Ang. in l. cum quidā. in fi. prin. ff. de acqui. hæredi.

Cautela ad petendum fideicommissum. CXL.

1 *Fideicommissum per procuratorem peti potest, non tamen per procuratorem in rem suam.*

COMMVNIS *opinio est gl. & Doct. quòd licet fideicommissum posit peti per procuratorem, ut habetur in l. qui ita. ff. ad Trebel. per gl. & Bar. in l. restituta. in prin. eo. ti. & in l. mulieres ex asse. ff. de iure do. & in l. si stipulat* ita fuerit. ff. de ver. 1 ob. tamē per procuratorem in rē suā peti non potest: ut not. in d. l. qui ita. arg. l. per diuersas. C. man. tamen cautela est, quòd emēs ius fideicōmissi, ex quo nō potest illud petere ab hærede, id est, quia hęredem couenire nō potest de hæreditate, quam tenetur alteri, à quo ipse emit, restituere per fideicōmissum: per prædicta cōueniat illum heredem pro suo interesse, scilicet, quia restituat fideicommissario, & posteà in ipsum trāsibūt omnia iura uēditoris, id est, fideicōmissarij, cui sit facta restitutio. ita singulariter dixit Bal. ī l. pe. C. ad Treb.

Cautela ad contrahendum cum tutore. CXLI.

1 *Tutor tutorio nomine & etiam suo se obligare potest.*

CYNVS in l. post mortem. §. tutor. ff. quando ex fa. tu. dat cautelam, quòd uolens contrahere cum tutore, 1 *faciat illum obligari tutorio nomine, & suo. quod bene no.

Cautela pro emente ab executoribus testamenti. CXLII.

1 *Hæres ratificare cogitur rem à testamenti executore uenditam.*

TV qui emis ab executoribus testamētī rem hęreditariam, sis cautus, quòd petas ab hærede venditionē tibi factā ratificare: 1 *quia hęres ad hoc cogit. sc. cūdū Bal. no. ī authē. si captiui. ī vl. co. C. de epis. & cle.

Cautela quomodo tutor debet facere finita tutela. CXLIII.

Arbi-

1 *Arbitri potestas circa cautelas quanta sit.*

NOTA pulchrã cautelã Do.in l.vix.ff.de iudic. videlicet ꝙ finita tutela petat eligi arbitros, qui iudicent,& cognoscãt,an ipse rema
1 net debitor pupilli,vel nõ. *qa si arbitri declarãt cũ nihil debere pupillo,nõ põt ampli⁹ cõueniri ad aliqd.

Cautela pro illo, qui matrimonium per metum contraxit. CXLIIII.

1 *Testi uni deponenti de metu magis creditur,quàm pluribus testibus deponentibus alio modo.*

TEMPORE meo duo scholares Paduæ ambo de Foroliuio fuerũt conati despõsare suas amasias,cũ eis reperti in domo à consanguineis minãtibus eis &c.ꝓ quibus est casus in c. cũ olim.de spons. Sed ꝓ eis erit optima cautela,ꝙ inueniãt etiam vnũ testẽ,q deponeret
1 de metu,*qa licet alij plures testes deponant de volũtate,magis credit̃ illi soli:ita no.dicit Bal.in l.obseruare. §.proficisci.in xiij.quæst.ff.de offic.procõsu.& legat.domi. Ludouic. Pont.in rubric.de arbi.in vj.colũna, post Innocen.in c.cũ super.de re iudica.Nec refert,an metus præcesserit ante tẽpus cõtractus matrimonij, per nota.in l. j. §.quæ onerandæ.ff. qua.re. ac.non datur.& per Bar.in l. fin.ff.si quis ali.test.prohi. & Baldus in l.j.C.eodem.

Cautela pro ecclesia litigante. CXLV.

1 *Ecclesia curatorem habere potest.*

SVNT cautelæ pro ecclesia litigante,si fortè prælatus suus à iudicio repellatur.prima est,ꝙ ipsa ecclesia cõpareat,quia admitti debet. secunda cautela est, *quia detur cu-1 rator capitulo,vel ipsi ecclesię,ꝓ no. in c.fi.v.q.iij.& c.edoceri.de rescrip. & ita dicit Ioan.And in c.j. in ij.col. de resti.in integr.in vj.in nouella.

Cautela quomodo examinabitur testis infirmus. CXLVI.

1 *Infirmus mortis cogitatione semper immemor esse præsumitur.*

SCIS *enim ꝙ infirmus propter mortis cogitationẽ turbatur, & præsumitur immemor,vt l.hac consultissima.versicul.at cũ humana fragilitas.in prin.C.qui testa. face. pos. ideo dicit ibi Bald.ꝙ tunc testis non debet examinari:vnde est cautela,ꝙ examinetur in prin. quando incipit infirmari.& ita procedat quod habetur in authen.si dicatur.C.de testi.

Cautela quomodo res data in solutum efficiatur salua creditori. CXLVII.

1 *Filiusfam.de iure communi nisi de castrensi,uel quasi,testari non potest.*

EST magna quæst.si res data in solutũ euincatur, quomodo fit in solutum creditori,an primæua actione,an verò de euictione.de quo habetur in l.libera.C.de sent.& Angel.ibi.Spec.d.Pet.dat aliam cautel. post glo.ꝙ semper in datione in solutũ,apponatur pactũ,ꝙ nõ recedatur, nec credi intelligatur à priori contractu,si cõtingat rẽ in solutum datam euinci.nã tũc succurratur sibi veteri actione:quod bene no.in practica. Alia cautela, iure cõmuni fi-1 liusfa.nõ potest testari nisi de castrẽsi,vel quasi:vt l.fi.C.qui testa.fa.pos. vel non.nõ autem de aduentitijs, in quibus pater habet vsumfructum. l. pe.eod.tit.& l.cũ non solũ. §. filijs. C.de bon.quæ lib.Sed cautela est,ꝙ pater

pater ipsum emanciparet quo ad illũ 1 actum testandi tantùm, quod notat singulariter Bar. in l. j. §. in filij. ff. ad Treb. licet Bal. contrà & malè, secundùm Doctores, in l. senium. §. fi. C. qui testam. fa. pos.

Cautela contra perdentem instrumentum, ut eius amissionem non probet per iuramentum. CXLVIII.

1 *Instrumenti amissio regulariter per iuramentum probatur.*

1 REGVLA *est, quòd amissio instrumẽti probatur per iuramẽtũ: vt l. fi. C. de fide instr. & d. Lud. Pont. in l. quoties. in v. col. ff. qui satisda. coga. & Pet. de Peru. in tracta. de societate, in viij. parte, in q. xiiij. quod est 1 verũ, nisi aduersarius offerret se vel le probare de eius falsitate: quia tunc nõ sufficeret probatio per iuramentũ, secũdũ Io. de Prato, qui cõsultus de facto ita respondit: vnde cautela est, quòd cũ quis petit sibi instrumentũ edi, dicat se velle probare de falsitate, quã tunc aduersarius allegans de eius perditione nõ audiet volẽs probare per iuramẽtũ. Tu habes molẽdinũ in flumine publico, sis cautus quãdo illud corruit, & non potes nisi post certũ tẽpus illud reficere. vnde pone in loco certa signa, puta palos uel moles in signũ veteris molendini: & poteris quandocũq; illud reficere: vt per Bart. in l. quominus. ff. de flu. & per Ang. in l. fi. ff. de vsucap. & per Bald. in rubric. ff. de re. diui. 1

Cautela pro muliere, quæ uult emere aliquid. CXLIX.

1 *Pecunia in dubio præsumitur, ut probatur.*

NOTA aureã cautelã pro muliere, quæ vult emere etiã cũ pecunia mariti, *quod in dubio præsumitur, vt probatur in l. Quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. gratia euitandę præsumptionis de turpi quęstu, sic cauta, quòd faciat, quòd vnus amicus, vel cõsanguineus sibi det, vel cõsignet illã pecuniã in pręsentia aliquorũ, quã ei clàm ipsa det, & deinde emat. nã tũc cessat pręsumptio in casu dubij, ita dicit Bar. in l. cũ oportet. in prin. in pe. co. C. de bo. quę. li. 1

Cautela, quòd per unum testem probetur metus, cõcordat supra in rubrica de illo, qui matrimonium &c. CL.

1 *Metus probatio per unum testem instrumento præualet.*

SVFFICIT *quòd vnus testis deponat de metu cõtrahentis, licet in instrumẽto dicatur, quòd spõte, secũdũ Baldũ, & Ludo. de Ro. allegationes tu vide suprà, in cxij. cautela.

Cautela pro illo, qui habet domum obligatam: quia licet posteà propter delictum uenisset diruenda, non diruetur. CLI.

1 *Statutũ si dictauerit, quòd domus propter delictum diruenda ueniet, nõ comprehenditur illa, quæ alteri pignorata sit.* 1

NOTA cautelã pro creditore, cui iure pignoris, seu hypothecæ obligata est domus alicuius, qui commisit delictũ, propter quòd domus prædicta ex statuto ciuitatis veniret diruenda: *quia statutũ nõ intelligitur de ea, quæ sit alteri pignorata. ita dicũt Bar. Bal. & Ang. in l. j. ff. ad Sylla. quod intellige verũ, nisi de fraude cõstet. per no. in l. post contractum. ff. de dona. vt puta cùm iam intentionis esset delinquendi,

cùm rem pignori dedisset.

Cautela, quòd melius sit producere unum, quàm plures testes. CLII.

1 *Iuramentum in supplementum probationis deferri potest.*

SIS cautus tu quando producis testes pro te, vt prius eos examines, quia fortè si sunt singulares, nõ
1 producas nisi vnum: *quia sic poterit posteà tibi iuramẽtum deferri in supplementum probationis, quod non posses facere si plures produceres, qui essent singulares. ita pulchrè dicit Bal. in l. j. C. qui accus. non pos.

Cautela, quòd testis non possit examinari ad futuram rei memoriam. CLIII.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam quando examinari debeant.*

VT possis impedire, ne testes cõtra te examinentur ad perpetuam rei memoriã, cautela est, quòd offeras incõtinẽti subire iudicium & velle litigare. ita singulariter no. Ang. in aut. de testi. §. & hic. co. vij. Et ideo quod dicitur ĩ au. si dicatur. C. de test. & ĩ c. quoniã frequẽter. vt
1 lite non conte. debet intelligi, *quãdo testes volunt recedere antequàm lis possit contestari, vel dubitaretur de morte eorum, vel si esset tempus feriatum, quo agi non possit.

Cautela contra iudicem nõ admittẽtem exceptionem, quomodo possit ab eo appellari. CIIII.

1 *Iudex super exceptionibus, uel alia re dubitare potest, & petere dilationem, ut consilium habere possit.*

ISTE qui vult appellare, sit cautus quòd si iudex non vult admittere excep. sed ea nõ obstante ad vlteriora pcedat, tũc appellet. secus autẽ si iudex tacitè vel expressè nõ reijcit exceptionẽ allegatã, sed tantũ eam non admittit. non enim tunc potest appellari. & probatur in c. dilecto. de app. & ibi per Doct. & c. interposita. eod. tit. Ad idẽ est etiam alia cautela, quòd apponens exceptionẽ offerat se eã probaturũ incõtinenti: quia si iudex non audiat ipsum appellatione interposita, iustificatur solùm probando, q se obtulerit incõtinẽti probaturũ. tex. est in c. interposita. in prin. & ibi per gl. in fi. & Doct. de appel. Est etiã tertia, q quãdo iudex exceptionẽ nõ reijcit tacitè vel expressè, nec eã admittit, sed simpliciter dicit, *quòd dubitat, & quod vult super hoc habere consilium, vt sæpe fit, & sic tenet in verbis illũ obijciẽtem, sit cautus ille, qui exceptionem opposuit, vt requirat iudicem certo interuallo temporis: quia tũc si iudex aliter nõ declarat, potest appellari, & nõ antè. arg. c. ij. de sup. negli. prœla. secundũ But. no. in c. dilecto. de appell. & Abb. Sicu. in c. intimasti. eod. ti. De alijs autem cautelis circa hoc vide in Spec. in tit. de app. §. qualiter. ver. in summa. in secunda parte.

Cautela ad euitandum hæresim seu suspitionem, & idem uide per eundẽ infrà in principio nouarum cautelarum. CLV.

1 *Hæreticus non est, qui credit ea, quæ credit Ecclesia.*

BONVM & vtile consiliũ est pro illis, qui aliquando inculpantur de hæresi, vt protestẽtur, maximè in extremis se fuisse & esse catholicos & tenuisse, & tenere fidẽ catholicã, quam tenent Doct. & prędicat sacro

sanct

sancta Ecclesia Ro.& cũ eadẽ fide & vixisse,& mori velle.& probatur ꝙ hæc protestatio sit vtilis & valida, extrà de sum.tr.:.& fid.cat.dãnamus. ꝓpe fi.& no.in c.firmiter.eodẽ ti.nã & beatus Hiero.idẽ fecit culpat* ab inimicis,vt est tex.no.xxiiij.q.j. hæc est fides.& ita dicit Alber.de Ro. C.

1 de hære.circa fi. *Sed tu adde prędi

2 ctæ protestatiõi [a],ꝙ quicqd credũt, ideo credũt, qa credunt ecclesiã sic credere, & sua opi.fidei Ecclesię sub ijciunt:qa ille nõ dicitur hęreticus, nec peccat,dũmodó errorẽ suũ reuocet:vt singu.no.Inn.in d. c. firmiter.in fi.& intellige errorẽ defendere, quãdo pertinaciter defendit.vt dicit gl.no.xxiiij.q.iij.dixit Apostolus.& vide gl.in d.c.hæc est fides. & ista cautela est etiã vtilis pro aduocato,vel ꝓcuratore,q velit defendere inculpatũ de hæresi:vt dicit Albe.de Ros.in iij.parte,q.xxxij.& dicit se ita obseruasse in curia Romana,dũ defenderet corã sũmo Põtifice quosdã Mediolanẽses inculpatos de hęresi.

a Protestat. *Protestatio declarat ani-* 1 *mũ protestãtis.l Nesẽnius.et ibi Bart. j.not.ff de neg.gest.l q in aliena. §.fin. ff.de acq.hære.Bal.in l.pacta nouissima.in j.co ma.in fi.C.de pac l.at si qs. §.fi.de rel.& ibi Bar.dicit eã nõ extẽdi ultra uerba sua,qđ uerũ est in his, q̃ depẽdẽt à propria uolũtate,& potesta* 2 *te & nõ in his,quæ sũt certo modo dispos ita per legem,secundũ Bart.in d l. Nesennius.in primo nota.*

Cautela pro illo,qui est prohibitus aduocare, uel procurationem exercere, quomodó poterit exercere. CLVI.

1 *Postulare,seu aduocare,uel procurare, est in iudicio aliquid dicere.*

2 *Statutũ si puniat loquentẽ cũ bannito, eũ qui mittit nuntiũ,uel epistolam,cõprehendere non habet.*

3 *Statutum si prohibeat doctores esse aduocatos in causis,non prohibentur allegationes facere.*

4 *Aduocare est alienum desiderium in iudicio pandere.*

5 *Doctores Perusini,qui pacta cum ciuitate habent ut aduocati esse non possint aliquid gratis a iudice impetrare non prohibentur.*

6 *Episcopus, uel Cardinalis propter dignitatem licet non debeant consulere, uel aduocati officiũ exercere,pro amicu tamen illud facere possunt.*

IN multis casibus reperitur ꝓhibitũ per leges,vel statuta,aut pacta, quód quis non possit postulare, vel procurationem exercere; sed remediũ est,si tu aduocatus,vel procurator vis adiuuare aliquẽ in prędictis casibus, vt mittas vnã schedulam iudici scriptã, in qua sint allegationes partis tuæ: quia per hoc non venies contra leges,vel statutum,aut pactũ: *nã postulare, seu aduocare,vel ꝓcurare,est in iudicio aliquid dicere, vt l.j. §.j.ff.de postu.& ibi per Doc. & l.Paulus.& hoc ibi no.Bar.ff. de legatio.& idẽ tenet Lud.de Ro. in l.j. in prin.ff.de verb.obli.& ad idẽ facit qđ no.Bar.in l.j.in prin.ff.de leg. *vbi dicit,quód si statutũ puniat loquentem cum bannito, non cõpręhendit eũ,qui mittit nuntiũ,vel epistolã:sed cũ ore ad os.idẽ tenet Alb. de Ro.in suo opere statutorũ,ĩ j. parte,q.clxvj.vbi tenet, *ꝙ si statutum prohibet Doctores esse aduocatos in causis,ꝙ per hoc nõ prohibentur facere allegatiões in scriptis,ex quo no.tu scholaris,quód licet sit statutum

tum vniuersitatis nostræ Paduæ, ꝙ
Doc. nostri legentes non poßint ad
uocare contra scholares,tamen pos-
sunt in scriptis allegationes facere.
Item est aliud remediũ,vt det cõ-
silium,sed tamẽ in camera:quia hoc
4 potest, * cum aduocare, sit pandere
desiderium alienum in iudicio, vt l.
j. §.j.ff.de postul.& ibi hoc not.Bar.
& Doc.in l.j. §.aduocatos.ff.de var.
& extra.cogni.vbi est optimus text.
cum glo.de ista materia. Item põt
esse tertium remedium: nam põt cũ
iudice loqui, & aliquid gratis impe
trare à iudice,vt d.l.Paulus. in fin.ff.
de litig.& hoc vult Barto.in d.l.j. §.
5 aduocatos. * quòd doctores Perusi-
ni,qui habent pacta cum ciuitate, vt
non poßint esse aduocati,non pro-
hibentur à iudice aliquid gratis im-
petrare,& sic pſupponit Bar.ꝙ in a-
lijs duobus remedijs præcedentibus
poßit etiã cum pecunia,puta facere
allegationes, & in camera cõsulere,
& hoc credo verũ:licet Lud.de Ro.
dixerit in l.j.in princ.de verb.obli.ꝙ
hoc intelligit, quando gratis, per d.
l.Paulus.in fin.aliàs secus: quia in di
ctis casibus nõ dicitur propriè postu
lare, ex quo nõ prodit, vel procedit
in publicum,exponẽdo causam,vel
desiderium sui cliẽtuli,vt d.l.j. §.j.ff.
de post.nec ob.d.l.Paulus.in fi.quia
ibi nõ loquitur de prohibito postu-
lare,sed de prohibito se interpone-
re alienis negotijs, vel proprijs, ꝙ
plus ligatus est propter dignitatẽ le
6 gationis. *& propterea dico quòd li
cet episcopus vel Cardinalis ꝓpter
dignitatẽ nõ debeat cõsulere, vel ex
ercere officium aduocati,tñ poßint
pro amicis gratis consulere, p illum
tex.& p l.quisquis.C. de post.ibi,nõ
ad turpe compẽdium. & ibi, sed lau
dis per eum argumenta quærantur.
& ad hoc audiui sæpius allegare illũ
tex.per d.Flo.Bo.quod not.

Cautela, quòd quis habeat forũ à iudice, quid iuris sit ĩ causa, antequàm sit iudex. CLVII.

1 *Doctor contra consilium suum aliquid intentare non audeat.*

CAVTELA,quòd iudex coram
quo tua causa agitari debeat,ti-
bi faueat,velit, nolit, primò videas,
quando partes intẽdunt processum
ad eum dirigere, quòd præoccupes
tempus,& facias tibi consuli in cau-
sa illa mutatis nominibus contentis
in processu, ita quòd de facili pro te
consulet: & quando eritis ad manus
eius, poteritis cõsiliũ eius in mediũ
1 adducere,ita* ꝙ contra cõsiliũ nihil
audebit attentare: tamen cautus ad-
uocatus recusaret ipsum,vt suspectũ.

Cautela ad differendum iudicium. CLVIII.

1 *Sententiæ nullitas opposita quid operetur.*

CAVTELA si vis differre iudi
cium,qñ est sententia contra te
lata vna,vel plures, si non potes per
viam appellationis petere restitutio
1 nem in integrũ cõtra sententiã,*vel
nullitatem sententiæ opponas,& in
terim poteris ad concordiã venire.

Cautela pro illo, qui uult adire hæreditatem. CLIX.

1 *Testatoris filij repudiantes hæreditatẽ, repudiationis instrumẽtum statim facere debent.*

ADVOCATVS creditorũ sit
cautus,vt probet,si potest, qua
liter filius testatoris bibit de vino,
vel comedit de frumento patris post
mortem eius, vel aliquos fructus cõ

sumpsit in vsu vitæ: quia tunc per istos actus filius non negans videtur
a adiuisse, vnde repudiare non pōt, &
1 tenebitur creditoribus.* & sic etiam ipse sit cautus, vt nō teneatur, quòd incontinenti faciat publicum instrumentum fieri de repudiatione. ita eleganter dicit Ang. in l. si seruū quis alienū redemerit. § prior. de acq. her.

a Repudiare. *Hæres repudians hæreditatē, tenetur creditoribus tribus casis. scilicet quando pretio repudiauit, quo casu conuenitur quasi possidens pro herede. Itē quando rem una hære a ditariam retinet. Item in subsidium, quādo legitimus bona dissipauit Bal. in rubri. C. si quis omis. causa testam.* 1

Cautela ad hoc, quòd libellus ineptus non possit reuocari, & est suprà repetita. CLX.

1 *Libellum ineptum in genere acceptare non sufficit.*

NOTA duas cautelas, quòd libellus inept* reuocari, vel mutari nō possit. Prima est, quòd reus acceptet in specie libellū pductū, secūdū Bar. in
1 l. cum precum. ff. de li. caus.* nō autē sufficit acceptare in genere, secūdū Ang. de Are. Insti. de act. § j. in vj q. Alia est, quòd reus in secūdo libello dicat, nego narrata prout narrātur, & petita prout petunt: dico fieri nō debere, iuxta no. p Bart. in l. si dubitet. § j. ff. de fideiu. saluo iure pducēdi ī scriptis, & inde pōt deducere suas exceptiones, vt faciunt boni practici.

Cautela pro illo, qui negatur nō possidere. CLXI.

1 *Iudex in possessionem tanquam uacantem aliquem immittere potest.*

1 QVANDO* aliquis negat te possidere, tu dic, quòd iudex te faciat immitti in possessionē tanquam vacantem. ita dicit Ang. se practicasse, in l. fina. § de rei vendi.

Cautela pro illis, qui non possunt agere actione de dolo, quòd agāt actione in factum, & est repetita. CLXII.

1 *Actio doli de facto infamat, non autem actio in factum.*

DICAS vnū singulare, quòd actio de dolo nō pōt intentari p vilem personā cōtra nobilē, nec cōtra patrē per filiū, & ideo sint cauti viles, vt agāt actione in factū, & nō a- a ctione de dolo: quia eorū libellus, in quo faciūt mentionē de dolo, nō valet. casus est singularis in l. non de- 1 bet. ff. de dolo.* quia talis actio doli infamat de facto: vt no. ī l. apud Celsū. in § aduersus. & ita Raph. de do. exce. ita dicit Ang. de Are. Inst. de exce. in prin. versi. quo an cōtra parentes.

a Act. de do. *Actio de dolo quomodo cognoscatur ab actiōe in factū, per Bar. in l. si oleū. § merito ff. de dolo. Actio de dolo non datur contra patrē. l. si superstite. & ibi Barto. C. de dolo.*

Cautela, quòd confessio nō possit reuocari, est repetita suprà. CLXIII.

1 *Cōfessio alicuius per notarium scripta reuocari nequit.*

CAVTELA, quòd confessio reuocari nō possit, facias quòd iudex ei assignet terminū breuē ad reuocandum cōfessionē, quā etiā si velit reuocare posteā, nō audietur. ita dicit Angel. Institutio. de acti. § si minus. *vel facias eam per notarium scribi parte præsente, secundū Bal. in l. Gallus. § quidā rectè. ff. de lib. & posth.

Cautela pro creditore, quòd possit cedere nomen debitoris. CLXIIII.

Creditore

1 *Creditore inuito nō potest creditor sui debitoris nomen cedere.*

1 VOS scitis,* q̄ creditore inuito non pōt creditor cedere nomen debitoris sui:vt no.ī l. inter debitorem.iūcta l. pacta successorū.ff. de pac.secūdùm Pau.de Cast.ibi.sed cautela est, q̄ debitor faciat,q̄ vnus tertius offerat creditori se soluturū ꝓ ipo.nā si creditor vellet ab ipo recipere, debitor remanet liberatus. casus est secundùm Angel.in l. inter pactum. § post diuisionem. vbi tradit hanc cautelam.de pact.

Cautela,quòd si tutius quòd relictum fiat in codicillis,quàm in testamento. CLXV.

1 *Hæres in codicillis fieri non potest.*

MELIVS est,q̄ relictum certę partis bonorū fiat in codicillis, quàm in testamēto, nisi fortè qs
1 vellet instituere hęredē,* qđ fieri nō pōt in codicil.l.hęreditatē.C.de codic.Ratio est,quia testamētū p aliud sequēs rūpi posset.sed codicilli pri-
a mò facti nō rūpunt p aliosª,nec etiā p aliud testamētū, nisi expresè hoc dicat.tex.est Instit.de codicill. §. nō tantū.& Spec.in titul.de instr.edi. §. cōpendiosè.ver.si ad consultādū. & q̄ hoc ratione prædicta sit tutius, tenet Spe.in ti.de instr.edi. §. viso de impugnatione.ver.& no.q̄ tuti⁹ est.

a Per alios. *Codicillus primus non rūpitur per secundū,nec etiā per testamētum.l.j & ibi Bar C.de cod. in Spec. de instr.edit. §.viso de impugnatione. uer.& not.q̄ tutius.& in §.compendiosè.uersi.si ad consultandum. Instit. de cod. §.non tantum. uide l aute & ibi Bar.ff eod.tit.Bal.in addi. Specu. de instrumen edi.uersi codicillus nisi sint contrarij.ut l iij.C.de codicil.*

Cautela quōmodo post didicita testificata,testes possunt produci. CLXVI.

1 *Testes produci non possunt regulariter post didicita testificata.*

REGVLARITER* post didicita testificata timore subornationis testes produci nō possūnt: vt in aut.qui semel.C.de proba.sed est cau.quòd publicatis attestationibus pars det notitiā iudici de alijs testibus,te absente:tunc & iudex ex officio eos examinabit, eū pro absente suppleri posset.& ita dicit singulariter Bal.in l.ampliorē.in princ.C.de ap.quod no.& refert,& sequitur Pe. de Socino,in d.authent.qui semel.

Cautela,quòd quis post terminum non audiatur. CLXVII.

1 *Terminus assignatus alicui ad agendum si elapsus fuerit, post terminum*
• *audiendus est,nisi iudex pronuntiauerit eum amplius audiendum non esse.*

VT quis post terminum non audiatur.Inn.in c.lator.extrà qui fi.sint le g.* dicit no. si elapsus sit terminus assignatus alicui ad agendū, tunc etiam post terminum ille audiendus est,nisi iudex pronuntiauerit eum de cætero amplius non esse audiendū. Et ideo cautela est, quòd iudex in interlocutoria, p quā assignat terminum actori ad agendum: dicat hæc verba,& si intra dictū terminum non egerit,extunc prout ex nunc,eum non esse de cætero audiēdum.ita eleganter dicit Angel.in l. quandiu.in j.col.ff. de acquir.hære.

Cautela pro coniuncto, qui ignorauit mortem coniuncti. CLXVIII.

1 *Hæreditatem adeundi tempus ignoranti etiam currere potest.*

NOTA auream cautelã, quando coniunctus tuus decessit te ignorante, & elapsum est tempus adeundi, scilicet xxx. anno. iuxta l. licet.
1 C. de iure deli.* quia non debes petere hæreditatem illius, ex quo cucurrit licet tibi ignoranti terminus ad adeundum. sed petes bonorum possessioné in bonis illius, vt singulariter voluit Bal. in rub. C. qui admitti. in v. q. & in l. licet. præall. in iiij. q. & Pau. de Cast. in l. quãdiu. C. q admit.

Cautela pro filia exclusa a successione, si sit præterita. CLXIX.

1 *Hæreditatem post aditam per scriptũ hæredem per contratab. intentata non reducit ad causam intestati: sed ante aditam sic.*

1 SCIRE* debes, quòd per contra tab. intentata post aditã hæreditaté per scriptum hæredem nõ reducit ad causam intestati: sed ante aditam sic: vt not. in l. vt liberis. in j. glo. C. de col. Vnde filia præterita exclusa per statutũ à successione ab intestato, extãte masculo, sit cauta, vt intentet contra tab. post aditam, & nõ ante aditam. ita dicit Paul. de Cast. in l. certum. C. vnde cogna.

Cautela pro propinquis pupilli decedentis quo ad successionem bonorũ pupilli. CLXX.

1 *Iudex bonorũ possessioné pupillo absenti, & ignoranti decernere debet.*

PROPINQVI alicuius pupilli, cui est relicta, vel delata bonorũ possessio, debent esse cauti, quando pupillus est in articulo mortis, & nõ habet tutorem, qui agnoscat, vt scili-
1 cet petant à iudice,* vt pupillo etiam absenti, & ignorãti decernat bonorum possessionem: quia ad hoc iudex tenetur. ita dicit Pau. de Cast. in l. certum. C. vnde cogna.

Cautela pro uxore, quæ prohibetur asportare aliquam rem mariti. CLXXI.

1 *Statutum si disposuerit, quòd uxores de domo maritorum mortuorũ nihil asportent, non comprahendit eas, quæ uestimenta secum, & annulos in digito portauerint.*

NOTA quòd si statutum est in ciuitate, cõtra vxores asportãtes de domo mortui mariti, sint captæ, quòd vestimẽta portent secum, & annulos in digito, quia tunc non puniẽtur pœna statuti de asportantibus. ita pulchrè dicit Ang. in l. si seruum quis alie. redemerit. §. prætor. in fi. de acq. hære. Cautela notabilis est, alienatio dotis, etiam iurata, nõ valeat, qñ prius vxor iuret se nolle consentire alienationi dotis. nã licet postea cõsentiat, & iuret nõ contrauenire, nõ obligaᵗ ex secundo iuramento, sed ex primo sic, per gl. singularẽ in c. licet. de iureiur. in vj. vel sit cauta vxor qñ consentit alienationi dotis, vt probet se consensisse per metũ, vel reuerentiã maritalẽ. p no. per gl. & Bart. in l. j. §. q̃ onerãdæ. ff. qua. re. ac. nõ da. & p Pau. de Cast. ĩ l. pactũ. C. de col. qđ no. ad reuocandã dictã alienationẽ dotis etiã iuratã.

Cautela ad interpretationẽ statuti, quòd filia nupta extra ciuitatem non possit succedere. CLXXII.

1 *Dotem à patre oblatam si filia recusauerit, quis effectus proueniat.*

IN multis locis sunt statuta, q̧ filia nupta extra ciuitaté non succedaᵗ patri: sed plerũquẽ solet cautela adhiberi per filiam nuptam extrà ciuitatem;

1 tatem: * quia nō vult dotē recipere, vt sic posteà possit succedere. Sed contra hanc cautelam datur alia cautela: vt scilicet pater offerat ei dotē: 1 quia si stabit per ipsam, nihilominus excludenda est à successione. ita no. Bal. in l. fin. in iiij. col. C. de coll.

Cautela, quòd donans semper iuret, nisi in casu sequenti.

CLXXIII.

1 *Donatio simplex regulariter non ualet.*

1 PLENE * no. in aut. ex testam. C. de colla. ꝙ simplex donatio non a ualet. quod verum est, nisi iurata a: qa tūc ualet. Vnde cautela est, ꝙ donās iuret, secūdū Bal. no. in l. iij. C. ꝓ do. Si uis facere, quòd donatio simplex etiā iurata nō valeat, sis cautus vt qñ dones rē, iures, ꝙ nō vis donare. nā posteà licet dones, & iures. prę 1 ualet primū iuramentū, & etiam donatio non valet, per glo. singularem in c. licet in ^o si. de iureiu. lib. vj.

a Nisi iurata. *Donatio non insinuata intra terminū statuti, etiā iuramento nō firmatur, et ideo pōt conueniri tā per donatorē, quàm p ei^o hęredē. Fe. d. Se. cōs. cclxij. incl. causa talis est. et d. Ant. de Pisauro ī cō. omnipotētis, et ī effabilis Dei. et Alex. ī l. post mortē. de ado. et per Alex. plenius cōs. clvj. ij. parte. et in cōs. lxxviij. iiij. parte. et ī l. cū deidebito §. sed hoc. de pb. et gl. si qs p eo. de fideius. et per Ale. cōs. xij j. parte. et ī cōs. lxxv. eadē parte Doct. Cano. cōiter tenēt cōtrariū. ī c. cū cōtingat. de iureiu. et Pa. de Ca. cōs. xcviij. & cōs. ciij p Bal. ī l. illud. C. de sa. sanc. ec. & adde oīno per Bal. in l. fin C. de pers. & commo. rei uen. & in l. cum à matre. de rei uē. & in l. cum profitearis. C. de re. do.*

Cautela ad hoc, quòd mulieris alienatio etiam in dote ualeat.

CLXXIIII.

1 *Dotis alienationi mulier consentire non potest.*

1 OMNES * sciunt, ꝙ mulier non potest cōsentire alienationi dotis, p authē. siue à me. ad Vel. Cautela est, ꝙ teneat alienatio, vt vxor iuret nō cōtrauenire, vt d. c. licet. de iureiurā. lib. vj. vel ꝙ ipsa simul cū marito recipiat pretiū rei dotalis, qa videtur illud habere loco dotis. gl. est no. in l. fi. & in l. ita cōstāte. ff. de iure do. secundùm Bar. in cons. Domine.

Cautela quando reperiātur duo testamenta facta eodem die.

CLXXV.

1 *Testamenta duo, si eodem die fiant, nec appareat quod prius, aut posterius sit: neutrum ualet.*

1 SI reperiuntur * duo testamenta facta eodem die, tamen non appareat, quod prius & quod posterius: neutrū valet, & hæres ex neutro eorum potest hæreditatem capere. l. j. §. si quis in duobus. & ibi not. ff. de sec. tab. secundùm Tancre. in tit. de iurisd. q. xxv. probatur in l. eum qui. in prin. ff. de acq. hære. Sed no. optimam cautelam, quam Ang. practicauit aliàs de facto in ciuitate Paduæ, videlicet vt hæres adeat hæreditatē ex quocūq; testamēto, nec applicet animum magis ad vnum quàm ad aliud: quia tunc non dicitur esse dubiut, an sibi hæreditas sit delata. & ideo ex vno tantùm adire non potest. ita dicit ipse not. in l. eum qui. in prin. ff. de acq. hære.

Cautela, quòd copia probet.

CLXXVI.

1 *Originalis copia quando probet.*

ACCIPE mirabilem cautelā ad faciendum, quòd copia pro

bet, quæ aliàs nõ pbaret, per not. in aut. si quis in aliquo documento. C. de edē. videlicet quādo semel pro
1 ducatur originalis, copietur: *nā licet postea id perdatur, copia plenè probat, secundùm Paul. de Cast. in l. j. §. edition. ff. de edē. & Flo. in l. in lege. in iiij. col. ff. ad l. Aquil.

Cautela pro emptore, quando res ab eo euincitur, ad hoc, ut possit agere ad duplum. CLXXVII.

1 *Emptor non potest agere ad pœnā dupli pro euictione contra venditorem, nisi prius res empta, & euicta sibi ab ipso abdicata, & restituta fuerit.*

1 NOTA* quia emptor nō potest prius agere ad pœnam dupli pro euictione contra venditorē, nisi prius res empta, & euicta sibi ab ipso sit abdicata, & restituta eumdem: nec sufficit, quòd fuerit condēnatus ad restitutionē, nisi rest. fuerit. tex. est cum gl. in l. si seruum. in ver. abesset de ac. empt. & in l. euicta. §. si de euictio. Cautela est, emptor expectet, res ab ipso auferatur: qa autē non potest agere ad duplum.

Cautela pro mercatoribus, & reperitur ut suprà per eundem. CLXXVIII.

1 *Chirographus non probat, si moriatur unus de testibus in eo subscriptis.*

MERCATORES debēt esse 1 cauti quādo recipiunt ab alijs scriptū de manu, & chirographū, vt nō recipiāt illud nisi de manu notarij scriptū, & testib.* qa periculosum est illud recipere de manu debitoris:
1 *quia si moritur vnus de testibus, nō probat. casus est not. in c. ij. de fi. instru. & ibi per Doc. & est gl. no. in c. inter dilectos. e. ti. quod ppetuò no.

Cautela contra appellantem. CLXXIX.

1 *Appellauerit quod quis infra x. dies, præsumptio est.*

CAVTELA est cōtra appellātē, post decē dies appellatus neget appellatū infra decē dies, & nō dicat appellatū esse post decē dies, secundū Io. And. in c. Romana. §. si verò. de appel. & ibi secūdū Dominicum, præsumitur, secundū Bal. in authen.
1 hodie. *quòd quis infra decem dies appellauerit. & Ludo. de Ro. in l. sciendum. in xij. col. C. de in integ. rest.

Cautela, quòd in casibus, in quibus non potest appellari, petatur in integrum restitutio. CLXXX.

1 *Appellari in multis casibus non conceditur.*

1 MVLTI* sunt casus, in quibus non potest appellari, sed nunc cautela est, quòd petatur restitutio in integ. vt est casus in l. præfecti. ff. de mino. de quo plenè per Io. An. in nouella cap. j. in j. col. de restitutione in integrum lib. vj.

Cautela, semper contrahatur in præsentia iudicis. CLXXXI.

1 *Contractus iudicis autoritate celebratus, valet.*

SEMPER allegatur doctrina Bar. post gl. in l. j. C. de pręd. decur. li.
1 x.* cōtractus celebratus iudicis authoritate valet: qa omnis cessat præsumptio doli. vnde sis cautus tu, quādo cōtrahis, vt facias iudicē autorari, per no. in l. bonorum. C. qui admit. iudex enim tenetur autorari, secundùm Bar. in l. sæpe. de decur.

Cautela, quòd etiam elapso termino ad petendum bonorum possessionem, possit quis agnosce

gnoscere CLXXXII.

1 *Bonorum possessionem elapso termino ad petendum quomodo quis agnoscere possit.*

BALDVS singulariter dicit l. puberem.C. de iure deli. *quòd elapso termino ad petendum bonorũ possessionem, potest quis adhuc agnoscere: quia tunc videtur se gerere pro hærede, & sic efficitur hæres de iure ciuili. Cautela est, quòd quis non obstante lapsu termini adhuc petat bono.pos.licet Bar.ibi cõtrà, & malè, secundùm Ang. de Per. in ru.qui admitti.x.col.

Cautela ad hoc quòd ualeat pactum de non succedendo factum à filia. CLXXXIII.

1 *Renunciatio non ualet si filia simpliciter paternæ successioni renunciet.*

1 TV SCIS *quia si filia renunciat successioni paternæ simpliciter, non valet renunciatio. l.pactum dotali.C.de colla.nisi iuret, secundùm gloss. & Doctores ibi, & est textus in capitulo secundo, de pact. in 1.j. vt Baldus in l.fin.C. de pact.ponit cautelã, vt filia faciat pactũ de nõ petendo aliquid de bonis paternis: quia tale pactum etiã non iuratũ valet. Vnde fit cautus pater faciẽs filiã sibi renuntiari, videlicet, vt faciat sibi facere pactum de non petendo.

Cautela quando testis inutiliter deposuit CLXXXIIII.

1 *Testis eiusdẽ reproductio quid operetur.*

1 AVREAM *do tibi cautelam, quando testis inutiliter deposuit, reproducas eum iterũ, ꝙ dicat, sic depono, sicut aliàs deposui super tali negotio. tunc enim primum dictum inutile validatur per secundã depositionem eiusdem primæ: argumento l.legata inutiliter. secundùm Ange.ibi ff.de lega.

SEQVENTES CAVTELAE anno sequente editæ sunt per eundem autorem in Gymnasio Patauino.

Cautela utilis ad euadendũ suspitionem hæresis, & repetita suprà. CLXXXV.

1 *Hæreticus non est, qui credit ea quæ credit Ecclesia Romana.*

BONVM & utile consilium est pro illis, qui aliquando inculpãtur de hæresi, vt protestentur maximè in extremis se fuisse, & esse catholicos, & tenuisse, & tenere fidem catholicã, quam tenet, docet, & prędicat Romana Ecclesia, & cum eadem vixisse, & mori velle. Probatur quòd hæc protestatio sit vtilis & valida, ext. à de sum.trinit.& fid.cathø. capitulo, damnamus. prope finem. & notatur in capitulo, firmiter. eodem titulo. Nam & beatus Hieronymus idem fecit culpatus ab æmulis. vt est textus nota. xxiiij. quæstione prima, in capitul. primo, hæc est fides. & ita dicit Albe.de Ro. in rubrica de hæretic.circa fin. *Sed tu adde 1 dictæ protestationi, quòd quicquid credunt, ideo credunt, quia credunt Ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei Ecclesiæ subijciunt: quia ille non dicitur hæreticus, nec peccat, dummodò errorem suum non defendat: vt singulariter notat Inno.in dicto capitulo.in fin. Et intellige errorem defendere, quando pertinaciter defendit: vt dicit gloss. not.xxiiij.quæstione tertia, dixit Apostolus.& vide gloss. in dicto capitulo, hæc est fides. Et ista cautela est etiam vtilis pro aduocato, & procu-

ratore,qui uelit defendere inculpa-
tum de hæresi. vt dicit Albe.de Ro.
in suo opere statutorũ,in tertia par-
te,& in xxxiij.quæstione. & dicit se
ita obseruasse in curia Romana, dũ
defenderet coram summo pontifi.
quosdã Mediol.ĩculpatos de hęresi.

Cautela quomodo prohibitus postulare uel aduocare,possit amici causam defendere, & repetitur suprà per eundem. CLXXXVI.

1 *Postulare,uel aduocare,uel procurare, est in iudicio aliquid dicere.*

2 *Statutum si puniat loquentem cum bannito, non comprehendit eum qui nũcium,uel literas ad bãnitũ mittat.*

3 *Statutum si prohibeat doctores salariatos in causis esse aduocatos,an allegationes facere possint.*

4 *Statutum uniuersitatis Paduæ disponens,quòd doctores legentes cõtra scholares aduocare non possint, quomodò intelligatur.*

5 *Aduocare, est alienum desiderium in iudicio pandere.*

6 *Doctores Perusini, habentes pacta cũ ciuitate,ne aduocare possint,non prohibentur aliquid gratis à iudice impetrare.*

7 *Cardinalis uel episcopus propter dignitatem, aduocati officium exercere non possunt:sed gratis pro amicis consulere.*

IN multis casibus reperitur prohi-
bitum per legem vel statutum,vel
per pacta, quòd non possit postula-
re,vel procuratoriam artem exerce-
re. Sed remedium est,si tu aduocate,
vel procurator vis adiuuare aliquẽ
in dictis casibus, vt mittas schedulã
iudici scriptam,in qua sint allegatio
nes partis tuæ:quia per hoc non ve-
nires contra legẽ,vel statutũ, aut pa
1 cta. *Nã postulare,id est aduocare,
vel procurare est in iudicio seu in pu-
blico aliquid dicere, vt l.j. §. j. ff.
de postu.& ibi per Doct.& l.Paulus.in
fi.& ibi hoc not.Bar. ff.de legatio.&
idẽ tenet Lud.de Ro. in l.j.in pri.ff.
de verb.ob.Et ad idẽ facit quod no.
2 Bar.in d.l.j.in prin.*vbi dicit,quod sta-
tutũ puniẽs loquẽtẽ cũ bãnito, non
cõpræhẽdit cũ qui mittit nũciũ, vel li
teras ad bannitũ, sed cũ ore ad os lo
quitur.& idẽ tenet Alb.de Ro.in suo
opere singulari. in ij. parte.q. clxvj.
3 *vbi tenet,quod si statutũ prohibet Do
ctores salariatos esse aduocatos in
causis,quod per hoc nõ prohibentur fa-
4 cere allegatiões in scriptis. *Ex quo
no.tu scholaris,quod licet sit statutũ vni
uersitatis nostræ Paduæ, quod Docto-
res legẽtes nõ possint aduocare con
tra scholares,nõ prohibebũtur alle-
gatiões in scriptis facere illud reme
diũ,vt det consilium suũ in camera,
5 quia hoc potest: * cùm aduocare,sit
pandere alienum desideriũ in iudi-
cio. vt d.l.j. §.j.de postulando.& ibi
hoc not.Bartol. in l.j. §. aduocatos.
ff.de va.& extraor.cog.cũ gl.vbi est
optimus text. de ista materia potest
etiã dari tertium remediũ.Nam po-
test cum iudice loqui,& aliquid gra
tis ab eo impetrare: vt d.l. Paulus.in
fi.de lega.& hoc vult Bar. in d.l.j. §.
6 aduocatos.qui dicit, *quòd Docto-
res Perusini,qui habent pacta cũ ciui
tate,vt non possint esse aduocati,nõ
prohibentur à iudice aliquid gratis
impetrare.& sic præsupponit Barto.
quòd alijs duobus remedijs præce-
dentibus posset etiam cum pecunia,
puta,facere allegationes, & in came
ra consulere. & hoc credo verum,li

cce

cet Ludo.de Rom.dixerit in d.l.j.in pri.de verb.ob.ꝙ hoc intelligit.quã do gratis,per d.l.Paulus.in fi.aliàs se-cus:quia in dictis casibus nõ dicitur ꝓpriè postulare,ex quo nõ ꝑdit vel non procedit in publicũ,exponẽdo causam,vel desideriũ sui clientuli,vt d.l.j.§.j.de postulãdo.Nec obst.d.l Paulus.in fi.,quia ibi non loquitur de prohibito postulare,sed de prohibito se interponere alijs negotijs vel proprijs,quod est plus:quia ligatus ꝑpter dignitatẽ legationis.& ꝓ-
7 pterea dico,* quòd licet episcopus vel Cardinalis propter dignitatẽ nõ debeant consulere,vel exercere officium aduocati,tamen possunt pro amico gratis consulere,per illũ tex. in l.quisquis.C.de postulan.ibi,non ad turpe compendium.& ibi,sed laudis per eum augmenta quærantur.& hoc audiui sæpius allegari per illum tex.per d.Flo.de Bo.

Cautela pro filio,qui quid debet conferre cũ fratribus,ad hoc ut teneatur illud conferre. CLXXXVII.

1 *Dos filiæ in patris bonis non est.*

SI frater habuit aliquid præcipuũ à patre,fortè in præmium emancipationis,vel aliter in casu quo regulariter illud veniat conferẽdum, quæ cautela debeat adhiberi,vt non teneatur id conferre cum fratribus: quando agitur de collatione facienda.Dicit,quòd cautela est ista,quòd filius qui habet aliquid præcipuum, antequàm veniat ad collationem cũ fratribus, det illud in dotem filiæ suæ,vel aliter distrahatur,ita quòd non inueniatur tempore collationis vel tempore mortis patris in bonis filij,vel fratris:quia tũc ad illud cõferendũ nõ tenebitur.vt ff.de colla.l.j.in fi.& no.in l.ea demũ.de col. Et est ratio in dote:* quia dos filiæ, nõ est in bonis patris.C.de reuo.his quæ per frau.alij.sunt l.in successione.& habetur in l.iij.§.sed vtrum.ff. de mino.& in l.Põp.Philadelphus. ff.famil.erciscun.& ita tenet Tancr. de Cor.in quodã suo opere iudiciali,in vltima parte,in xij.quæstione. & istud ego intelligo verum,nisi cõstaret,quòd illa alienatio,vel dotis datio fuisset facta in fraudem causa euitandæ collationis.arg.d.l.in successione.quæ fraus probaretur,si dotans,vel alienans hoc prius dixisset. argumen.gl.no.in l.si pretor.§.Marcellus.ff.de iudi.vel quãdo per aliqua indicia perspicua aliter probaretur,iuxta l.dolum.cum ibi not.C. de lo.

Cautela pro illo,qui paciscitur de crimine,quod euitet infamiam. CXXXVIII.

1 *Trãsigẽs de crimine,cõfiteri uidetur.*

1 QVI paciscitur,* & transigit de crimine,crimen confiteri videtur,vt l.quoniã.ff.de his qui notant. infam.& ideo periculosum est,quando aliquis est accusatus,vel est inquisitum contra eum de crimine,quòd veniat ad transactionẽ,vel compositionem cum aduersario, maximè quando tale crimen irrogat infamiã:quia efficitur infamis ꝑpter illam tacitam confessionẽ:vt d.l.quoniam.Sed si quis velit euitare paciscendo dictam infamiam,cautela est multiplex.Prima est,quòd dicta pactio,seu compositio fiat gratis:quia tunc nõ infamat:vt est casus in l.furti.§.pactum.eo.ti.Secũda est,quòd in trãsactione exprimatur,ꝙ hoc fa-

cit trāsigēs, vt euitet īpēdia litis, nō ꝙ crimē de quo transigit, cōmiserit: vt d. §. pactum. argumē. ff. de mino. l. minoribus xxv. annis subueniri. facit ad hoc capi. dilect⁹ fili⁹ j. & qđ ibi no. extrà de Simo. & ca. cū pridē. cū ibi no. extrà de pac. Tertia est, si fiat trāsactio iussu iudicis: vt d. l. furti. §. q iussu. Quarta est, si fiat hoc modo, ꝙ iniuriatus, vel is qui dānū passus est, trāsigit vel trāsactionē facit cū eo, q de crimine arguit̄, & per pactū sibi remittit omnē iniuriā & offensam, & omne damnum, quod cōstat, vel cōstare posset illatū quacūque de causa. hæc iā cautela, licet sufficeret per viā pacti, quod cōstat gratis fieri posse, ar. dicti §. pactum. tamē per viā trāsactionis videtur, ꝙ nō possit habere locū: qa in transactione debet aliqd dari, retineri vel remitti: aliàs est nulla: vt l. trāsactio. C. de transactio. Sed ꝓdest dicta cautela, per viā pacti, faciēdo: qa talibus verbis pōt fieri cōtractus pacis. & ex hoc paciscēs nō cōfitet̄ maleficiū, de quo agit̄. & ideo fiat p dicta verba, scilicet ꝙ iniuriatus faciat pactū cū iniuriante, & ei remittat iniuriam, si quā cōstat vel cōstare posset illū sibi intulisse: vel qđ mutuo sib inuicē remittāt oēs iniurias, qa ex hoc nihil videt̄ fateri ille, q intulit iniuriā. ꝓ hoc facit gl. no. in l. si quidē. C. de except. & in l. si filiū. C. de libera. causa. & in l. ij. §. qđ obseruari. in ver. credit. circa mediū. C. de iura. calū. & gl. no. in c. cū venerabilis. in ver. fuisse cōfessus. extrà de excep. & tex. cū gl. in c. ex tenore. de test. Ex quib⁹ pōt colligi alia cautela, videlicet, ꝙ dicatur, ꝙ nō sit illata aliqua iniuria per talem inculpatum: & in quā: ū apparet, vel constare posset eum commisisse, iniuriatum sibi remisisse.

Cautela instruens aduocatum quomodo faciet, quādo eius clientulus non respondit posi a tionibus.[a] CLXXXIX.

a *Positionibus. Positionibus nō respōdens quomodo puniatur, uide Spe. de posi. § ix & x. & ibi uide, quid si respōdeat falsū uel obscurè. Positionib⁹ qualiter sit respōdēdū, uide Spe. de instru. edi. § nūc dicamus. uersi. quid si quis. Positionibus responsio facta per procuratorē an noceat, uide Bart. in l. nō solū. in prin. ff. de procu. & quid si est contumax.*

1 *Positionib⁹ si actor, uel reus respondere nolit, pro confessatis habentur.*

1 QVANDO actor, seu reus non vult rñdere positionibus, positiones habentur pro cōfessatis: vt habetur in l. j. §. sed qa verem ur. aliàs, quòd si actor. C. de iuramē. calū. & in c. ij. de cōfess. in vj. qđ intellige non ipso iure, sed p sentētiā, vt notat̄ in dictis iuribus. & habet̄ in aut. vt litigātes iurēt. in prin. col. ix. & ideo tu aduocate, sis cautus antequā cōmittat̄ causa decidēda cōsilio sapiētis, vt facias iudicē īterloqi, aliàs sola cōtumacia nō haberet̄ ꝓ ꝓbatione, nec posset cōsulere sapiēs esse probatū vel facias cōmitti vtrūq; articulū, videlicet an debeat haberi ꝓ cōfesso, & etiā diffinitiua: nā sup articulo nō cōmisso, cōsulere nō posset: vt habetur in l. j C. de rela. & oporteret cū ꝓ nūc ēē nō esse ꝓbatū, nec liquidū: qa dicit̄ cōsulere secūdū statutū cau sæ: in quo cā est tpe cōmissionis: vt C. de dilatio. l. cū à nobis. & ideo sis bñ cautus circa hoc. & ita tenet Bal. in l. j. in j. col. C. de pœna iudi. q male iu-

ld iudic.& adde circa istā cautelā,id quod dixi suprà in cautela c.quæ in cipit,ille qui non respondet.

Cautela,quòd in omnibus casibus præcludatur uia cedenti agenti contra debitorem suum. CXC.

1 *Creditor licet alteri actionem cedat cedens tamen cessione non obstante,in tribus casibus contra debitorem suū, agere poterit.*

2 *Donauerit si quisq̄ iā omnia bona sua, etiam actionis spem donare uidetur.*

TV habes l.iij.C.de noua.in qua 1 dicit,* q̄ licet creditor cedat actionē vni,puta creditori suo contra suū debitorē,tn̄ cedēs nō obstante cessione,poterit agere cōtra debitorē suū,& exigere,nisi in trib⁹ casibus,in quib⁹ nō pōt.Prim⁹ est,qn̄ cessionarius egit cōtra debitorē vigore cessionis,& litē cōtestat⁹ est. Secūdus est,qn̄ debitor incipit soluere cessionario.Tertius est,qn̄ denūciatū est debitori ne soluat puta creditori suo.Sed ad hoc,vt in oib⁹ casibus p̄cludat via cedēti,agenti,contra debitorē suū,cautela est,q̄ in instrumēto cessionis exprimatur,q̄ in cessionariū fiat cessio debitoris,cōtra quē oīa iura cedant:& q̄d cedēs nō solū trāsferet omnē actionē,quā habet contra debitorē suū,sed etiā cedit,& transfert omnē spem & exercitiū actionis,ita q̄ apud cedentem nullæ remaneāt actionum reliquiæ. Nā & hoc casu cedēs nullo pacto agere poterit cōtra debitorē,cōtra quē est facta cessio.quod aliàs posset illis tribus casib⁹,de qbus s.dixi,q habentur in d.l.iij.C.de noua.& ista est vna limitatio notabilis ad d.l.iij.quę fuit Tancre.de Cor.in quodam suo opere iudiciali,in vltima parte,in xj. quæstione. Itē posset esse alia cautela,videlicet,q̄ fiat delegatio,& sic quòd debitor p̄mittat soluere illi, cui iura cedūtur:qa tūc delegās nullo mō posset agere,vt est casus in d. l.iij.in princ.Sed ista nō semp pōt fieri.prima verò fit:& ideo melior.* & 2 adde,q̄ ille,qui dat,seu donat oīa bona sua,videtur etiā cōcedere spē actionis:vt nota.decimaoctaua,quæsti.prima,statutū.in gl.sed qualiter. quæ quidē actionis spes donari potest:vt l.iij.C.de dona.& sic nō haberet locum d.l.iij.C.de nouationibus.quod not.pro declaratione eiusdem legis.

Cautela de casibus, in quibus res litigiosa poterit alienari. CXCI.

1 *Res litigiosa regulariter nec uēdi,nec alienari potest.*

RES litigiosa* regulariter nō potest vēdi,vel alienari:vt l.vlti, & per totū titulū.C.de litigi.& in c. j.de cōfirma.vti.vel inuti.Sed tu habes cautelā,per quā poteris alienare etiam pendēte iudicio, videlicet q̄ iussu vel licentia prætoris,hoc est iudici alienes:quia valebit talis alienatio,vt est casus in l.diuus.ad finē princi.ibi,sed res tēpore perituras permittere debet prętor.&c.ff.de pe ti.hære.& ibi hoc no.Ang.qui dicit per illū tex.limitari omnia iura dicētia rē litigiosam pēdente iudicio alienari nō posse:qa de iussu vel cōsensu prætoris semper alienatio fieri poterit:& intelligo,q̄ iudex teneatur permittere, vel iubere,quando subest causa,puta,quòd res erat tempore peritura,vel alia similis causa, vt ibi p̄bat̄.Et adde aliam limitationem,

nem, videlicet, quod etiã sine permissu iudicis potest res litigiosa alienari, quãdo scilicet est iudiciũ vniversale, & controversiã passus, idoneè satisdedit, secundùm formam dictæ l. diuus. secundũ Ang. ibi, quod nota bene ad limitationem tituli, & materiam de litigiosis.

Cautela quando actus debet fieri in scriptis, debet prius tota scriptura scribi, & postea legi, licet male obseruetur. CXCII.

1 *Actus qui in scriptis celebrantur, ante omnia dictari debent, deinde scribi et demum legi: neque postea notario aliquid mutare licet.*

NOTA quòd ea, quæ celebrantur in scriptis, sicut sunt contractus in scriptis, & similia debent primo tota scribi, & posteà legi: vt est casus in l. cõtractus. C. de fide instrumen. & ibi ex hoc no. Bart. & dicit ex hoc notãdũ esse, per notariũ, qui postquã est rogatus de appellatione quæ debet interponi in scriptis, vt habetur in l. fi. cũ l. seq. ff. de appellatio. vel de sententia, quę similiter debet esse in scriptis regulariter, vt l. vltima. C. de sentẽ. ex breuicu. recitan. nõ potest aliquid addere, vel detrahere, vnde errore notarij dicunt se rogatos de appellatione interposita in scriptis, & posteà 1 dicũt, dictabis ea, & dabis mihi. Nã ante omnia debet esse dictata, & scripta: & postquàm est lecta, nihil potest addi. ita dicit Bartolus singulariter in dicta l. contractus. in princi. C. de fide instrumen. & idem tenet Baldus in l. in minoribus. C. de his quibus vt indignis. & in l. iniurandum & ad pecunias. §. fin. ff. de iure iurand. & Ange. de Aretino in l. j. §. libelli. ff. de appellati. & idem notat Ioannes Andreas, & Doctores Canonistæ, in capitulo, peruenit secundo. extrà de appellatio. facit quod notat Ludouicus de Ro. in l. prima. in decima colum. ff. de arbi. & vide Ang. de Perusio. in l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligation. & propterea sint cauti notarij, ne addant, vel addi patiantur actis, vel scripturis suis, quæ in scriptis debẽt fieri, postquàm de eis rogati sunt, vel eas legerint. & eodem modo sint cauti litigantes, vt videant scripturas dictatas, vel scriptas, quæ debent esse in scriptis, & petant copiã incontinenti, ne possit addi, vel minui. quod nota: quia vidi sæpissime seruari contrarium, & male.

Cautela quãdo quis bis, uel plures super eadem re appellet, quam appellationem debeat prosequi. CXCIII.

1 *Appellare à sententia, uel à grauamine intra decem dies bis super eodẽ puncto unusquisq; potest.*

2 *Appellauerit dato quod quis bis super eodẽ puncto, quã appellationem prosequi debeat, primam an secundam.*

VBI quis potest appellare à sententia, vel ab aliquo grauamine, iuxta no. in cap. cùm cessante. extrà de appella. potest bis super eodem 1 puncto intra decem dies appellare, & multi incontinenti appellant viua voce, saluo iure appellandi in scriptis & aliqui etiam postquàm in scriptis appellauerunt, dubitantes fortè, quod appellatio nõ sit bene cõcepta, iterum in scriptis appellant intra decem dies. & est dubium si valent istæ appellationes. de quo vide textum, qui

qui probat ꝙ sic, in l. prima. §. biduum. ff. quando appel. sit. versiculo, quod & in sentētijs. & tenet Baldus. in l. secūda, ad finē. C. de episcopali
1 audientia. *Itē est dubiū, quam appellationē debeat prosequi, an primā, vel secundā: de quo dic, vt habetur per Bar. & omnes Doctores in l. cùm procurator. §. si dominus. ff. de noui operis nūci. & per Bal. in l. appellatione. C. de app. & in c. j. §. sancimus. in ij. colum. in tit. quo tēpore miles inuesti. pe. de. & in cōsilio suo clxiiij. quod incipit, appellatū est bis super eodē &c. vbi notabiliter loquitur. & per Sal. in l. si quis libellos. C. de app. & per Ant. de But. in c. dilecta. in vltima colum. extrà de app. & plenè per Cardi. Zaba. & per Doct. in c. dilecta. & per Abbatē in c. suam vobis. eodē titu. Et aduerte: quia dixi, quis pōt bis appellare intra decē dies ab eodē grauamine. Nam vlterius appellare nō pōt, secundū Bald. qui ita not. dicit in l. eos. §. apostolos. C. de app. allegat rationē, quia aliàs esset nimiū superflua, & onerosa. argu. l. ampliorē. in fine. C. eodem titulo. & l. fideicōmissa. §. si quis decē. ff. de legatis tertio. Sed ego do tibi vnā cautelā in hoc, vt quis nō possit geminare appellationē suā, vide- 1 licet, vt appellat* procuret, vt iudex admittat primā appellationem, & ei deferat, & appellanti det apostolos dimissorios: quia tunc quā primùm admisit appellationē, & ei detulit, & apostolos concessit, statim est functus officio suo, & iurisdictio deuoluitur ad superiorē, ad quē est appellatum. & ideo nō potest amplius secūdæ appellationi deferre. arg. l. qui arbit. cū glo. ff. de arbitris. & l. iudex postquàm de re iudicata. vt eleganter no. Bald. in d. l. eos. §. apostolos. versicul. quæro nunqd sicut pōt sæpius appellare, &c. C. de appellatio. quē sequitur Ange. de Are. in l. j. §. libelli. in fine. ff. de appel. & idē vult Bald. in. dicto suo consilio clxiiij & idē esset etiā, quādo solū iudex, detulisset primæ appellationi, per c. cū appellationibus friuolis. de appellat. in sexto. & ideo sis cautus, si iudex primam appellationem diceret non esse legitimè interpositam, vt facias eam admittere, vt dixi.

Cautela, quòd quis non possit reuocare ineptitudinem libelli. CXCIIII.

1 *Litis cōtestatione, omnis facultas emēdandi, vel corrigendi libellū tollitur.*

QVANDO libellus actoris contra te product* est ineptus, ita ꝙ ex eo non possit sequi sententia condēnatoria contra te, propter libellū malè conceptū, iuxta not. in l. j. ff. de offic. assesso. & gl. sing. Instit. de oblig. in prin. in verbo, secūdùm nostræ ciuitatis iura. in fi. & l. decē. in princ. cū ibi notatis. ff. de verb. oblig. & not. in l. licet. C. de procura. & hoc, si bene cognoscis, cautela est, ꝙ tu incōtinenti litem contesteris,
1 *quia per litis contestationē tollitur actori facultas emēdādi, vel corrigendi libellū, vt l. edita. cū ibi not. C. de edendo. & est gl. singu. de hoc in l. qui familię. la picola. ff. fami. erci. nec poterit amplius ab illo iudicio desistere: vt in aut. qui semel. C. quomodo & qñ iudex. secundū ibi not. & licet Spec. ī titu. de libelli cōceptione. §. fi. versi. cautus etiā sis. dicat, ꝙ quidā aduocati hoc faciunt, quia videntes libellū ineptū, confestim

stim litē cōtestātur, ne postea valeāt emēdari, vel mutuari, vt dixi. sed q̄ hoc nō placet sibi, p l.fin.C.de anna. excep.qa poterit res vel causa ī pcess su iudicij declarari: vt in c.Abbate sa nè.de re iudi.li.vj.& c.cōstitutū. de appel. Tamen teneo, q̄ dicta cautela sit optima, qñ libellus est adeò ineptus, q̄ p declarationē nō pōt fieri aptus, puta qa est sine actiōe, vel cū actione inepta: vt habet in d.l.edita. Sed qñ libellus esset obscurus, & nō bene declarat*, puta qa nō exprimeret rē clarè, iuxta l.si rē.ff.de rei ven. tūc pcederet opi. Spe.& ideo ī casu pdicto, qñ libellus est ineptus, solēt procuratores rei cōtestari litē incōtinenti, dicēdo, nego narrata prout narrātur, iuxta no.per Bar.in l.si dubitetur.§.j.ff.de fideiusso.saluo iure producēdi in scriptis. & adde quod dicam in sequenti cautela.

Cautela quòd properetur ad litis contestationem. CXCV.

1 *Litis contestatione actoris conditio potior est.*

DIXIT Vbert* de Bobio, quòd aduocat* actoris debet esse cautus, vt pperet ad litis contestationē,

1 * qa ex hoc fit melior eius cōditio. C.in qbus causis in integ.restit. non est necessa.l.in minorū.C.de iudi. l. j ff.de nouat.l.aliā. & de vsuris, l. videmus. Aduocatus verò rei debet quāprimū pōt releuare litis cōtestatio.qa p eā claudit via multis allegationib.& exceptionibus, & refugijs. C.de iudi.l.apertissimi.& de pcur.l. ita demū.& de iurisdict.omniū iud. l.nemo.&. ff.de iud.l.vbi cœptū & p eā subijcitur reus iudici, & obligat actori C.de procura.l.neq;.& de excep.l.vlti.ff.de ædi.edic.l.ædiles. §. itē sciēdū.& extra de re iudica.c.inter monasterīū.in prim.ita not.Specu.in titu.de litis cōtesta. §. quoniā autē.versi.pe.qđ intellige, quando libellus actoris esset aptus, secus si esset ineptus, quia tunc cautius esset quamprimùm posset litem contestari, vt dixi in præcedenti cautela.

Cautela quomodò notarius debeat certiorare filiumfam. minorem, uel mulierem de priuilegijs sibi de iure competentibus. CXCVI.

1 *Renunciatio non ualet, nisi renūcians sciat id quod renunciet.*

2 *Certum aliquem nemo reddere potest de eo, quod ipse ignorat.*

3 *Memoria hominis labilis est.*

NOTARIVS scripsit instrumētū, in quo dicit, q̄ minor renūciauit beneficio restitutiōis ī integrū, & filiusfam.renūciauit beneficio senatuscōsulti Macedo. vel mulier renūciauit Velleia.& in eodem instrumento dicit certiorari a p me notariū de iuribus restitutionis in integrum, & senatuscōsul.Maced.& Velleia.sicut cōiter sit, *ad hoc vt valeat huiuscemodi renūciatio, est opus, q̄ renūciās debet scire id qđ renūciat, aliàs nō valet renunciatio, vt l.mitū.ff.de inoffi.testa.& no.gl.no. ī aut.quomodo oportet episcopos. §.igit.in verbo, interroget. col. j. & no.gl.in l.fi.§.si mulier.ad Velleia. Sed pōt adhiberi cautela, q̄ non valeat renūciatio, nō obstāte dicta asserta certioratiōe, videlicet, q̄ interrogetur notarius qđ est beneficiū restitutionis in integrū, vel Macedo. vel Velle.& si nesciat dicere, nō psumitur bene certiorasse, *qa nemo

2 pōt aliquē certū reddere, de eo qđ

ipse

ipse ignorat.& ita dicit Albe.de Ro. no.in d.l.fi.§.si mulier.ad Velle.addēs,ꝙ istā quęstionem habuit de facto,& fecit interrogari notarium:& quia nesciuit dicere q.d cōtineāt dicta beneficia, fuit pronunciatū pro ipso,vt renūciatio nō valeret, quod est bene notādū.Sed Rapha. Fulge. ibi dicit,ꝙ hoc est periculosum:quia cū semel notarius in instrumēto cōfessus fuerit dictā certificationē esse factā,& sic ius fuerit quęsitum parti, videtur ꝙ eius primo dicto sit standū,& nō secūdo.alias de facili cōtrahens decipi posset. ad hoc faciunt not.in l.eos.in fi. ff.de fal. Prętereà posset etiā dici, ꝙ tēpore cōtractus notarius sciebat,& tēpore quo interrogatur in iudicio,nō *quia memoria hominis labilis est,in l. peregrè. in prin. ff.de acquiren. possessio. & ideo tutius est,ꝙ dicatur in instrumēto,certiorauit per iudicē,si iudex interuenerit, vel melius & cautius est,vt in instrumento exprimatur,ꝙ contineat dicta beneficia. & ita semper obseruari feci.& vide in cautela sequenti.

a Certiorari. *Mulier in quacūq; renūciatiōe debet certiorari. Vide Io.And. sing.i c.ij.de pact.l.i vj.et Alex.i l.si mulier.ad Velle.nisi q̄n renūciatum sit de cōscientia legis.ut in aut.matri et auię. C. q̄n mul. tut. offi secūdū Ale.ubi s. et Bal sing.in l.j ff si quis in ius uo.nō ier. et Alex. in l.sciēdū.xj.col.de uer. oblig.*

3

1

2

Cautela,quòd certiorentur minor,mulier,& filiusfa.per iudicem,& nō per eundem notarium, ne incidamus in ambiguitatem,an notario credatur,uel nō de hoc. CXCVII.

1 *Notarij assertiōi.uidelicet se certiorasse minorē,uel mulierē,quādo credatur.*

2 *Notario non creditur, nisi de his, quę sunt sibi a partibus iniuncta,non autem de facto suo.*

3 *Notarius cū sit persona publica,creditur ei de his, quę ad eius officiū spectāt,sicut regulariter creditur nūcio.*

DICTVM est in pręcedenti cautela,quando notarius in instrumēto attestatur se certiorasse minorē vel mulierē. *Sed dubium est maximū,nūquid credatur eius assertioni.& Feder.de Senis in cōsi. suo, cxcj. quod incipit, quęritur an domina Margarita &c.tenet,ꝙ non:quia attestatur de suo facto proprio, per l.omnib*.C.de testi.& per l. nullus. ff.eod.tit.cū similibus.& cum sequitur Anto.de Butr.in c. quoniā contra falsam.in pen.colūna,pen.chart. extrà de probatio.& in c.cū causam. in vij.colum. versic. dubium est de notario. ibi, per quem dicit, quòd notarius qui grossauit &c. extrà de testibus.& idem vult in effectu in c. j.extrà de fide instrumen. *vbi dicitur, quòd non creditur notario, nisi de his,quę sunt sibi iniuncta à partibus,non de facto suo, & idem tenet Abba. Sicul. in d.c. cùm causam. & Ludouicus de Rom. in l. sciendum. de verb.obl.Sed contrarium ibi tenet Ange.in repe.Sed Feder.de Senis non facit mentionem. & allegat istam rationem, quia sufficit, quòd ista solennitas certiorationis potuerit interuenire tempore instrumenti, per Bartolum in d. l. sciendum. & in l.j.C.de fide instrumen.& iure hast.fiscal.lib.x.& idem tenet Ioannes de Imo.per istam rationem in repetitione c.cùm contingat. in vlti.col

ti.colum.extrà de iureiuran.& idem tenet Alberi.de Rosa.in l.fi.§.si miles.ff.ad Velleia.& pro hoc facit qd no.Bal.in l.fi.§.cũ igitur.in v. colũ. versicu.item requiritur subscriptio. ibi,nunquid ergo de tali cõmissione.C.de iure deliberan.& quod no. Bar.in l.ex sententia.ff.de testamen. tut.& in l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosanct. eccle. & istud cõmuniter
5 tenetur.Pro quo adduci potest, *ꝙ notarius est persona publica,& creditur ei de his,quæ spectant ad eius officiũ,sicut regulariter creditur nũcio.sicut habetur in l.magis puto. §. ne autem.ff.de rebus eorum. & in l. neminem.C.de requiren.reis. & in c.cùm parati. de appell. Nec obstat ratio Fede.de Senis,quia verum est, quòd de facto proprio quis non debet esse testis, quia intelligitur ad commodum suum. ita loquitur d.l. omnibus. cum similibus. secus si ad cõmodum alterius,vt hîc. Sed vt tollantur istę dubitationes,cautius est, vt dixi in præcedenti cautela, quòd faciat certiorari per iudicem, si est, vel per alium peritum de consensu partium:quia tunc sine dubio credi tur verbis notarij.

Cautela, quòd semper appelletur à sententia, dato quòd sit nulla. CXCVIII.

1 *Nullitas sola proposita si euidẽs nõ sit, sententiæ executionem non impedit.*

2 *Possideãt si duo,et neuter possideat ab alio ui,clam,uel precario,quid iuris.*

3 *Hæres institutus,& de restituendo hæreditatẽ alteri grauatus,si sponte adiuerit,& postea fideicõmissarius ante restitutionẽ moriatur, uel recuset hæreditatem sibi restitui,quid iuris.*

4 *Promissio,seu pactũ de hæreditate uiuentis regulariter non ualet, quoniam uotum captandæ mortis inducit.*

LICET solcat dici,ꝙ vbi sentẽtia est nulla,nõ sit necessaria appellatio:vt l.j.ff.q̃ senten. sine appel. resc.not gl.in verbo, errore.in capit. per tuas.extrà de senten.excõmunica. Tamen consiliũ est,& vtile,ꝙ appelletur,vt dicit gl.notabilis in capi.per tuas. quã sequitur Rapha. & Ange.de Are.in d.l.j.in prin.& assi-
1 gnat rationẽ, *quia si sola nullitas proponitur,& nõ sit euidens, nõ impedit executionẽ sententię, vt l. iiij. §.condemnatum.ff.de re iudi.& ibi Bar.& Doct.secus si appelletur,quia tũc semper impeditur executio, per titulũ.ff.nil inno.appel.penden. nisi appellatio esset euidenter iniqua.vt no.per glo.& Doct.in dicto titu. nil inno.appellatio.penden.in l.j.& habetur in l.sciẽdũ.ff.de appella.re. Et qualis debeat esse forma dicẽdi nullam,& appellandi,vide per gloss. & Doct.in l.j.C.quãdo prouoca.nõ est neces.& per Bar.& Docto. in l. si expressim. de appella.
2 *Si duo possidere dicuntur, & neuter possidet ab alio vi,clàm, vel precariò, iuxta not.in l.j.C.vti poss.quid debet tũc iudex facere?domi.Azo. dicit iudicem abstinere debere:sed d. Roge. glossator,dum Placentię cathedram regeret,& adinuicem contenderent se possidere, quia intendebant interdictum vti possid. & in omnibus & per omnia æqualiter probabant, & per tot testes,vnus sicut alius: dedit consilium clientulo suo,quia in causa sua erat aduocatus,& dixerũt, Quis vestrum est potentior? respondit clientulus, Ego sum in decuplo. tunc cõsuluit ei Roger. hoc modo,

Vocate amicos vestros, & eatis cras ad locum illum, de quo est contentio de possessione, & sitis ibi aduersario vidente. quod fecerunt. aduersarius autem hoc videns timuit ire, quia suspicabatur forte se posse repelli, iuxta l. si id quod. §. vlt. ff. de acquir. pos. & tūc iuit ad iudicē, & proposuit incontinēti interdictū vn vi, & dicebat se illa possessione spoliatum. Roger. respōdit, Ego te nō spoliaui, sed mea sum possessione vsus. & sic clientulus eius fuit absolutus & ab interdicto vti possi. & vnde vi. Ita dicit not. Rof. Beneu. in libellis suis iuris ciuilis, in libello possessor alicuius rei immobilis, vt turbetur &c. & vide etiam suprà in cxxvj. cautela, quæ incipit, nota diligenter tu aduocate. vbi est similis cautela, quā not. & sæpe de facto contingit.

3 Si hæres institutus, & de restituēdo hæreditatem alteri grauatus adiuit spōte, & posteà fideicommissarius ante restitutionē moritur, vel recusat hæreditatem sibi restitui, hæres remanet institutus, cum effectu, obligat⁹ oneribus hæreditarijs in l. ita tamē. §. qui ex Trebellia. cū l. seq. & l. prima. in princ. ff. ad Trebellia. secus si adiuit coactus. l. postulante. in prin. eodem titu. Et ideo cautela est, quādo hæres dubitat, ne hæreditas sit dānosa, vt non adeat sponte, sed permittat cōpelli ad adeūdum, quia tūc si non poterit restituere hæreditatē fideicommissario, ipse fideicommissarius remanebit obligatus cum effectu creditoribus seu alijs onerib⁹ hæreditarijs, & bona dabuntur creditoribus, & alijs habere debentib⁹, vt est casus not. in dicta l. postulante. in prin. & ibi per Doct. & per Paulū de Castro in dicta l. in princ. eodem titu. & adde prædictis l. pen. cum ibi not. ff. ad Trebel.

4 Promissio seu pactum de hæreditate viuentis regulariter nō valet, quia inducit votum captandæ mortis: vt l. fina. C. de pac. & ibi per Doc. Sed pōt adhiberi cautela, ꝙ per indirectū valebit, videlicet, ꝙ permittāt tibi, vt tibi liceat habere talem rē Titij, & sic omnia bona sua si ad me deuenirēt aliquo modo, puta iure successionis, vel aliter, tibi tenebor restituere, seu tradere, ita quòd tibi habere eā liceat, vel tenebor ad interesse, vt est casus, qui hoc optimè probat in l. stipulatio ista. §. quæsitū. & ibi hoc not. Rapha. in fin. ff. de verb. obli. & si tu diceres etiam, hoc modo posset fieri venditio, & quilibet alius contractus etiā de bonis viuentis, specialiter ea numerādo. facit ad hoc gl. & quod ibi not. in l. j. C. de euict. vnde inter hoc non videtur esse differentia: quia vtroq; casu quod gestū est tenet. verumtamen dicas, ꝙ istud remediū stipulationis magis prouidet, quia ꝓmittens virtute stipulationis habere licere, non tenetur, nisi cùm res illius viuentis factę fuerūt promittētis, & sic de præsenti non tenentur, vt d. §. quæsitum. secus vbi per aliū contractū promitteret, qa statim obligaretur, etiam si nūquam haberet rem alien. vt l. rē alien. ff. de cōtrah. emp. & sic non esset bene cautus, qui super re viuentis aliter cōtraheret, quàm per illam stipulationem habere licere. tamen si appareret habere licere, esset facta in fraudē. d. l. vlti. cū materia sua. C. de pactis. non valeret: vt l. non dubium. C. de leg. & ita tenet etiam Rapha. in d. §. quæsitū. in fin.

in fin. quod bene not.

Cautela notabilis ad hoc, quòd compromittentes non possint habere recursum ad arbitrium boni uiri. CXCIX.

1 *Arbitri arbitramento uel laudo, quòd non possit peti reductio ad boni uiri arbitrium, est ferè impossibile.*
2 *Dolo futuro renuntiari non potest.*
3 *Minor læsus restitutionem in integrum petere potest.*
4 *Qui in casu principali fuit iudex, in appellationis causa esse non potest.*

1 DIFFICILE* est dare modũ, per quem possit fieri compromissum in arbitrum, & arbitratorẽ, ita quòd ab eius laudo, seu arbitramento non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, vt not. Doct. in l. si societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio. & in l. cùm anteà. C. de arbi. & p Dy. in regula, scienti. de reg. iu. in vj. & per Canonistas c. Quintauallis. extrà de iureiuran. intantũ, quod Bald. in d. l. cum anteà. & in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. dicit, quòd per quamcunque verborum cautelam fieri nõ potest, vt tollatur reductio ad arbi-
2 triũ boni viri, per istam rationẽ,* qa dolo futuro renunciari non potest, ne quis inuitetur ad delinquendũ, vt habetur in d. §. illud. sed si tollere tur reductio, & arbiter & arbitrator læderet in maxima parte, præsumeretur fuisse in dolo, vt no. Bart. in d. §. arbitrorum. & in l. si quis cùm aliter. circa princip. ff. de verborum obligat. & in l. alio. in sexta colum. de aliment. & ciba. leg. & per l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem credit. Sed tu potes adhibere vnam cautelam, per quam cessabit ista ratio, & per consequens valebit renũtiatio, videlicet quando fiet cõpromissum, in quo dicatur, quando partes promittant stare sententiæ, siue laudo, & promittant non contrauenire de iure, vel de facto, & renuntient reductioni ad arbitrium boni viri, & si esset læsio in magna quantitate, & etiam in toto, volunt quòd arbiter & arbitrator teneantur ferre sententiã, siue laudum, secundùm cõsilium sapientis, ex quo cogitur de consensu partium sequi illud consilium, nõ poterit dici, q͂ ipse arbiter fuerit in dolo vero præsumpto, imò nec in aliqua culpa, vt probatur in l. si conuenerit. & ibi hoc not. Bart. ff. de re iudic. facit l j. §. & post operis. ff. de noui ope. nun. & ideò cùm hic dolus imputari non possit arbitrato ri, & renuntiatio sit facta generalis: vt s. valebit renuntiatio, & ita in effectu tenet Rapha. in l. prima. circa si. prin. ff. de appell. & puto consiliũ
esse verissimum,* & prædicta cautela p̄cedit, nisi minor esset læsus, tũc 3
posset petere restitutionẽ in integr. l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iureiuran. vel nisi dolus partis interuenisset, secũdùm Rapha. in dicta l. prima. ff. de app. Sed aduerte, quia illud de restitutione posset tolli, si iuratũ esset de non contraueniendo etiam ratione minoris ætatis, & alia quacũque ratione, vt in aut. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi, & habet in l. secunda. C. de rescin. vendi. & in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obli. Item videtur, quòd dicta cautela nõ sit sufficiens, quia ratio, quare nõ valet renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, est, ne quis inuitetur ad delinquendum, vt s. dixi. Sed per prædictam cautelam licet nõ inuitetur

tetur arbiter & arbitrator ad delinquendum, tamen mutatur cõsultor, qui sciet non posse peti reductionẽ ad arbitriũ boni viri, ideo vt omnis tollatur dubitatio, facias quòd consultor nesciat de ista renuntiatione, quo casu teneo, quòd cautela sit sufficiens, aliàs nõ, per prædicta. Posset etiam adhiberi alia cautela, vt cũ effectu renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri valeat, videlicet quòd partes sibi inuicem ex nunc prout ex tunc; & ex tũc prout ex nũc cedant omnia iura quæ habent, vel habituræ sunt quoquo modo, causa, & occasione reductionis ad arbitriũ boni viri. in quo casu feratur sententia, siue laudum per arbitros & arbitratores, quæ cessio regulariter fieri potest, & valeat, vt l. j. cum ibi no. C. de act. & obliga. & no. in l. per diuersas. C. mand. & facias, quòd in instrumento dicatur, quas quidem cessiones fecerũt dictę partes ex sua mera, pura, & simplici, spõtanea volun. & ex certa scientia, quia eis sic placuit, vt docet Barto. in d. l. per diuersas. in prin. i. j. colum. C. man. Tertia cautela circa prædictam renuntiationem reductionis ad arbitrium boni viri põt esse, hoc modo, q̃ partes renũtient dictæ reductioni, & sibi inuicem promittant, q̃ in casu, quo per alteram partem petatur reductio ad arbitrium boni viri, & reducatur, q̃ in vicem reductionis cõdẽnetur in plus, vel in minus, quàm a iudicatum fuerit per arbitrũ & arbitratorem ex nunc prout ex tũc, & ex tũc prout ex nunc, totum illud plus, vel minus donat liberè, spõte, ex certa scientia alteri parti, contra quam iudex fecit reductionẽ. arg. l. quidam decedens. in fin. princip. vbi videtur esse casus. ff. de administratio. tutor. Sed Bartol. & Dyn. ibi videntur restringere illum tex. ad culpam, & dolum preteritum, non autem in dolo futuro, de quo vide plenè per Bart. in l. Aurelio. §. Caius. vbi idem tenet. ff. de libe. lega. Quarta cautela potest etiã in hoc adhiberi, vt scilicet dicatur in instrumento cõpromissi, renuntiauerũt reductioni &c. & in casu, quo petatur reductio, & esset necessaria ex nunc prout ex tũc, & ex tunc prout ex nunc, communi consensu, ipsæ partes elegerunt in bonum virum ipsos eosdem arbitros, & compromissores, eidem reductioni stare promiserunt. In contrarium tamẽ videtur, quòd ille, q̃ 4 fuit iudex in causa principali, nõ potest esse in causa appellatiõis, vt no. per gloss. in verbo, prouocatum, in l. eos. in princip. C. de appellationi. & ibi per Doct. & gloss. in c. querelam. in princ. extrà de electio. tamen hoc non obstante teneo, quòd dicta cautela procedat non obstante glo. præcedenti, quia non habet locum quando vtraque pars litigans cõsentiret, quòd iudex qui fuit in causa princi. sit in appellatione, quia tunc valeret dictus cõsensus, vt est casus, qui hoc optimè probat in capi. accepta. extrà de appellat. & ibi per Docto. & vide quod not. per gloss. fin. in l. filius. ff. de inoffic. testamen. & ibi etiam per Doctores a.

a Doct. *Addo tres alias caute. Reductio ne petatur, cautela est, quòd duo extranei promittant pœnam inuicem, quod partes non petant reductionem, vide Dynum in consilio, Ptolemæus. &c. Lanfranc. in tractatu de arbitris.*

vij.parte.xiiij.q.uers.ex omnibus præmissis.Flo.in §.arbitrorũ.& ibi Ale. vj.col.& Oldr.consi.clvj.Ioã.And.in addi.Spec.de arb.§.fi.uersi.itẽ si compromissum.& Bald.in c. Quintaualelis.Adde dictum Bart.in l.quod de bonis.§.fina.ff.ad l.Falci. Alia cautela. Clausula in cõpromisso,ut bonum uirum,operatur, ut læsus reductionẽ petere non possit.Bar.in l iij.§.tametsi. in fin.ff.de arbi. Alia cautel.Clausula in compromisso. Lædere in parua, uel magna quantitate,tollit reductionem ad arbitrium boni uiri.Bald.in c.cùm autẽ.in iij.col.in uersi quæro ergo si in cõpromisso.C.de arbit.Ludo.in rubr. de arbi.xxiij.col.Hostiẽ in c. humilis. Anto.de But.in c. Quintauallis.de iureiuran.dicit contrarium.

Cautela quando plures sunt delegati in causa, quid faciendũ est,si times quòd maior pars eorum sentit contra te in causa. C C.

1 *Clausula, unus sine altero procedat, quid importet.*

SI duobus, vel pluribus causa tua delegata fuerit, sicut fieri põt,& consueuit,vt in c.pen.in princ.extrà de offi.deleg.& c.si duo ex tribus.& c.cùm plures.eodem titu.in vj. cũ similibus.& tu intelligis, ꝙ vnus, vel duo ipsorum sunt,vel sentiunt contra te, & alter pro te, cautela est, vt procures,vt illi,qui cõtra te sentiũt, vel tibi nõ fauent,delegẽt vices suas alteri cõiudici, qui sentit pro te, vel tibi fauet, quia hoc facere poterunt, si causa fuerit eis commissa simpliciter sine clausula,* vt vnus sine altero 1 possit procedere,vt est text.cum gl. not.& ibi Doctor.in c.quamuis. extrà de offi.delegat. & poterunt etiã omnes, qui sentirent contra te,causam alteri subdelegare, in quo sperare possis victoriam, vt est casus in c.prudentiam.in prin. de officio de legat.& habetur in l. à iudice.C. de iudic. nec poterit ille subdelegatus à collegis,vel ab alijs fortè ferre sententiam pro te, secundùm opinionem suam, & contra te secundùm opinio,suorum collegarũ, vel aliorum subdelegantium, sed debebit secundùm suam opinio. tantùm pro te iudicare.argument.c. si quis iusto impedimento. §. porrò. de electio. in vj.quod not. vt scias tibi prouidere,quando iudices sunt discordes,& omnes sentiunt contra te.

Cautela pro hæredibus ingredientis religionem, qui fuit dolo ad religionẽ attractus,bona dicta ingredientis hæredibus debentur, & non monasterio. CCI.

1 *Religionem si ingrediatur iuuenis circunuentus ab abbatibus,& alijs latronibus religiosis, an sit dare aliquod remedium proximioribus ab intestato hæredibus,ne monasteria bonis seducti potiantur.*

2 *Circunuentus quando aliquis dicatur remissiuè.*

SAEPE abbates, & religiosi circonueniunt iuuenes præsertim diuites,vt intrent monasterium, nõ in fructum animarũ, sed in auaritiã, & turpe lucrum inhiantes, si iurant tales circũuenti religionẽ perseuerare,cogũtur, vt est text.xx.q.iij.constituit. * Sed nunquid sit aliquod 1 remediũ, quod dari possit proximioribus ab intestato hæredibus? videtur quòd non: quia si valet ingressus, ergo bona debent monasterio remanere.

remanere.authent.ingressi.C.de sacrosanct.eccle. Tu dicas cõtrariũ, & cauti sint hæredes, vt petãt bona dicti ingressi sibi reddi, quod fieri debet in odiũ circũuenientiũ, vt est casus singularis, quẽ tene menti in d. c.cõstituit.in fin.& habetur in c.preterea.& ibi hoc etiam dixi, extrà de offic.delegat. & quod dixi de iuuenibus circunuentis, idẽ intelligas de quibuscunq; hominibus, vt probatur in d.c.cõstituit.ibi, quoslibet ho
2 mines circũueniendo, &c.* Et quãdo dicatur quis circunuẽtus, collige ex l.prima, in prin.ff.si quis omiss.causa testamẽ.& l.j. C. si ex fal.alleg. & l.j. §.dolum.ff.de dolo.c.penulti. extrà quod metus cau. & c. cùm olim.extrà de re iudi.& per Docto.in dictis iuribus, & maximè in d.c.cùm olim.

Cautela pro creditore, quòd possit pignus debitoris uendere non obst. conuentione de nõ uendendo. CCII.

1 *Tempus uendendi pignoris, lege, uel statuto breuiari potest.*

CREDITOR, qui habet pignus debitoris, si cõuenit de eo non vẽdẽdo, potest facta prius trina denunciatione vẽdere, vt habetur per tex.& glo.in l.si cõuenerit.ff. de pigno.actio.& post dictas tres denunciationes debet expectare per biennium.per l.vltimã.C.de iure do.impe. vt uor.gloss.in d.l.si conuenerit.
1 quã tenet ibi Bar.& Doc.* nisi de cõsuetudine, vel statuto tẽpus esset abbreuiatum. Sed si sumus in ciuitatibus vel locis, in quibus seruatur ius cõmune, consilium est, vt facias condemnare debitorem, & post condemnationem adiudicari tibi pignus, & intra duos menses facias ipsum vendere, vt l.debitores.ff.de re iud. & sic abbreuiabis tempus secundùm Rapha. Fulgo.in dicta l.si conuenerit. vel vt tollatur omnis dubitatio post quatuor menses, vt l.fin. C. de vsuris rei iudica. Bartho. Cæpol.

Cautela pro intentante interdictum uti possidetis. CCIII.

1 *Interdicti uti possidetis in causa positiones, & articuli, & probationes de dominio admittuntur.*

2 *Interdicto uti possidetis an ille obtineat, qui de antiquiori possessione probat.*

1 IN CAVSA* interdicti vti possidetis, admittuntur positiones & articuli, & probationes de dominio, vt tenet Iaco.de Aretio, Cyn. & Doctor.in l.j.C.vti possidetis.& est tex. cum glos.in c.licet causam.de probatio. Ratio est, quia si probamus æqualiter de possessione, tunc apparebit iustior possessio illius, qui est dominus, & sic habebit vincere. Tu ergo aduocate, contra quem fiunt articuli, seu capitula, seu positiones, si suspicaris aduersarium probare de proprietate, sis cautus, vt facias exceptiones & articulos, quòd ipse possidet clàm à te, respectu possessionis tuæ. Si enim diceres, quòd possedit clàm, simpliciter nil probabis: quia sicut simplex conditio in dubio intelligitur respectu proprietatis. l. si rem aliquam.in fine.ff. de acquiren. possessio. sic in dubio ille, qui possedit clàm, intelligitur respectu proprietatis: nisi dicatur expressè, quòd possidet clàm respectu possessionis, aliàs perderes, & quod sic debemus dicere, probatur in dicta l.si rem aliquam.in fine. Ita singulariter dicit Barto.in l.si de eo.§.fina.ff.de acqui

 ren.

rent possession.quem sequuntur ibi Doctor.& Angel.de Aret. Institu.de actio. §.quadrupli.in penul. colum. quod tene menti in practica, quando agitur vti possidе.& aduersarius tuus habet possessionem antiquiorem iuniorem,& probat titulum: & tu habes solùm possessionem antiquioré,vt articuleris,quòd ipse possidet clàm, respectu tuæ possessionis,& sic obtinebis:licet aduersarius
a probet de dominio,a vel titulo:& ita intelligitur quod not. Bart. in l.j C.
a vti possid.* vbi videtur velle,quòd ille obtinebit interdicto vti possidе. qui probat de antiquiori possessione,licet alter probet de dominio,vel titulo:sed si non articulaueris aduersarium tuum possidere clàm, vel etiam si simpliciter articulaueris, q̀ possidet clàm,nec adijceres respectu tuæ possessionis, tunc succumberes, & obtineret aduersarius tuus, licet probes de possessione antiquiori: quia possessio aduersarij dicitur pro prié suũ titulum melius iustificare: & isto modo intelligas Bartol.in dicta l.si duo.in fine.princ.ff. vti possidet.& Salycet.in l.vnica.versic. tunc reuertar ad gloss. & quæro sextò.C. eodem tit.qui volunt,quòd ille, qui probat de dominio, & possessione posteriori, debet obtinere, licet alter probet de possessione antiquiori tantùm. Et quomodo debeat articulari,q̀ aduersarius possidet clàm, vel vi vel precariò, vide per Bartol. & Doct.in dicta l.vnica.C. vti possi.

a Dominio. *Interdicto uti possidetis,obtinet reus in possessione antiquior,licet actor probet de dominio, si re* alleget clam possedisse,alias nõ. Alex.in l.si de eo. §.si.de acqui possess. ubi etiã dicit, quod in hoc interdicto non prodest dominium actori quæsitum post possessionem reo adeptam.*

Cautela,quibus inducatur hæres ad adeundam hæreditatem CCIII.

1 *Heres ubicunque aliquid facit, quod non potest fieri,nisi hæres fuerit, hæreditatem adire uidetur.*

QVIDAM erat debitor meus in mille.moritur, & nullus vult esse eius hæres, quale consilium dabitur mihi creditori ? certè cõsilium est, quòd ego mittam ad hæredem, qui ex testamento , vel ab intestato deberet succedere, aliquẽ, qui dicat accipe istos denarios. puta xx.ducatos:quia ego sum debitor defuncti. & si accipiat, statim erit obligatus ad debita hæreditaria soluenda: vt probatur in l.cùm debitum.C.de iu-
1 re deliberan.*quia vbicunque heres facit aliquid , quod non potest fieri nisi sit hæres, videtur adire hæreditatem:vt l.pro hærede. §.Papinia.in fine,de acquiren.hæreditate.& quia in dubio accipiendo videtur recipere pro se,& non pro alio : vt l.Iulianus. §. si seruum. eodem titu. & l.& magis.ff.de solu. & not.gloss. in dicta l.pro hærede. § j. & istud consilium dedit Rayne.de For. in dicta l. cùm debitum. C. de iure deliberan. Sed aduerte, quia hoc debet fieri post triginta dies, qui dantur ad inchoandum inuentarium:vt l.j. §.sin autem dubius.eodem titu.ad hoc,vt non possit postea inuentarium conficere : & facias fieri dictam solutionem coram testibus, vt probari possit.Ego tamen dubito,quòd ista cautela non prodesset : si constaret me submisisse illum,qui sic solueret : & sic ind

sic induxisset ipsum ad adeūdū hæ- 1
reditatem.argu.l. si seruus plurium.
§ si quis ante.ibi, sed si subiecit delatorem.cum not.per Doctor.de legatis primo.& in l.mancipia. versic. sanè mancipium torqueri.C.de seruis fugitiuis. & adde quod dicam in sequen. Potest alio modo inducere ad adeundū, si facias vnum creditorem in minima quãtitate interrogare hæredem, si est hæres: quia si respondit, quòd sic talis cõfessio proderit etiam tibi, & cuilibet alij creditori absenti.l.pro hærede.in princip.ff.de acquiren.hære. quod procedit, quando filius non abstinuerat se plus ab hæreditate paterna, vel alius hæres non repudiauerat: vt est gloss.in l.j ff.de interroga. actio.secus si primò abstinuisset, vel repudiasset:quia tūc talis responsio & confessio non præiudicaret, nisi quo ad interrogationem:vt est tex.in d.l.fi. qui ita debet intelligi secundū.glos. fina.ibi,quam sequuntur Doctor.

Cautela instruens,quæ uerba debeant contineri in citatorio. ad hoc quòd citans nõ uideatur citati personã approbare: & eandem uide supra. CCV.

1 *Citatus quispiam si fuerit tanquàm reus probatur et habilis sit, quàm primùm per se uel per alium ad iudicium ueniat.*

2 *Quæstionũ decisio multarũ inferri põt.*

SI FACIS aliquē citare vt veniat ad cõtradicendū, si contradicere vult,ne mittaris in possessionē talis fundi vel hæreditatis, vel vt tibi restituatur tale depositū, vel vt veniat ad præsentãdū, aut aliquid faciēdū, non potes regulariter posteà ipsum repellere & apponere aliquid cõtra eius personã: * qa cū citas eum tanquàm reū, statim videris ipsum approbare, & facis ipsum habilē,quãprimū veniat ad iudiciū per se,vel p aliū:vt singulariter not.Inno.in c.cū inter. de exceptio. quē sequitur ibi Ant.de But.& Canoni.& idem tenet Ant.de But.in c.exhibita.in antepenul.col.de iudic. & Bart.in l.cū mulier.& ibi Bal.& Doct.ff.soluto matrimonio.&Bald.in l.fi.in ij.colū.ad fi.& in v.quęst.C.de edic.diui Adri. tol.in l.si suspecta.in prin.ff. de inofficio.testa.& habetur in l.j. §.cū dicitur.& §.hæc stipulatio.ff. si cui plus quàm per legē Falcid. faciūt no.per Bal.in l.testamēta.in fi.C.de testa.& Ang.in d. §. hæc stipulatio. in viij. col.in fi.& dom.Bened.de Plumb.in l.ordinata. §. sed & si qs. ff. de libe. cau.secus si citaueris reū vt comparear, si haberet ius cõparendi, vel si sua putauerit interesse:quia tunc nõ videris eius personã approbasse: vt singulariter no. Bal. in dicta l.fin.C. de edic.diui Adria. tol. & in dicta l. si suspecta. & Ludouicus Rom. in l. de pupillo.in prin. de noui oper.nũcia.& ideo tu sis semper cautus:quando in similibus facis aliquē citare,ut nõ facias citare simpliciter, vel vt cõpareat ad contradicēdū, vel aliquid faciendū:quia tunc nõ posses ipsum posteà repellere, ex quo videris ipsum approbasse reū habilē, sed debes ipsum citari facere sub cõditione,si sua putauerit interesse,vel si qd ius habet cõtradicendi vel opponendi,aut faciēdi, quod tamē nõ creditur:& ꝓpterea sæpe instruxi ꝓcuratores Paduæ in materia statuti Paduæ de præsentatione,quod vult,vt propinqui & collaterales possint

præsentare super vẽditionib*, & dationibus in solutum ad certũ tẽpus, quo elapso facta sibi denuntiatione nõ possunt amplius præsentare. Nã quãdo emptor denũciare faciet propinquo seu collaterali, nõ debet dicere, vt cõpareat ad præsentandũ pecuniã, si vult possessionẽ, vel etiã simpliciter, vt cõpareat ad præsentãdũ, vt faciũt procuratores minus prudẽtes: quia tũc nõ posses ei opponere, ꝙ nõ posśit præsentare, ex quo videris eius personã approbasse: sed debes dicere, vt cõpareat, si sua putauerit interesse, vel si quod ius habet ad
2 præsentandũ.* Et ex prædictis potest inferri decisio multarũ quæstionũ, & maximè si statutum dicit, sicut est Paduæ, ꝙ propinqui & collaterales posśint præsentare super venditionibus, vel dationibus insolutũ vsque ad certum tempus, & elapso tempore emptor denũciauit alicui propinquo vel collaterali, quòd si vult præsentare super venditione, debeat cõparere: & iste propinquus cõpareat: & præsentet pretium, emptor vidẽs, quòd est facta præsentatio, opponit quòd non potuit præsentare: quia lapsa sunt tempora comparendi. certè ipse emptor super hoc non debet audiri: quia ex quo citauit eum simpliciter, & non conditionaliter, reputauit eum habilem ad præsentandum.
3 *Itẽ, si est statutum, sicut est Teruisij, quòd propinqui ita demum admittantur ad præsentandum, si sint ciues, & subdit, quòd intelligantur esse ciues, si sustinuerunt onera & factiones, & emptor citauit quendam ciuem Teruisinum hic Paduæ commorantem: nunc autem isto cõparente opponit emptor, quòd comparens non est habilis ex forma statuti. Dicendum videtur per prædicta, quòd istam exceptionem inhabilitatis emptor non potest sibi opponere: quia paria sunt sibi exceptionem non competere, & competere non posse per ipsum opponi, qui per suam citationem habilitauit comparentem: vt est gloss. nota. in l. qui habebat. in fine. ff. de ma. testa. & in istis duabus proximis quæstionibus ita determinat solẽnis doctor dominus Franciscus de Capitibus Listæ, in l. fin. circa medium sui commenti. C. de edi. diui Adria. tol. qui dicit se ita de facto sæpius allegasse, quæ omnia ꝑpetuò tene mẽti.

Cautela quibus uerbis utetur superior, quando uult, quòd inferior non posśit eligere, & quòd electio sit nulla. CCII.

1 *Petrus de Luna, qui in partibus ultramontanis Papa appellabatur, quibus uerbis inhabilitabat cardinales, ne electionem facere poßent.*

QVANDO superior vult prohibere inferiori ne eligat, & vult ꝙ electio sit nulla in casu, quo velit eligere: cautela est, ꝙ dicat, vt statim ꝙ incipiunt eligere, sint excõmunicati, vel inhabiles: & tũc nõ poterũt eam perficere. sed si inhabilitat eos, si elegerint, tunc electio valebit: sed postea efficiuntur inhabiles ad aliã electionem, vt probatur in l. interdum. verbo, incipiunt. ff. quibus modis vsusfruc. amit. quæ est singularis ad hoc, secundùm Paulũ de Castr. in l. filiusfamilias. §. diui. ij. in penulti. colum. ff. de legat. j. qui dicit, quòd ita semel vidit fieri per Petrum de Luna,* qui appellabatur Papa in par- 1 tibus vltramontanis, cardinalibus suis

suis existentibus in Liurno pro congregando concilio: nam inhabilitabat eos, cum inciperent eligere: & idem tu dicas in similibus.

Cautela, quando pater fecit plura legata in testamento, quid faciet filius ad hoc, quòd illa reuocet. CCVII.

1 *Legata testamento facta quomodo tacitè adimi possint.*

SI PATER tuus fecit testamētū, in quo reliquit multa legata diuersis personis: & fortè nolit, quòd tu scias dicta legata esse relicta ad hoc, vt dicta legata nō debeāntur, & tacitè videantur reuocata: cautela est, vt tu filius interroges patrem corā quinque, aut septem testibus, si potes, an fecerit aliqua legata in testamento
a suo.[a] Nā fortasse pater dicet, quòd nō, causa tibi cōplacēdi, vel vt nescias voluntatem suam: & p istā responsionem simpliciter factam ipse pater videtur adimere dicta legata ita, vt posteà hæres nō possis ad eas conueniri: & si cōueniaris, opponas ex-
1 ceptionē,* quòd pater tacitè ea ademit per dicta verba, vt probatur p glossam nota. in l. verba testamenti. C. de testamen. in glo. prima, ibi, obstat tamen exceptio. quod tamē ego intelligo esse verum in dubio: sed si posset constare ex aliquibus coniecturis patrem noluisse per prædicta verba legata adimere: puta quia pater posteà dixit, quòd illam responsionem filio fecerat, vt ei cōplaceret, vel vt nesciret cōtenta in testamento suo: tunc secus esset, & quod dixi in patre, idē in quolibet alio testatore, q fuisset interrogat* ab hærede suo eadē rōne: & adde pdictis qd notat Pau. de Cast. in consi. ccclxiij.

a Testa. suo. *Testamentū debet mutari cū eadē solēnitate, qua fuit conditum. l. hæredes palam. §. j. & ibi Doc. & Bar. in prin. de test. Bar. in l. cū proponebatur. uer. quaro per quot testes. ff. de leg. ij. & per Bal. in l. fi. in pe col. in uer. & scias per quot testes. C. de fi deicō. & in l. errore. in ij. q. C. de testa. Alex. in rub. ff. de acqui. pos. & in l. quemadmodū. eo. tit. & in consi: cxl. prima parte.*

Cautela pro illo, qui cupit emere aliquam rem, & eius dominus non uult eam uendere, quomodo possit illam habere. CCVIII.

1 *Rem sibi commodatam amittens, ad æstimationem tantùm teneri debet.*

SI QVIS vellet emere rē ab vno domino, qui nollet eam vēdere, potest procurare, vt illa res sibi accōmodetur, vel ad ipsum perueniat ex aliqua iusta causa, & posteà fingat, eam perdidisse etiā ex culpa sua, dūmodò sine dolo fuerit, nam tunc tenebitur domino rei, vel illi, qui sibi rem tradidit ad æstimationem dictæ
1 rei:* ad aliud enim teneri non potest: posteà fingat se eam reperisse in aliquo loco, vel apud aliquē quo casu erit sua, nec poterit amplius cōueniri rei vēdicatiōe, à domino vel ab alio: soluēdo æstimationem dictę rei, videtur ipsam emisse. & hoc dico, quando culpa diceretur res amissa: secus si dolo. vt est casus notab. in l. si culpa. ff. de rei vendica. quo tex. & cautela non vteris ad malum, sed quando subesset aliqua iusta causa: puta qua tibi promisisset vendere, & posteà negaret, vel ex alia simili. Est & alia cautela, qua quis potest emere rem à nolente vendere, de qua vi-

de supra in xxiiij.cautela.

Cautela quomodo negligente executore testamentario, etiā post annum testamenti executio ad episcopum non spectat. CCIX.

1 *Executor ad pias causas, si intra annum legata non exequatur, potestas exequendi regulariter ad episcopum deuoluitur.*

2 *Testatoris prouisio, si hæres fuerit, legis prouisionem facit.*

3 *Episcopi relicta in testamentis ad pias causas adimplere debent, etiam si per testatorem hoc interdictum fuerit.*

4 *Ius acciescendi in hæreditate simpliciter prohiberi non potest, sed per substitutionem.*

5 *Executor si sibi ipsi substitutus fuerit, scilicet quòd executor esse desierit, quid iuris.*

QVIA LEGIMVS nūc, id est die xj. millesimo quadringētesimo sexagesimo sexto. l. si fundū sub cōditione. §. Stichū. de leg. j. in quo Bald. & Doct. ponunt vnam singularem cautelam, ideo hic eam ponere
1 constitui,* si executor ad pias causas non exequitur legata intra annum, regulariter potestas exequendi deuoluitur ad episcopum: vt l. nulli. C. de episcopis & clericis. & c. nos quidem. & c. hæredes. extrà de testamentis. Sed cautela est, vt episcopus nunquàm poßit se intromittere de legatis tuis seu relictis ad pias causas, etiam post annum, si volueris: quia fortè non confidis de episcopo. Nam debes in testamento tuo vel codicillis ita dicere, Relinquo talem, puta Titium executorē meum, & volo: quòd exequatur intra annū omnia legata mea: quod si non fecerit, tūc volo, quòd Seius faciat prædictā executionē, & si Seius nō faciat prædictā executionē intra aliū annū, volo, quòd eam faciat Sempronius: & sic potest alios plures substituere de anno in annum. Nā si tuus primus executor nō adimpleuerit intra annum voluntatē defuncti, non deuoluetur ius exequendi ad episcopum, sed ad Seium, secundū executorem, & sic de alijs subrogatis dicendum est. probatur in d. §. Stichum. Et ratio quare surrogatus per testatorem
2 præfertur episcopo, est,* quia prouisio testatoris si sit hæres, facit prouisionē legis. l. fin. C. de pactis cōuentis. & no. in l. secūda. C. de iure emphyteotico. Ita singulariter dixit Bal. in dicto §. Stichū. qui dicit, quòd ista est via, per quam testatores poßunt sibi prouidere de executoribus successiuè, ita quòd nunquàm executio veniat ad episcopū. & Doctores ibi sequuntur eum: & idē tenet etiā Bald. in l. j. & in l. item & ad lit. ff. de procuratoribus. in apostil. & in l. j. in principio. versi. no. secundò per istū tex. C. de caducis tollendis. Nec obstat authē. licet testator. C. de episcopis & cleri. & in corpore vnde sumitur: & in c. tua nos. extra de testamē-
3 tis. in quibus dicitur,* quòd episcopi debent adimplere relicta in testamētis ad pias causas, etiam si per testatorem sit eis hoc interdictum: quia illa iura loquuntur, quādo testator simpliciter prohibeat, non prouidēdo de alio executore: secus si prouidit de executore, vt dixi, & hæc tenent Oldrad. Bal. Rapha. & Doct. in dicta authē. licet testator: & probatur in dicto §. Stichum. pro hoc facit l. si quis ita hæres instituatur, ex

cepto

cepto fundo.ff.de hæredibus insti-tuen.coniuncta l.ij.§.si duo.ff.de bo norũ poss.l.secundũ tab.vbi habet,
4 *quòd ius accrescẽdi in hæreditate simpliciter nõ potest prohiberi,sed per dationẽ substituit sic,vt ibi.Nec obstat l.nemo potest.ff.de leg.j.quia loquitur in his, quæ concernunt solennitatem actus.quam testator potest tollere in testamento:vt dicit glo.in d.l.nemo potest.sed ea, quæ sunt introducta in fauorem testatoris,potest tollere:vt l.ij.& l.pen. C.
5 vt in possess.lega.*Sed circa prædicta dubitatur,quid si substitutus est executor sibi ipsi, videlicet quod executor esse desierit,eidem sibijpsi substituto.Ista quæstio formatur per Bal.in l j.ante finẽ princ.C.de caducis tollend.& refert quòd quidã sapientes dicebant,quòd istud erat factum in fraudẽ cõstitutionis episcopalis:& ideo nõ valebit ista cautela: vt dicta authẽ.licet testator.& bene secundũ eũ:quia negligens abijt ab officio.& ideo nõ debet in eodem officio.reponi:vt C.de procuratoribus l.re in. i rgumen. tamen cõtra ff.quibus modis vsusfru.amit.l.sicut in annos.Sed dic, secundùm Bald. quòd ibi testator disponit de rebus suis,quod potest hic de iurisdictione episcopi quæ est de iure publico, quod nõ potest.ff.de pactis.l.ius publicum.& hoc modo respõdet etiã ad l.que si nolit.§.si qs ita.ff.de ędil. edic.quæ omnia tene menti.

Cautela quando creditor & debitor non concordãt in quantitate mutui,quid sit agendum. CCX.

1 *Creditorem se esse si quispiam probauerit,sed nõ possit probare in quantũ, an iuramento suo credetur.*

ALIQVIS mutuauit vni frumentum,nõ potuit pbare quãtitatem,sed bene probauit mutuasse per testes:vel debitor confessus est accepisse decem modios frumenti mutuo, sed creditor dicebat quòd imò fuerunt viginti:quomodo consuletur creditori,si nõ habet probationes de quantitate?Dic que poterit petere quòd sibi deferatur iuramentum,vt iuret quantum fuit,& ei credatur,secundùm Ray.de For.in l.j.ff.de in litem iurãn. qui dicit, que ita fuit sententiatum,per dictam l.j. & l.in actionibus.& per l.cum furti. eo.tit.*& ideo potest dici secundũ eũ,quòd si probo me creditorẽ,sed non possum probare in quãtum credatur iuramento meo,per dictam l. j.& l.fina.C.de bo.autor.iudi.pos.& idem in damno dato.l.si quando.C. vnde vi.Sed credit,quòd iudex possit tale sacramentum, iuxta illud quod videtur sibi verisimile & verum fuisse,refrenare:& istud sacramentum potest appellari in litem veritatis,quod est valde singulare, & milies de facto occurrit. Sed tu vide Bar.in l.admonendi.in xj.colum.in fine,versiculo,quæro quid si testis.ff.de iureiurand. vbi videtur velle,quòd etiam sit necessarium,vt nisi sint aliæ coniecturæ:aliàs non posiit deferri sacramentum. Sed Ray.etiam in effectu idem intellexit,dummodò quòd iudex posit refrenare,secundum quod erit verisimile:& ita etiam intelligo.

Cautela pro illo,qui vult ædificare hospitale nõ subiectum, quibus insignibus tunc hospitale carebit. CCXI.

Hospit

1 *Hospitale constitui potest cum episcopi autoritate, & sine.*

2 *Hospitale si sine episcopi autoritate factum fuerit, nullam in eo iurisdictionem episcopus habet.*

a 1 HOSPITALE [a] cōstitui* potest, & cum autoritate episcopi, & sine: vt in c. ad hęc. & c. de xenodochijs. extrà de religio. do. & Cle. quia contingit. eod. ti. & in authē. vt nullus fabri. ora. do. circa princip. & in authē. vt in priua. domi. circa finē. & vide tex. cū gl. xviij. quęstione ij. quidā. & in dubio nō pręsumitur esse constitutum cū autoritate episcopi: quia solēnitas extrinseca nō præsumitur. l. quæcūque. ff. de publi. & habetur in l. sciendum. de verb. obli. sed eo ipso, quòd in eo missa celebratur, præsumitur autoritate episcopi factū. singulare est dictū Archi. de cōse. dist. j. nemo, quod est incognitum legistis. secundùm Lud. de Roma. in quodam suo singulari, quod

2 incipit, tu Iacobe Astagnatis:* & in casu, quo non est factum hospitale autoritate episcopi, in eo nullā habet iurisdictionē: & ideo cauti debent esse illi, qui volūt ædificare hospitale, ita vt episcopus tanquàm superior in eo nullam iurisdictionem habeat, vt ędificent ipsum sine autoritate episcopi, & non erigant ibi altare consecratum, neque campanile, neque cœmiterium: quia tunc erit in plena potestate ædificantis etiam laici. sed si ædificarent ibi ecclesiam, vel altare consecratum, tunc episcopus esset superior, & sine eius autoritate ædificari non posset: vt probat in Cle. quia cōtingit. in fi. cū ibi no. de relig. domi. & patet ex prędictis, & adde oīno, quod no. Pau. de Cast. in consilio suo ccxciiij. quod bene no. quia ita fuit seruatum Veronæ.

a Hospita. *Hospitale constructū sine autoritate episcopi, pōt destrui per construentē ad libitū suū: glo. pen. in cle. quia cōtingit. de religio. do. xviij. q. ij. quidam. c. inter dilectos de dona. & Bal. in l. orphanotrophos. de episco. & cle. Hospitali nō religioso nō possūt annecti iura spiritualia: aliàs sic. Car. in Cle. ij. § . fina post glo. de prebendis. Hospitale priuatū potest quilibet facere in domo propria. Innocen. in c. ad hoc. de reli. do.*

Cautela, quando est prohibita alienatio à testatore, quomodo alienatio ualebit, non obstante prohibitione. C C X I I.

1 *Clausula, uisis & inspectis uerbis testamēti, quam uim habeat, remissiuè.*

SI PATER, qui habet fortassis filios dissolutos, & iubet eos non alienare mobilia, vel immobilia, saluo nisi in casu redēptionis captiuorum, vel debiti, ante xxv. vel xxx. annos, & si secus facerēt, illa bona ex tūc adiudicat, & relinqt tali hospitali, vel ecclesiæ: an possit adhiberi aliquod remediū, & occurri tali ꝓbationi. Dico, ꝙ sic, videlicet ꝙ filij alienent: præcedente prius repudiatione firmata pacto, vel stipulatione solēni per locorū præpositos, & dictā repudiationē fieri faciant ex causa transactionis appositæ illis verbis, 1

* visis, inspectis, & cognitis verbis testamēti, de quibus habetur in l. de his. ff. de trāsactio. ita dicit Ang. in l. quoties. C. de fideicō. q dicit, ꝙ ita multoties practicauit Perusij, per illū tex. & idē tu dicas, quādo testator prohibuit alienationē bonorū, & in casu, quo fiat alienatio, quòd bona transf-

transeant in nepotes, vel alios fines cõsanguineos: quia si filij volũt alie nare, faciant, ꝙ nepotes, vel consanguinei consentiant, & valebit aliena tio sine pœna: vt est casus in dicta l. quoties. & ita aliàs fieri feci.

Cautela pro emente rem alienam à fisco, uel à massario pignorum. CCXIII.

1 *Ratihabitionem emptori habere expedit.*

SI VENDVNTVR bona per nõ dominum mihi, & sit casus, in quo si tu emis aduersus dominũ, puta qa ille, qui vẽdidit mihi, vendidit iure creditoris, & habuit potestatẽ vẽdẽdi, ego possum ad maiorẽ cautelã implorare iudicis officiũ, vt dominus ratificet venditionẽ ꝑ publicũ instrumẽtũ, qa fortè nõ semp ꝓbari poterit, ꝙ ille habuit potestatẽ
1 vendendi. *Et sic expedit emptori habere expressam ratihabitionẽ. Ita dicit Bald. & Pau. de Cast. in authen. si captiui. C. de episcopis & clericis. per tex. ibi, captiui autẽ si redierint, necesse habeãt, &c. quod tene mẽti, qa est vtile pro illis, qui emunt bona & possessiones à fisco vendẽte rem alienã, iure creditoris, & pro ementibus ab officio, siue à massario pignorũ. & ad hoc adde gl. not. in l. ij. versi. nec cogit. in j. gl. magna, in fine, & qđ ibi not. ff. soluto matrimonio. & qđ not. per Bart. in l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infecto.

Cautela ad recusandos officiales ĩ syndicatu excedẽtes ĩ torturis contra reos. CCXIIII. 2

1 *Officiales excusantur de his, quæ sui superioris iussu fecerint.*

2 *Officialis an possit conueniri post syndicatus tempus.*

OFFICIALES prætorum, vel aliorũ rectorũ, sæpe ponunt aliquem ad torturã, non præcedẽtibus indicijs, vel eis nõ legitimè probatis, vel si ex tũc indicia sufficienter probata excedũt modũ in torquendo, si agitur cõtra eos in syndicatu, duplex est cautela: *vna, vt ipsi officiales nõ teneãtur, si probant hoc fecisse de mandato prętoris, vel alterius rectoris sui, qui excusantur ratione iussus superioris: vt probatur in l. liber homo. ij. ĩ principio, & ibi per gl. & Doct. ff. ad legẽ Aquil. & ꝑ textũ & glo. in l. ad ea. ff. de regu. iuris. in vltima char. & in l. is qui in puteũ. §. qui tutoris. cũ gl. ff. qđ vi, aut clàm. & in l. furti. §. qui iussu. & in l. liberorũ. §. fi. ff. de his, qui not. infa. & in l. nõ videtur. §. iussu. ff. de re iudica. & in l. iniuriarũ actio. §. si quis qđ decreto. cũ glo. ff. de iniur. & in c. qđ quis mandato. & quod ibi not. per Dynũ, de regulis iuris. in vj. Alia cautela est, vt prętor, vel alius rector superior non teneatur, videlicet, vt oblato libello in syndicatu cõtra aliquem de familia sua, elapso tẽpore ad dandũ libellũ contra prætorẽ, faciat officialẽ suũ culpatũ probare, ꝙ fecit de mandato ipsius prętoris, & ipse prætor cõfiteatur: & tũc vterq; erit securus, videlicet officialis, qa facit de mãdato superioris, & ipsius superioris est elapsum tẽpus sui syndicatus, iuxta l. vnicã. C. vt oẽs iud. tam ciuiles, quàm criminales. & ita tenet Flor. in d. l. liber homo. in princip. adde tamen, *ꝙ licet prętor, vel alius officialis nõ possit conueniri in loco officij, post tẽpus syndicatus, tamen in patria propria poterit perpetuò conueniri: vt est gloss. singul.

in

in l.j.ff.ad legē Iuliā repet. secundū Angelū in l.iubemus.C.eo.titu.quā glo.ibi intelligit,nisi fuisset in syndicatu absolutus,quia tunc obstaret exceptio rei iudicatæ:& ideo sit cautus prętor, vel officialis, vt nemine cōparente tēpore syndicatus, faciat pronunciari,q ipse se bene gesserit, & q nullus possit de cętero amplius cōueniri, & adde quod not.Doct.in l.manci.C.de seruis fugitiuis. & qđ dictum est de tortura,idem dicas de alijs,quæ spectant ad officium prætoris eadem ratione.

Cautela pro assessoribus,uel iudicibus deputatis per potestatem, quòd non teneantur de delicto potestatis. CCXV.

a

1 *Potestates super eorum excessibus,qua pœna teneantur,an eadem eius officiales & iudices mulctentur.*

2 *Officiales an de rectoris iniustitia teneatur,& contra ipsos repræsaliæ dari possint.*

SI POTESTATES *terrarum ferunt setentias iniquas,vel iniustas de consilio iudicum de curia,ea pœna, qua tenetur potestas, tenētur & omnes iudices eius : vt probatur in aut.vt nulli iudi. §. quoniā. col. ix.& ibi hoc not.Ang. & pro hoc optimè facit text.cū glo.& quod ibi no.in c.j.de offi.delega.& de cōsilio iudicū ferri dicitur,nō solū,quando dicitur,q eorum cōsensu,vel deliberatione fertur sentētia,sed etiā si dicatur sub examine talis iudicis:vt in authen.vt litig. §. omnē.ibi, vel sub legitimi iudicis examie ceptas.col. viij.& probatur in l.si ille. ibi,sub examine puincialis iudicis. C. de decu.lib.x.Nam secundū Ange.in d. §. omnē verò.circa finē inquisitionis, & sententiæ, quæ hodie formantur per rectores terrarū sub examine iudcis maleficiorū, dicuntur ferri per iudices,sicut per rectores ipsos : & si iniustitia facta fuerit,ita tenentur iudices maleficiorum, sicut & ipse rector. & quādo officiales ita expressè inuitauerūt rectorē ad aliquā iniustitiā faciēdā, sicut cōtra rectores, ita contra officiales sine dubio possunt cōcedi represaliæ:vt C.de aduocat. diuerso. iudi.l.per hanc. ibi,adiutores etiā eorū.& C.de excus. mune.l.pe.lib.x.& ita no.Bar.in suo tractatu repræsaliarū,in ij.q.vj. quæsti. principalis.iō sint cauti assessores[a], vel officiales potestatum, vel rectorum,vt nūquàm in actis faciant scribi,q sententia feratur de eorū consilio,vel deliberatiōe,aliter possent conueniri tēpore syndicatus,& eandē pœnā sustinere,quā potestas, vel rectores,secundū Angel.de Peru. in §.omnē verò:vel quòd nō scribatur sub examine talis iudicis: quia esset idē per illū tex.in d.l.si ille. Itē hęc dicta verba nō scribantur,ne ex tua taciturnitate videaris cōsētire,vt iniustitia ministretur,& per cōsequēs tu officialis tenearis,sis cautus,vt protesteris,& pertinaciter resistas potestati,vel rectori tuo,& in actis scribi facias de tua assertione,vel protestatione,q ius in dicta causa dicat. Iste est casus in appellatione,in causa ciuili:in l.quoniā iudices.C.de appel. ergo idē & fortius in criminalibus. vt no.Ang.de Aret.in suo tract.maleficiorū,in verbo,de cōsensu,& deliberatione omniū iudicū.quē omnino vide.& idē dicit Bart. in tractatu repręsaliarū,in ij.q.sextę quęsti.principalis,in princ. *vbi clegāter dicit

distin

distinguẽdo, an officiales teneantur de iniustitia rectoris, & contra eos possint cõcedi repræsaliæ, ꝑ dictã l. quoniã. C. de appel. & l. oẽs. in fi. C. de decurio. Consulẽdũ est ergo secundũ cũ, officiales, quãdo talia occurrunt, ꝙ protestetur, ꝙ nõ cõsentiũt, & illa, quę fiunt nõ fiũt de iure, & de hoc fiat instrumẽtũ: hoc videtur requiri: vt d. l. quoniã. & hac cautela vsus fuit quidã Parmẽsis vicari⁹ in ciuitate Senarũ, qui dũ potestas vellet suspẽdere vnũ Iudæũ iniustè, fecit protestationẽ in scriptis, qualiter cõtra ius volebat eũ suspendere, & ꝙ ipse nõ cõsẽtiebat, & vide quæ dixi suprà in lxiij. cautela, quę incipit, quando fit processus per potestatem.

a Assessores. *Aßeßor tenetur de mala administratione officij, & nõ potestas. Cy et Bar in l. diē functo. in ij. col. in uersi. itẽ pone, ꝙ remotus ff. de offi. asses caue, quia nõ loquitur in istis termi nis, sed loquitur in potestate remoto ob culpã, an salariũ debeatur aßeßori. et in l quoniã iudices. C. de app nisi ipse protestet potestati facięti. aliàs enim factũ præsumit de cõsensu suo, secũdũ Lud. Po. in sing uersi. aßeßor. uer. adde ꝙ aßeßor. & uide Alexan. in l. dič.*

Cautela, quam debes adhibere, quãdo uis mutuare ecclesiæ, uel monasterio. CCXVI. 1

1 *Eecclesiæ in utilitatem quòd pecunia conuersa sit, quomodo probetur.*

VNVS est modus mutuandi ecclesijs & monasterijs, per quẽ releuatur creditor ab onere ꝓbãdi, ꝙ mutuũ sit cõuersum in vtilitatem ecclesiæ, vel monasterij, videlicet, ꝙ in capitulo solenniter cõuocato cõstituatur procurator, siue syndicus cmũ speciali mandato, & sufficienti ad recipiendũ mutuo nomine ecclesiæ, vel monasterij, tantam pecuniæ quantitatẽ, à tali creditore, & ad obligandũ ipsam ecclesiam, & eius bona, pro illa quantitate mutuo assumenda: tũc enim si creditor mutuat tali procuratori, vel syndico, vsq; ad quantitatẽ in mãdato cõprehensam,
1 exoneratus erit à probatione, *ꝙ sit versa ĩ vtilitatẽ ecclesiæ. c. qđ qui busdã. extrà de fideiusso. & ibi hoc not. expresse glo. quæ incipit, istud est notabile. in fine. & est glos. nota. in aut. hoc ius porrectũ. in glo. fi. C. de sacrosanctis ecclesi. & pro hoc facit glo. in l. certũ. §. si quis absente. in versicu. domino. ff. de cõfes. & gl. in aut. de alie. & emphyte. §. si verò quis aut episcopo. in glo. quæ incipit, sed creditorib⁹ profecerũt. collatio. ix. & ibi videas Iacob. de Bel. & de ista materia vide Alber. de Rosa. & Doct. in dicta aut. hoc ius porrectum. & quod notatur xij. q. ij. c. hoc ius porrectum.

Cautela quomodo articulabitur ille, qui uendicat uxorem, quam cognouit carnaliter, copula præcedente. CCXVII.

1 *Matrimonium præsumptum quod esse dicatur, ita quod ab eo discedere non licet.*

1 SI CONTRACTVM *est matrimonium inter duos per verba de futuro, quę verba propriè inducũt sponsalia, & secuta sit copula inter eos, ista spõsalia trãseũt in matrimoniũ ꝓsũptũ, & nõ est licitũ discedere ab eo: & si posteà vn⁹ ipsorũ cũ alio cõtrahat, etiã per verba de præsenti, stat primo matrimonio, & nõ secũdo, etiã si in secundo interuenerit

rit copula carnalis: vt probatur in c. is q fidē. & in c. si inter virū. & in c. veniēs. ij. & c. sicut ex literis. extrà de spōsa. secus si præcedat copula, & se quant spōsalia: vt d. c. veniēs. nec suf ficeret pbare spōsalia & copulā, nisi pbetur, q copula sit subsecuta, vt ibi: & ideo bene aduertat ille, q articulatur, seu capitulat in hac materia, & cōcludat, q post sponsalia, secuta est copula, si vult, q habeatur p matrimonio presumpto, & ei stetur. Nā si probaret spōsalia, & copulā simpliciter nō releuaret: quia potuisset copula precessisse spōsalia: secūdū do. Ant. de But. in d. c. veniēs. secūdo, in prin. per illū tex. facit l. ad probationem. cum ibi nota. C. de probatio.

Cautela instruens aduocatum rei, cùm producitur testamentum, habens clausulam codicillarem. CCXVIII.

1 *Testamento alia solennitas requiritur, & alia in codicillis, uel in alia ultima uoluntate.*

CAVTVS aduocatus, seu procurator rei, dū pducitur testamētū, vbi agit vigore testamēti, ī quo est clausula codicillaris, iuxta no. ī aut. ex causa. C. de libe. præte. debet ante litis cōtestationē petere: an actor testamēto, qd pducit, velit vti, an vt codicillis, vel alia vltima voluntate: nā cogitur eligere, & facta electiōe, non poterit variari: vt l. fi. in prin. C. de codicil. & l. q in hærede. §. eligere. ff. de trib. & c. ad falsariorū. extrà de crim. fal. prope prin. & erit vtile.

1 *qa alia solēnitas reqritur in testamēto, vt l. hac cōsultissima. C. de testa. & alia reqrit in codicillis, vel in alia vltima volūtate: vt d. l. fi. C. de codicil. & ita tenet Spec. ī ti. de instru. edi. §. cōpēdiosa. ver. & no. q cū vltima voluntas. & ita aliàs obseruaui.

Cautela, quòd illi, qui non possunt esse testes, si sint rogati & adhibiti à partibus, licitè possunt. CCXIX.

1 *Testes idonei non sunt parentes pro liberis, & liberi pro parentibus.*

2 *Testis rogatus semper idoneus est, quātumcunq; alias inhabilis sit.*

3 *Testis uocatus, eo ipso approbatus uidetur per eum, qui ipsum uocari fecit.*

4 *Testis domestici testificatio ualet, quando sunt testes instrumentarij.*

5 *Notarius uocatus de facto communi, ab utraq; parte instrumentum conficere potest, etiam si sit magis domesticus unius partis, quàm alterius: & maiori affectione coniunctus.*

1 LICET regulariter *parētes p liberis, & liberi p parētibus nō sint testes idonei, vt l. parētes. C. de test. & l. testis idoneus. ff. eo. nec cōsanguinei: vt l. lege Iulia. ff. e. nec domestici, aut familiares, vt habet ī c. ī literis. extrà de testi. & ī c. insinuāte. extrà de off. dele. & l. idonei. ff. de testi. nec pcuratores, vel aduocati, iuxta l. fi. cū ibi no. ff. de test. nec aliæ psonæ similes, vt notat ī dictis iurib: tñ hæc regula fallit, qñ tales testes fuissent adhibiti, & rogati à partib: qa testi etiā non fide digno adhibet plena fides, qñ est à partibus p teste adhibitus: vt est gl. sing. in aut. de testi. §. & licet. q incipit hęc verba innuūt. col. vij. secundū Bal. in l. parentes. C. de testi. & in l. ad testiū. §. j. ff. de testi. quē seqtur Lud. de Rot. in rubrica, de arbitris. in viij. col. ad fin. & idē tenet Alberi. Mal. in suo tractatu de testibus. in iiij. col. in prin. qui dicit p pdicta, 2 *q vbi testis est rogatus,

tus, semper est idoneus, quãtuncũq; aliàs sit inhabilis: & pro hoc põt vti cautela secundùm eũ, vt in cõtractibus eligantur potius fratres, vel affines testes in instrumẽtis, quàm alij: quia poterunt testificari rectius, & ideo dicit, ꝙ in quæstione facti, dum esset accusatum testamentum de falso, & esset rogatus quidã affinis, ex quo testator eum rogauit, & subdit, ꝙ idem est generaliter, siue sit rogatus à contrahentibus, siue à testatore, siue à iudice, vt semp sit idoneus, & idem tenet Bal. in l. data opera. in ix. colum. versi. item qui vocatur. C. qui accusar. non pos. qui dicit,* quòd ille, qui vocatur ad testimonium, eo ipso videtur approbatus per eum, qui fecit vocari, & debet examinari: vt nota. xviij. questio. ij. in decima. & idem tenet ipse Bal. in c. in nomine domini. extra de testi. & idem tenet Angel. in l. j. in vltima col. C. de testamen. qui dicit per illam gloss. singularem. in d. §. & licet. quod si à cõtrahentibus testes etiã inhabiles ex certa scientia ad validitatem actus sint adhibiti, inter eos testificari poterunt, nec poterunt reprobari. pro hoc optimè facit quod no. Anto. de But. in c. ex literis. in primo & ij. no. & pen. col. versi. & pro hoc põt dici. cum versi. seq. extrà de transact. facit l. si quis testibus. C. de testi. & quod nota. in l. inuiti. eod. tit. Itẽ pro hoc optimè facit, quod no. Bal. in l. dictã tibus. C. de testa. & in l. ij. versi. sed q̃ ro, quid si fuit domesticus. C. de testib.* vbi dicit, ꝙ testificatio domestici valet, quando sunt testes instrumẽtarij: quia vtraq; pars eos adhibuit: allegat leg. sciendum. & ibi optimã gloss. ff. de vsuris. & quod not. Bald. in l. instrumenta. C. de probat. vbi dicit, secundùm Nicol. de Matt.* ꝙ quñ notarius est rogatus de facto cõmuniter ab vtraque parte, puta de contrahentibus, potest conficere instrumentum, etiam si sit magis domesticus vnius partis, quàm alterius, & ei sit maiori affectione coniunctus. ad idem vi de Bartol. in l. si pater. in princ. ff. ad leg. Falci. vbi dicit, quòd licet pater non põt esse testis pro filio, vt dicta l. parentes. põt tamen notari* instrumentũ filij scribere: vt dicta leg. si pater. Ratio, quia hoc instrumentũ scribit de mãdato partiũ, & sicut partes consentientes possunt partẽ, iudicẽ, & arbitrum eligere, vt l. quia etiam. ff. de arbitris. ita possunt pariter notarium eligere. & prædicta intellige vera, quando partes cognoscebant conditionem testis & notarij: videlicet, quòd esset consanguineus, vel domesticus vnius partis, ex alia causa nõ inidoneus: quia tunc videntur partes ei plenam fidẽ adhibere. & ita intelligitur gl. in d. §. & licet. sicut etiã intelligit Ang. in l. j. C. de testa. vt suprà dixi. & ita aliàs habui de facto, in casu quo vnus fecit testamentũ, & adhibuit fratres legatarij in testamẽto, & dum oriretur de legato dubiũ, fuerunt producti fratres, & dicebãt, quòd erant idonei testes, ex quo testator dixerat notario, si fratres isti legatarij possunt esse testes, adhibeamus eos: & notarius affirmauit testatore volente: & licet pdicta videant esse contra iura, quæ loquuntur simpliciter, & iudices de grossero hoc non crederent ei, tamen est verum.

Cautela, quando debet fieri cõpromissum, uel transactio, ut extendatur ad omnia, etiam

ad decisa per sententiã. CCXX.

1 *Compromissum, uel transactio, de re clara fieri non potest.*

2 *Significatum non habere, nihil aliud est, quàm negligere.*

SI VIS facere cõpromissum, vel transactionem plenissimã, & generalem, cautela est, vt dicatur, faciamus compromissum plenissimũ de omnibus causis, litibus, quæstionibus, & differentijs vertẽtibus, & quę verti possent inter partes quacunq; ratione vel causa, & quòd intelligatur esse lis, quæstio, controuersia, & differẽtia de omni eo, sup quo fuit arbitratum. secundùm Ange. in l. prima. ff. de transact. de quo vide omnino ibi, dominum Paul. de Castro: & vide Anto. de Butrio, & Canonistas in c. exposita. extrà de arb. tris. & addatur, cum omnibus depẽdentibus, cõnexis, & emergẽtibus ab eisdem quoquo modo, iuxta nota. in l. eum actum. in princip. ff. de nego. gest. &
1 hæc verba dicuntur: *quia de re clara, vel decisa regulariter non potest fieri compromissum, vel transactio: vt dicta l. j. cum ibi no. ff. de transac. & propter dicta verba valebit compromissum & transactio, etiam sup rebus claris & decisis: secundùm Angel. & Docto. in dicta l. j. Item addatur, quòd dictum compromissum, vel transactio, vel quietatio, siue liberatio referatur ad omnia tam cognita, quàm incognita, etiam si dolo alicuius contrahentium erant incognita, & in genere, & in specie: & etiã ad iura, & obligationes quascũque, etiam ex futuro pendentes, & quacunque causa: aliàs ad ista nõ referãtur per l. tres fratres. cũm ibi no ta. ff. de pact. Et ibi hanc cautelã ponit Ange. & inquantùm stat super cõtrouersijs, & differentijs ex testamẽto pendentibus, semper adijcias hęc verba, visis, inspectis, & cognitis verbis testamenti, vel talis vltimę voluntatis: tam per ipsos contrahẽtes, vel litigantes, quàm per alios Iurisperitos: secundùm Angel. in d. l. tres fratres. qui dicit, hoc modo euitabis omnem errorem & amaritudinẽ: & hoc etiam per l. de his. cum ibi not. ff. de transact. & si litigantes, vel trãsigentes sunt literarũ ignari, apponi facias hæc, Visis, ĩspectis, & cognitis verbis testamẽti, vel vltimæ volũtatis per Iurisperitos, de eorum mãdato, & in eorũ notitiã, insinues plenariè in vulgari sermone, ad eorũ plenam & clarã intelligentiã: vt l. j. §. fi. ff. de verb. oblig. secundùm Angelũ in dicta leg. de his. in princi. & si ista verba non essent apposita, tamen si partes asseruerunt se habere plenã notitiam, sufficeret partes legisse:
2 *quia non habere significatum, nihil aliud est, quàm negligere: quia significatum huius verbi, sola inspectione non verificatur: vt l. j. §. sed si legi. ff. de his quæ in testamento delentur, secundùm Angelum. in dicta lege, de his. circa principium, quæ omnia bene nota: quia quotidiana.

Cautela in fauorem tutorum, ad exonerandum eos, quòd finita tutela, non possint amplius molestari à minoribus. CCXXI.

1 *Tutor de tutelæ administratione, quia quo modo absolui potest.*

2 *Calculatorũ officiũ quod esse debeat, & quæ eorum relatio remissiuè.*

3 *Adultus curatorem habens testari potest.*

4 *Metus omnis & reuerentia minorum, agnatorum & cognatorum præsentia cessare præsumitur.*
5 *Contractus bona fide factus, quando præsumatur.*
6 *Dolo quis conqueri non potest, ubi consanguineorum, uel amicorum præsentia fuerit.*
7 *Tutore dolus & culpa abesse præsumitur, consilij coniunctorum ratione.*
8 *Amicorum idem, quod consanguineorum præsentia operatur.*
9 *Minor de dolo, uel metu conqueri non potest, propter præsentiam, & autoritatem, uel decretum iudicis.*
10 *Simoniam iudicis autoritas cessare facit.*
11 *Iudicis decretum operatur, ut quis allegare nequeat se ultra, uel citra iusti pretij dimidiam deceptum.*
12 *Iudicis autoritate, solennitates omnes adhibitæ præsumuntur.*
13 *Absolutione generali quis liberatus nō uidetur ab eo, quod per dolum, uel latam culpam factum fuerit.*
14 *Absolutio quantumcunq; generalis tutori, uel alteri facta, nō extenditur ad bona, quæ apud absolutū de bonis absoluentis essent.*
15 *Verbum refutatio, quod uerbum sit.*
16 *Iuramentum minoris simpliciter præstitum, quid operetur.*
17 *Debitor, qui uult plenissimè liberari, quid in instrumento facere debeat.*
18 *Iuramentum de iure canonico fortissimum uinculum extat.*

TVTORES SEMPER desiderāt finita tutela, se liberare ab administratione tutelæ, ita ut amplius minores, vel facti maiores nō possint conqueri, vel molestare eos de mala administratione, ideo videamus de remedio. Pro quo dic, ꝙ quinque modis potest tutor absolui: * Vno modo, per sententiam arbitri, in quo factū fuerit cōpromissū, vt l. ij. in prin. ff. de arbitris. & ibi habetur per gl. & Doct. Secūdo modo, per sententiā arbitratoris, de quo dic, vt ibi per Bart. & Docto. in l. societatem. § arbitrorum. ff. pro soci. & per Canonistas in c. Quintauallis. extrà de iureiur. Tertiò modo, ꝑ sententiam iudicis ordinarij, cui arbiter æquiparatur, vt l. j. ff. de arbit. Et hoc pōt fieri duobus modis. Vno modo per viam libelli ordinarij, in quo petatur per minorem, ꝙ tutor, vel eius hæres rationem administrationis tutelę generaliter gerat, iuxta notata in l. licet. C. de iudi. & hoc casu poterit etiam peti vel per minorem, vel tutorem, vel eius hæredes, ꝙ eligantur calculatores ad videndum, & examinandum omnes rationes dictæ tutelæ: & postea ad referēdum iudici, velut iudici permittitur eligere dictos calculatores: quia in causis, in qbus calculationes vertuntur, permittit iudici ponere arbitrū seu arbitros, id est, calculatores qui prædictas calculationes discurrant, & referant: vt C. de vsu. & fruct. leg. l. ij. & ff. si cui plusquàm p legē Falc. l. j. & l. si residuum. C. de d stiac. pig. Ita not. dicit Bart. in consilio suo ix. quod incipit, literas magnificentiæ vestræ. & idem no. Ange. in dicta l. j. § Marcellus. ff. si cui plusquàm per legē Falci. Vbi vide. * Qualiter autē calculatores debeāt, & per quē, vel quos, & corū relationē, vide omnino per Ang. in dicta l. ij. C. de vsu. & fructib. leg. Alio modo pōt procedi coram iudice, scilicet per viā libelli particularis: quia minor cōqueritur

de quibusdam particulariter, & specificè contra tutorem, & eius hæredes, iuxta notata ĩ dictà l. licet. C. de iudicijs. & tunc nõ est necessaria datio calculatoris, sed solùm veniendũ est ad probationes necessarias: & hi duo modi possunt obseruari coram arbitro, & arbitratore, qui æquiparã tur iudicibus: vt l. prima. ff. de arbitr. & l. non distinguemus. §. cùm quidam. eodem titu. Quartò modo, põt principaliter tutor absolui in testa-
3 mento minoris, *quia etiam adultus habẽs curatores, potest testari: vt est glos. notabilis in l. Aurelius. §. Cai*. in versic. legitimam. ff. de libe. leg. & alia in l. prima. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebellianum. vel etiam in codicillis, & per viam liberationis & legati: & ista liberatio põt relinqui tribus modis: vt nota. in d. §. Caius. in glossa magna. & de isto modo absoluendi, vide tex. gloss. & Doctores in l. si qui rationes. ff. de liber. lega. & l. quidam decedens. de admini. tutor. & in l. si seruus vetit*. de leg. primo. plenissimè per Bartolũ, in dicto §. Caius. Quinto & vltimo modo, põt absolui tutor, videlicet per viã liberationis, siue etiam donationis inter viuos, puta, quia minor absoluit, & liberat sponte, sine redditione rationis, olim tutorem suum, vel eius hæredes. Et iste modus, ad hoc vt sit securus, debet fieri cum præsentia agnatorum, vel cognatorum ipsius minoris, & cũ presentia alicuius iudicis ordinarij autorantis, & quod dicti agnati, vel cognati bene, & diligenter prius examinẽt ipsum minorem, an velit facere liberationem, seu absolutionem sponte, liberè, & ex certa sui sciẽtia, non ductus aliquo errore iuris, vel facti, nõ per metum, vel minas, seu dolum, vel circunscriptionem, & hoc iudici referant, & ita etiã iudex de præmissis diligẽter examinet, & inquirat. quibus peractis minor dicat, & affirmet se bene vidisse rationes suæ tutelæ, & quòd absoluit & liberat dictum suum tutorem ab omni eo, quod ipse administrasset de bonis suis, siue per negligentiam, siue per culpam leuem & latam, siue etiam per dolũ, & de omni eo, quod de bonis & rebus suis peruenisset ad manus dicti tutoris, & de præsenti esset, vel reperiretur in manibus dicti tutoris, vel eius hæredis, & promittit eum tutorem, vel eius hæredes amplius nõ inquietare, vel non molestare de iure, vel de facto, in prędictis rationibus, & alia quacunque ratione, seu causa: & maximè, quia etiam intelligit dictum tutorem bene gubernasse omnia bona sua, & si dict* tutor, seu eius hæres teneretur sibi vigore administrationis dictę tutelę in aliqua re, vel quantitate, quantacunque sit illa res, vel quantitas, ex nunc facit sibi refutationem, finem, remissionẽ, liberationem, & donationẽ, vel pactum de vlterius non petendo: & ponatur ei iuramentum minoris, per quod promittat, se omnia & singula suprà scripta habere firma, rata, & grata, & attendere, & obseruare, & nunquàm in aliquo contrauenire, seu facere de iure, vel facto ratione minoris ætatis, seu ratione alicuius læsionis, quantacunque sit, vel esset læsio, etiam si esset in magna seu maxima quantitate, & alia quacunque ratione, vel causa cognita, vel ignota, quam

quæ dici, vel excogitari posset: promittat etiam non petere restitutionem in integrum, quæ competit minoribus ex aliquo casu, nec restitutionem, quæ cõpetit maioribus viginti quinque annis: ex quocunque casu, maximè ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, iuxta l. prim. in fine. ff. ex quibus causis maior. & in dicto instrumento scribatur consensus dictorum agnatorum & cognatorum, & decretum siue autoritas iudicis, qui pronunciet omnia & singula supra scripta, ritè & rectè facta fuisse, & valere & tenere: & quia iste vltimus modus absoluendi tutorem, est plenior & tutior, ideo ipsum examinemus: & primò dixi, quòd debet fieri absolutio & liberatio cum præsentia agnatorum, vel cognatorũ minoris,

4 *quia propter talem præsentiã eorum, omnis metus, & nimia reuerentia cessare præsumitur: vt l. trãsactionem. C. de de transactio. secundùm Bartolũ, Baldũ, & Doctores, ibi, & idem dicit Bart. in l. frater à fratre. in vltima charta, circa principiũ. ff. de

5 condictione indebiti. *Vbi etiam dicit, quòd talis cõtractus præsumitur factus bona fide, & præsumitur cessare omnis suspicio. & Baldus idem dicit in l. prima, in secũda columna. ff. si quis aliquẽ testari prohibet. & idem tenet Bar. in l. j. C. de præd. de-

6 cur. lib. x. *vbi prius dicit, quòd præsentia consanguineorũ, vel amicorũ operatur, vt quis nõ posit conqueri de dolo vel metu, per illum textum. facit quod not. Baldus in l. Polla. C.

7 de his, quibus vt indignis. *Vbi dicit quòd ratione consilij coniunctorũ, præsumitur à tutore abesse dolus & culpa: quod est no. dignum secundũ eum. Sed si non essent agnati, vel cognati seu consanguinei minoris, vel eius parentum, adhibeantur amici.

8 *Nam præsentia amicorũ idem operatur, quòd præsentia consanguineorum: vt probatur in dicta l. trãsactionem. & ita ibi not. Bar. Bal. & Doct. & Bart. in d. l. j. C. de præd. decur. lib. x. facit l. magis puto. §. in primis. ff. de rebus eorum. & l. hæc autem. §. j. versicu. si autem non habeant. ff. quibus ex causis in possessionẽ eatur. & l. fina. ff. vbi pupill⁹ educari debeat. Sed si amici minoris, vel eius parentũ nõ reperirentur, tũc aliud consilium est, quòd eligãtur duo, vel tres boni viri à prætore, vel à iudice loco attinentium, qui videant, & examinent dictum minorem, sicuti in consanguineis dictum est. pro hoc d. l. hæc autẽ. §. primo & de hoc sunt statuta in multis locis. Sed si non essent statuta, tamẽ bonum consilium est: quia operatur idem, quòd præsentia consanguineorum. Item dixi, debet adhiberi præsentia iudicis ordinarij, qui interponit decretum

9 suum & c. *Et est ratio, quia propter eius præsentiam, & autoritatem vel decretum, ipse minor non poterit conqueri de dolo, vel metu. ita not. dicit Barto. in d. l. frater à fratre. & Cardina. Zaba. in c. de cætero. in prima & secunda opinione, extrà

10 de transac. *vbi etiam dicit, quòd autoritas iudicis fecisset cessare Simo-

11 niam. allegat c. nisi. de præbendis. *Item operatur decretum iudicis, vt quis nõ posit allegare se deceptum vltra vel citra dimidiam iusti pretij, vt singulariter notat Bartol. in dicta l. j. per illum textũ. C. de prædi. de-

cur.& Bar.& Ang.in d.l.j.C.de præscriptio.xxx.annorũ.& Ange.de Aretio.Institu.de actio. §.si quis agẽs.
12 *Item operatur, vt omnes solennitates præsumantur adhibitæ: vt singulariter not. Specu.in titu.de emptio. & vendit.§. nunc sciendum. versi.& breuiter scias.& habetur per Docto. in l.sciendum.ff.de verborum obligatio.& facit quod notatur in l.cùm hi. §.si prætor.ff.de transactio.Item quod dixi, fuit per negligentiam, siue per leuẽ & latam culpam,& dolũ:
13 *quia per absolutionem generalem non videtur quis liberatus ab eo,qđ per dolum, vel per latã culpam absolutè factum est: vt est text.in l.si quis rationes.ff.de libe.lega.& in dicta l. si seruus vetitus.ff.de legatis primo. in vltima charta.& l. quidã decedẽs. & ibi per glo.& Docto.ff.de administra.tutorum.& nota plenè per Bart. in l.Aurelio. §.Caius.ff. de libe.leg. Item dixi, de præsenti esset, & reperi-
14 retur in manibus dicti tutoris:* qa absolutio quantũcunq; generalis facta tutori, vel alteri, non extenditur ad bona, quæ apud absolutum essent de bonis absoluẽtis: quia de illis nõ videtur cogitatum, nisi expressè dictũ sit: vt in l.dominus Sticho. §.fin. de pecu.lega.& ibi hoc notat Barto. & in dicta l.si quis rationes.& in d.l. quidam decedens. & in d.l. si seruus vetitus.& per Doctores in dictis iuribus.& probatur in l. tres fratres.& ibi no.de pactis. Item dixi quantacũque sit illa quantitas.quia si diceretur,& in aliquo teneri, &c.itelligeretur de modico, iuxta notata in simili de venditione: vt l.ij. C. de rei vẽdica.& in l.sciendu.ff. de verborũ obliga.& nota.per Cano in c. Quintauallis.de iureiurand. quãdo datur potestas arbitratoribus. Itẽ dixi, ex nunc facit finem, refutationem,& remissionem: in qua licet non valeret ex aliquo capite liberatio, ex eo, qa videatur liberasse tãquàm bene gesserit, valebit tanquàm donatio & re-
15 futatio. *Item vsus istis verbis, quia verbum refutatio, est verbum generale: ergo cõiter ista verba solẽt apponi in instrumentis p notarios. Itẽ dixi, habere rata & grata: quia non posset amplius minor venire cõtrà, de iure vel de facto. Nã si promittitur solùm ratũ habiturũ, intelligitur promisisse de nõ cõtrauenìendo de iure tãtũ: sed veniendo de facto tantùm, non teneretur: vt probatur in duob* glossellis, in l.id quod pauperibus.C.de episco.& cleri.& ibi hoc nota.Bart.in l.metum. §. volenti.ff. quod metus causa. & ad differentiã inter ratum & firmum facit l. generali.C.de sacrosanctis ecclesi.& l.illud. ff. de iure patronatus. & l.si pater.ff.de ritu. nupt.Item dixi, ratione minoris ætatis, vel alia quacunq;
16 ratione:* qa iuramentum simpliciter præstitum, solùm operatur, vt representet eum maiorem: vt nota.in authẽ.sacramenta puberum.C.si aduersus venditio. vnde necessariũ est addere, vel alia quacunque ratione, vel caus. Item dixi, causa cognita, per textum l. qui iure militari. ff. de testament. mili. per quem dixit ibi
17 Baldus & Angel.* quod debitor, qui vult plenissimè liberari, sit caut*, vt in instrumento faciat addere, quòd dicta quictatio etiã ad ignorata, vel incognita porrigitur.& idẽ etiã notat in dicta l. tres frat.es. de pactis.& dixi in cautela præcedenti. Et aduer-

tẽ, quia istud non procederet in muliere, vel minore, propter eorum fragilitatem: vt dixit Baldus & Angel. in dicta l. qui iure militari. per no. in l. sciendum. de verborum obligatio. & l. j. C. de rescinden. venditio. hæc verò clausula tantũ procedit in minore liberante. Sed aduerte, quia, videtur, quòd dictæ clausulæ non sint necessariæ: quia aut minor non læditur propter hanc liberationẽ, & non est opus tanta solennitate. Aut est læsus, & istæ solennitates uidentur esse iniquæ, & propterea non apponẽdæ. Ad quod tu dicas, quòd dictæ clausulæ quandoque sunt necessariæ & iustæ, quandoque non. Nam si minor nõ læditur, tunc multæ de prædictis sunt vtiles, & necessariæ & iustæ, & omnes illæ, ex quibus tollitur omnis præsumptio, vel suspitio metus vel reuerentiæ, vel doli, vel cuiuscunq; alterius fraudis, vel malę suspitionis. Nam licet minor sit læsus, nõ posset cõqueri, quòd dictã liberationẽ fecerit inductus dolo, vel metu, & c. & sic posset rescindi liberatio: vnde hoc casu, dictæ clausulæ sunt necessariæ, vel saltẽ vtiles & iustæ. Si verò minor esset in veritate læsus ex dicta liberatione, puta quia tutor malè gubernauerat facta minoris: & tũc aut intentio minoris est, ex aliqua iusta causa, puta quia eũ filius, vel nepos tutoris, velle liberare ipsum quõdam tutorem suum etiã de omni eo, quod malè gubernauit, & hoc vult facere ex certa scientia, & tũc idem valet, quòd dictæ clausulæ sunt vtiles & necessariæ, ac etiam iustæ, & apponi possunt etiã in foro cõscientiæ, dummodò declaretur prius minori virtus & potentia dictarum clausularum, & in quo prosunt, vel noceant sibi in causa: sicut certioratur mulier de Velleiano: vt habetur in l. iubemus. C. ad Velleia. & in l. sciẽdum, ff. verborum obligatio. Tu, qui es notarius, poteris vti dictis clausulis, sed non aliter, vt statim dicam. Aut intentio minoris est absoluere olim tutorem suũ: quia credit ipsum bene gubernasse, & si aliter crederet, non liberaret eum: & tunc dico, quòd dictæ clausulæ pro maiori parte non sunt honestæ, imò iniquissimæ: quia sunt præter & contra intentionem minoris, & per eas iniustè deciperetur, & ideo hoc casu notarius nunquàm apponat eas, per quas excludi posset à beneficio restitutionis in integrum, quin possit docere de sua læsione & interitu, non apponat hoc casu sacramentum minoris, 18 * quod est fortissimum vinculum de iure canonico: vt habetur in capitulo, cum contingat. & capitulo, si verò. extrà de iureiurando. quia potest saluari sine interitu salutis eternæ iurantis: vt ibi. sed cum interitu animæ deferentis, vel notarij scribentis, vel aduocati, aut procuratoris, vel alterius hoc consulentis, vel alicuius autorãtis: & hoc modo, & in hoc casu, intelligo quod dixit Cyn. in dicta authentic. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. in prima quæstione. vbi dixit, quòd illa authentica, siue consuetudo, vt deferatur iuramentum, est erronea, & multos misit ad inferos, & multa patrimonia iniquè acquisita exinaniuit & destruxit: quod est necessarium, & bene nota contra multos, & maximè aduocatos, qui hoc consulunt, vt videantur sapientes,

quod nunquàm tu facias.

a Calculator. *Calculatores rationũ deputati per iudicẽ ad calculandũ, debẽt iurare. Bal. i l. hac edictali. §. his illud. ij col. versi. pone cõsules mercatorũ. C. de sec. nup. & dicũt arbitratores secũ dũ Bal ibi. & per Bart. in cõs. ... magnificentiæ vestra. & tex. not. in l. si res ... C. de pig. & in l. si cui liber tas. de cond. & demon. & ibi Imo. & Pau. de Ca. qui dicit eos habere iuris.*

Cautela qualiter debeat emanare rescriptum à principe, ad hoc, quòd quis posit audiri in causa, in qua non appellauit. CCXXII.

a *Rescriptum impetratum à principe, ad hoc, ut aliquis audiri poßit, ipso iure nullum existit.*

SVPPLICATVR sæpißime principi, quando causa est decisa & finita, à qua amplius appellari non potest: quia transiuit in rẽ iudicatam: pura, quia sunt latæ tres sententiæ conformes: vt l. prima. C. nemini liceat in vna eademque causa tertio prouocare. & cap. sua nobis. extrà de appellatio. vel quia nõ fuit appellatum. & sic victus eiacquieuisse videtur. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. vel quia post sententiam incepit soluere, vel terminũ petijt ad soluendum. C. de re iudica. l. ad solutionem. vel quia fuit appellatum, & deserta est appellatio per lapsum anni, vel ex causa biennij, vt in authen. ei qui. C. de tempo. appel. & capitulo, cùm sit Romana. de appellati. & habetur in capitulo, ex ratione. eod. tit. & à principe obtinetur rescriptũ, vt iterũ causa audiatur, & terminetur: & multi credunt, quòd tale rescri-
1 ptum valeat. *Sed tu dicas contrarium, quia imò est ipso iure nullum: vt est textus in l. causas, vel lites. C. de transact. & l. finali. C. senten. rescin. non pos. & l. finali. C. de errore aduoca. imò plus dico, si quis tale rescriptum impetrauerit, nõ solũ erit nullum, & suo desiderio carere debebit, vt dictis iuribus, sed etiam ignominiæ pœna notabitur, id est, efficietur infamis: vt est textus multũ singularis in l. finali. C. vt lite pendẽte. qui textus procedit, siue non sit appellatum, vel appellatio sit deserta, vt ibi dicitur in tex. siue etiã bis sit appellatum, & propter hoc nõ posit amplius appellari: siue nõ posit appellare: quia fuit contumax, iuxta l. ex cõsensu. §. finali. ff. de appella. & l. secunda. §. finali. cũ ibi notat. ff. quãdo appella. sit. vt vult glo. not. in dicta l. finali. C. vt lite pendẽ. Sed ad hoc vt dictũ rescriptum valeat, cautela est, vt dicatur non obstãte l. finali. C. sen tent. rescin. non pos. & l. fina. C. vt lit. pendent. cum simili. vt not. glo. in d. l. vltima. senten. rescindi non posse. facit quod notat Bartol. in l. vacuatis. C. de decurio. lib. x. & puto etiã, quòd sufficiat, si diceretur, non obstantibus aliquibus legibus, vel statutis in contrarium facientibus, per not. in aut. hoc inter liberos. C. de testamentis. & l. si qs in principio testamenti. per Bartol. ff. de leg. j. & l. fin. C. si contra ius, vel vtili. publi. & per Canonistas, in capitu. quæ in ecclesiarum. extrà de constitutio. & per Antonium de Butrio. in cap. primo, eodem titulo. verius tamen, vbi iura ciuilia obseruantur, seruatur cõtrarium: quia huiusmodi rescripta seruantur, quando sunt impetrata seruatis solennitatibus Venetiarum: etiam

etiam si nō sit clausula, nō obstante. quod nota, quia pauci aduertunt.

Cautela instruens patrem, uolentem filios naturales legitimare. CCXXIII.

1 *Matrimonio subsequenti omnes filij legitimantur.*

HABENS filios naturales, eos
a legitimare[a] nō potest, nisi per matrimoniū tantùm subsequēs, quādo eorū mater est talis mulier, quā pater posit vxorē commodè habere: vt est tex. cū glo. singulari in authenti. quibus modis natu. effi. legitimi. §. sit igitur licētia. quæ incipit, id est, nō permittimus. collatiōe sexta. & idē hoc tenet ibi Ange. & Bald. in capitulo, illud. in fi. prima columna, extrà de præsumptio. Et ideo tu, qui vis legitimare filios tuos, sis cautus, vt aduertas, si potes commodè contrahere cum matre filiorum: quia oportet cum ea contrahas matrimo-
1 nium:[*] quia per subsequentiam matrimonij legitimabūtur. l. cùm quis. & l. nup. C. de natu. lib. & capitulo, tāta. extrà qui filij sint legiti. vel si non vis eam capere in vxorem, sed solùm filios legitimare, per rescriptū principis, facias, quòd dicatur in rescripto, non obstante, quòd eorum matrem posit pater commodè in vxorem accipere, vel non obstante dicto §. sit igitur licentia. per ea quę dicta sunt in præcedenti cautela. Ac etiam sis cautus vlterius, si faceres legitimare eos à comite Palatino, habente potestatem ab Imperatore legitimandi, vt inspicias verba sui priuilegij, iuxta cap. porrò. extrà de priuile. & l. fideiussores magistratuum. §. Aurelio. ff. de fideiusso. vt si in eo non reperies, quòd habeat potestatem legitimandi naturales: etiam si pater eorum posit matrimonium cōtrahere cum matre, vel si nō est clausula, quòd posit legitimare, non obstante dicto §. sit igitur licētia, quòd non confidas de dicto priuilegio, p ea quæ dicta sunt. Itē & tertio sis cautus, quando vis impetrare huiusmodi rescripta ab Imperatore, vel Papa, vt in eis dictā clausulam apponi facias.

a Legitimare. *Legitimatio, quot, & quibus fieri potest. Insti. de hæredi: quæ ab intest. deferū. §. j. & in aut. quibus mod. natu. effi. legi. Bal. in l. eam quā. ix. col. C. de fideic. & Ant. Ros. in tra. legi.*

Cautela in fauorem hæredis, ut non posit cōueniri infra certum tempus à creditoribus hæreditatis. CCXXIIII.

1 *Hæres, dum inuentarium fit, alicui nō tenetur.*

INSTITVTVS hæres si vult habere dilationem aliquā, infra quā non posit conueniri à creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs post aditā hæreditatem, etiā qn̄ hereditas est soluēdo, cautela est, vt cōficiat inuētariū, & incipiat ipsum infra triginta dies à die aditæ hæreditatis, & compleat in fine triū mensiū, si res hæreditariæ sunt præsentes, & si absunt, in fine anni, iuxta l. fi. §. si autem dubius. C. de iure delib. & interim infra dictū tempus, quo inuentariū cōscribitur, nō poterit hæres conueniri à creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs, nec ab eis inquietari, nec ad iudicium trahi, nec poterūt etiam p hypothecariam res hæreditariæ vēdicari, & sic habebit dilationem triū mensium, vel vnius anni, inuitis cre

ditoribus & legatarijs: vt est casus in l. fin. §. donec. C. de iure delib. & est gl. in dicto §. si aũt dubius. in verbo, immisceat. quæ dicit per d. §. donec.
1 * q interim dum fit inuentarium, hæ res non tenetur alicui. & idem notat Azo, in summa. C. de iure delibe. in versi. effectus autem huius inuentarij. Et aduerte, quia istud beneficiũ dilationis durat, donec conscribitᵉ inuẽtariũ, vt dixi. & ideo sis cautus, vt nõ cõpleas, nisi in fine triũ mensiũ, vel anni, quia si cõpleres prius, posses conueniri ante lapsum dicti tẽporis: vt probatur in d. §. donec. & ita sentit Azo, in dicto versi. effect⁹.

Cautela pro emente ab hærede
a res hæreditarias a, quòd instrumentũ dicat, quòd soluit illã pecuniam pro satisfaciendo creditoribus, & legatarijs, ac ipsis præsentibus. CCXXV.

2 *Res heredi. Emptor hæreditatis, an & quomodo teneatur ad debita uẽditoris. gl. Bar. & Io. de Pra. in l. si actor. ij. col. ff. de procu. Item etiã ad ea, quæ soluit hæres uẽdens creditoribus, uel legatarijs. Ale. contra, & Pau. de Cast. in l. ij. C. de leg.*
3 *Hæres si simpliciter uendiderit, non dicendo, causa satisfaciendi creditorib⁹, uel legatarijs, an tunc emptor conueniri poterit.*

QVANDO quis emit aliquã rẽ hæreditariam ab hærede, qui conficit inuentarium solenniter, nõ potest conueniri à creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs: vt l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delibe. secundũ quod ibi notas, quod intellige, quãdo hæres vẽdidit dictam rem pro satisfaciendo creditoribus, vel legatarijs hæreditatis: vt in d. l. fi. §. licẽtia. id est ibi, p soluẽdis debitis, vel legatis: & quando pecunia soluta per emptorem, fuit soluta per hæredem creditoribus, vel legatarijs: vt probatur in d. §. & si præfatam. in fin. ibi, quarum precia in legata, &c. & si ista duo concurrũt, res nõ habet dubiũ
per dicta verba. * Sed dubium est, qd 1 si hæres vendidit simpliciter, nõ dicendo, causa satisfaciendi creditoribus, vel legatarijs, an tũc emptor poterit conueniri. Et videtur, q sic: qa quando quis vendit rẽ, in dubio vendere videtur iure proprio, & pro se: vt notat Bar. in d. §. & si præfatam. & Bal. clarius in l. mater. in fi. C. de rei vendi. vnde non videtur vendidisse pro satisfaciendis creditoribus, vel legatarijs. & ideo dominus Pau. de Cast. in dicto §. & si præfatã. in fine, dicit, q emptor nõ erit secur⁹, & propterea debet esse cautus, quãdo venditur sibi, vt dicatur in instrumẽto, quòd venditio fit causa satisfaciẽdi creditorib⁹, vel legatarijs: quod teneo esse verũ, quãdo pecunia non fuisset soluta creditoribus: vel legatarijs, per dictum §. & si præfatam. in fine, & per dictum §. licentia. Sed si pecunia fuisset soluta creditorib⁹, vel legatarijs, teneo, quòd ipse emptor erit securus. & hoc tenet Bald. secundùm Odof. in dicto §. & si præfatam. in versicu. penult. & maximè hoc procedit, quando immediatè recepta pecunia, hæres soluit creditoribus, vel legatarijs, quia ex isto actu sequenti declaratur volũtas hæredis, quòd vendiderat causa satisfaciendi, sicut fecit, per l. si seruus plurium. §. fin. de lega. j. Sed si hæres vẽdidisset pro satisfaciendo creditoribus, vel legatarijs. & in veritate non

satisfe

satisfecisset, nunquid emptor esset securus? credo ꝙ nō: per dictū §. & si præfatam. in fin. Et ideo, vt tollantur istæ dubitationes, emptor sit cautus, vt faciat apponere in instrumēto venditionis, quòd hęres vendidit pro satisfaciendo creditoribus, & legatarijs, & exburset pecuniam ipsi hæredi, præsentibus creditoribus & legatarijs, & recipiētibus dictam pecuniam ab hærede: & ita scribatur in instrumento venditionis, siue solutionis pecuniæ factę per emptorem, & tunc erit securus. facit, quod no. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. & x. quæstione secunda, ca. hoc ius porrectum. & l. vltima. ff. de iniusto testa.

Cautela, quòd inuentarium tutoris de rebus pupilli, prosit ipsi pupillo hæredi, CCXXVI.

1 *Inuentarium quotuplex esse dicatur.*

2 *Inuentarium, quod tutor facit pro administratione tutelæ consequendæ, an ipsi pupillo prosit, ut inuentarij utriusque beneficio uti possit.*

1 DVPLEX est inuentarium, *vnum tutoris, de quo in l. tutor qui repertorium. ff. de administratio. tutorum. Aliud est hæredis, de quo in l. fina. C. de iure deliber.
2 *Sed est dubium, nunquid inuentariū, quod facit tutor pro cōsequenda administratione tutelæ, prosit pupillo hæredi, vt possit vti beneficio vtriusque inuētarij. Dicas, quòd nō: quia ista inuentaria requirunt diuersas solennitates: & in multis discrepant inter se, vt patet ex his, quæ habētur in d. l. tutor, qui repertorium. in princip. & in dicta l. fin. & ita tenet Bar. in l. in ratione. §. quod vulgo. in penulti. colum. ibi, quæro, tutor. ff. ad l. Falci. & Bald. in d. l. fin. §. cùm igitur. in penulti. colum. ibi, etiam soluta est quæstio. & idē tenet dominus Paul. de Cast. in §. & si præfatam. in fine. in ea. lege. & in cōsilio suo xxviij. versiculo, super secūdo. In quibusdam tamen locis est cōsuetudo, quòd inuentarium tutoris sufficiat pupillo hęredi, quæ consuetudo seruanda est, argumen. l. secun. C. quemadmodum testament. aper. dummodò probetur: aliàs iudicandum esset secundū ius commune, secundùm Baldum in d. §. cùm igitur. verùm quia pupillo esset magna expensa, duo inuentaria, & bis bona sua describere, cautela est, quòd fiat tantùm vnum inuentarium per tutorem, in quo seruentur solennitates vtriusque inuentarij, & sufficiet pupillo. Et licet dicatur in l. fin. §. sin autē dubius. ꝙ inuentarium debet inchoari post aditam hæreditatem, tamen poterit de voluntate etiam inchoari & fieri, licet non de necessitate: & ita pluries practicari feci.

Cautela contra statuta dispenētia, quòd contra instrumentū non possit opponi aliqua exceptio, etiam simulationis, quòd agatur corā iudice ecclesiastico. CCXXVII.

1 *Lex quantumcunque dura, seruanda est.*

2 *Statuti propter iniquitatem, ad ecclesiæ subsidium recurri potest.*

3 *Statuta nutrientia peccatum, ecclesiæ subijciuntur.*

STATVTA quandoque dispônūt, vt contra instrumentum nō possit opponi aliqua exceptio: quo casu intelligitur, quòd non possit oppo-

opponi etiã exceptio simulationis: vt notat Bart.in l.ij. §.ij.ff. quod vi, aut clàm.& Bal.in l.j C.plus valere quod agitur.& aliquãdo expressè dicitur, quod exceptio simulationis non posset opponi,quo casu nõ est dubium,quod nõ poterit opponi:vt not. Bal.in l.fi. §.in cõputatione.in fin.
2 C.de iure delibera.* quia lex quantumcũq; dura,seruãda est.l.prospexit.ff.qui & à quibus.& quia paria sunt,non habere exceptionẽ,vel allegare eã nõ posse:vt est gl.singularis in l.qui habebat.ff.de manu.test. & no.Bald.in l.siue generalis.C.de senten.pas.Sed quod remediũ est,vt prædictis statutis nõ obstãtibus,possit de iure contrauenire,& opponi exceptio simulationis?dic,quod ppter iniquitatẽ statuti,põt recurri in subsidiũ ad ecclesiam,secus autem,si statutum non remoueret exceptionẽ, sed assignaret certum terminum,nõ dicitur iniquitas,sed iustitia positiua:vt l.prim. §.pueritiam.in verbo, ratus.cum glo.ff.de postu.vt singulariter no.Bal.in dicto §.in computatione.in fine.& intelligo quòd potest recurri ad ecclesiam in subsidiũ, propter iniquitatem statuti,nõ propter iustitiam denegatam à statuto: & sic poterit procedi coram iudice ecclesiastico de simulatione, iuxta cap.licet ex suscepto.& cap.ex tenore.cũ ibi nota.extrà de foro compe. & poterit etiam procedi,si aduersarius propter hoc erit in peccato per denunciationem Euãgelicam.iuxta no.in ca.nouit extrà de iudi.& idẽ
3 dicas in similibus,* vbi statuta essẽt iniqua, & nutrirent peccatum:quia tunc dictis duobus modis posset ad ecclesiam in subsidiũ recurri,quod singulariter & perpetuò tene mẽti.

Cautela pro illo,qui facit actum iudicialem,præsente suo aduersario,& quòd in iudicialibus tacens habetur pro consentiente: & repetitur supra per eundem. CCXXVIII.

1 *Verba aduersarij qui non acceptat,ex illis se iuuare non potest.*
2 *Sententiis uel interlocutoriis,ubi appellationi locus non est,nullus uidetur cõsentire,nisi per decem dies taceat,uel per alium actum consensum exprimat.*
3 *Actis iudicialibus,in quibus appellari potest,simpliciter contradicere non sufficit,nisi appelletur.*
4 *Interlocutorijs,grauaminis causæ insertæ esse debent.*

Si sit aliquis actus,vel aliquid dicatur,aut offeratur in iudicio ab vna parte,altera præsente audiente, & tacente, & non acceptante, non præiudicat dicenti,vel facienti,aut offerenti:vt est text.cum glo.secun. not.in l.tertia.C. de repudi.hæredita.& ibi Doctores.& maximè Baldus,qui dicit per illum textum.cum
1 glo.* quòd qui non acceptat verba aduersarij,non potest se ex illis verbis iuuare:idẽ si dissimulat.Et ideo cautela est,quòd aduersarius faciat scribere tali præsente,& acceptante & in parte & partibus pro se facientibus,contra se non consentiente, sed si iudex facit actum aliquem parte præsente,cui displicet,debet contradicere:& ideo sit cautus,vt in actis apponi faciat parte præsente,& contradicente.aliàs si nihil diceret, videretur cõsentire:vt probatur in l. prima. C. de rela. & ibi hoc notat Bartolus,& Doctores, idem notat

Bart.in authentica, ſi quis in aliquo
documento.in fine.C. de eden. & l.
fi.ff.quãdo appella.ſit.& Abb. Sicu.
in cap. intimaſti. extrà de appella.
2 *In ſententijs verò,vel interlocuto-
rijs,vbi appellationi locus non eſt,
nõ videtur cõſentire,niſi taceat per
decẽ dies:vel per aliũ actũ exprimat
cõſenſum:vt l.ab eo.C.quomodo &
quãdo iudex.& l.ad ſolutionem. C.
de re iudica.& in aut.hodie.C.de ap
pella.ſecundũ Bartolũ,in d.l.j.C. de
rel.& non ſufficit,ꝙ pars, cõtra quã
3 lata eſt ſentẽtia cõtradicat: *quia in
actis iudicialibus, in quibus poteſt
appellari,nõ ſufficit ſimpliciter con
tradicere,ſed debet appellari:vt ſin-
gulariter dicit Inno.in capitu. quod
ad conſultationẽ.in fine,extrà de re
iudica.quẽ ſequitur Ioan.de Imo.in
l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff. ad
Trebel.& Ange.de Areti.in §.præ-
tereà quaſdã.Inſtitu.de actio.in ma-
teria actionis ad exhibendũ. Sed in
contrariũ videtur text.in aut.ſi quis
litigantiũ.in prin.C.de epiſco.audi-
en.in verbo,cõtradicat. vbi videtur
probari,ꝙ ſufficiat contradictio in-
fra decẽ dies,ſecundũ Bald. & Paul.
de Caſt.ibi,ſed dicas,ꝙ tunc contra-
dictio ſufficit,& habetur loco appel
lationis,quãdo ex alijs cohęrentijs
apparet contradictũ animo appellã-
di:puta, quia petiti ſunt apoſtoli,vel
quia cõtradicens ſubmiſit ſe iuriſdi-
ctioni ſuperioris,ſecũdũ Baldũ ibi,
qui ita intelligit illũ textũ,& poſſet
hoc procedere in ſentẽtia diffiniti-
ua, à qua põt appellari ſolo verbo,
ſine expreſſione alicuius cauſæ: vt l.
prima,in fine,cũ ſequen.ff.de appel
4 la. *Sed in interlocutoria non pro
cederet,niſi cauſæ grauaminis eſſẽt
in contradictione inſertæ.l.appellã-
ti.de appel.cũ ſimilibus.ideo ex prę-
dictis poteris eſſe cautus, qualiter
debeas facere,quando in iudicio a-
liquid fit à parte, vel iudice: quod
not.quia quotidianum.

Cautela, pro illo,qui adiuit hæ-
reditatẽ, quomodo poterit il-
lam repudiare,uel illi renun-
a ciare [a]. CCXXIX.

a *Renunciare.* *Renũciationis ſucceſſionis forma eſt,uidelicet renũcio,& do fratribus partẽ meã hæreditatis paternæ, nõ ſic,renũcio partẽ meã.Pau.de Ca. in l.ſicut.C.de repu.hæredi. Vide formã inſtrumẽti dictarũ renũciationũ, in Spec.de pactis. §.ij.in j.colum. ubi plenius.*

1 *Hæreditatem qui adiuit,ipſam repudiando,amittere non poteſt.*
2 *Hæreditatem paternã, uel maternam ſi filia adiuerit,& poſteà cùm maritatur,ad inſtantiam fratris dicat,repudio hæreditatem paternam, uel maternam,repudiatio nihil ualet.*
3 *Propoſitum in propoſito ſicut operatur,ita oppoſitum in oppoſito.*
4 *Naturalius nihil eſt,quàm eo uinculo unũquodque diſſolui,quo ligatum eſt.*
5 *Verbum unum,quòd impropriè capiatur ad hoc,ut aliquid operetur, nullũ inconueniens eſt.*

1 QVI adiuit *hæreditatẽ,non po
teſt ipſam repudiando amitte-
re:vt l.ſicut.C.de rep.hæredi.quę eſt
bona lex pro puellis, quę maritãtur
à fratribus,qui faciũt eas repudiare
hæreditatẽ paternã, vel maternam,
in locis,in quibus ſuccedunt filię ſi-
cut maſculi,ſicut de iure communi:
vt l.maximũ vitiũ.C.de liberis præ-
2 teritis. *Nam ſi filia hæreditatẽ pa-
ternã,vel maternã adiuerat, & poſt-

eà cùm maritatur, ad instantiam fratris dicit, repudio hæreditatē paternam, vel maternā, nihil valet repudiatio: & ea nō obstante, potest partem suā auocare: & ideo debet esse cautus frater, vt soror nō dicat, repudio, sed dicat renuncio, & dono tibi partē meam, quā habeo, vel habere spero in hæreditate paterna, vel materna: qđ perpetuò tene menti, quia notarij nō intelligētes, de facili possent errare in cōcipiendo verba, secundū domin. Pau. de Castr. in dicta l. sicut. Sed aduerte, q̄ ista cautela esset necessaria, si dicta l. sicut. intelligeretur indistinctè, videlicet q̄ ille, qui adiuit hæreditatem, vel in ea se immiscuit, nō posset ipsam repudiare: nec quo ad suū commodū, vel fauorē, nec quo ad ipsius præiudiciū, prout intellexit Iacob. de Aretio & Cyn. ibi, qui reprehendunt glo. penultim. ibi. & pro hoc facit textus in d. l. sicut. ibi, nec quòd confessos in iure pro iudicatis haberi: quia illa verba præsupponunt in damnū confitentis. Sed si teneremus. q̄ illa l. sicut. intelligatur solùm, q̄ dicta repudiatio nō valeret in fauorē repudiantis, quia conueniebatur ille, qui adiuit, à creditoribus hæreditarijs: sed in eius præiudiciū sic, puta, quia conueniebatur ab illo, qui dicebat se esse hæredē, prout intellexit glo. & Angelus, tunc nō esset necessaria ista cautela, & pro ista parte, q̄ repudiatio hæreditatis iam aditæ valeat in præiudiciū repudiantis, videtur tenere glossa penultima & vltima in dicta l. sicut. & facit ratio, quam allegat: quia dicta repudiatio habet vim cuiusdam renūciationis. l. postquàm liti. C. de pactis. Item quia ista 3 2 4

procedūt à pari, nō posse adire postquàm repudiauit, & nō posse repudiare, postquàm adiuit: vt d. l. sicut. sed si primò repudiasset, deinde interrogatus ab vno, si est hęres, respōdet, q̄ sic, habetur pro hærede, quātùm ad ipsum interrogantem: vt est text. cū gl. fi. in l. fi. ff. de interrog. actio. & dixi s. in cautela: ergo econtrà videtur dicendū, quando prius adiuit, & posteà ad instantiā vnius repudiauit, vt repudiatio sibi noceat, quātum ad illū, & nō quantùm ad alios: * quia sicut operatur propositum in proposito, ita operatur oppositū in opposito: vt l. fi. in fin. ff. de leg. iij. & l. sed & si cōtra tabulas. ff. de valg. & pup. & no. Bart. in l. inter stipulantē. §. sacram. de verborū obligatio. Itē quia licet repudiatio a no teneret, tamen nō licet sibi, vel hæredi suo venire contra factū suū. l. per fundū. ff. de serui. rustic. pręd. & l. post mortem. ff. de adoptio. Itē quia repudiando videtur hæreditatē habere p̄ derelicta. l. j. & ij. ff. pro derelicto. & maximè si nūquàm habuit possessionem bonorū hęreditatis: quia tunc cessat l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. posses. * Itē quia nihil tam naturale, quàm eo uinculo vnūquodq; dissolui, quo ligatū est: vt l. nihil tā naturale. ff. de reg. iur. & sola & nuda voluntate aditur, & quęritur hęreditas. l. pro hærede. in prin. ff. de acquiren. hæredi. igitur debet sola voluntate posse amitti, per d. l. nihil tam naturale. & per no. in l. j. C. de pactis. Itē hoc maximè procederet, quādo fuisset adita hæreditas per cohæredem: quia facta repudiatiōe, fuit habita pro derelicta, & acquisita cohæredi. l. j. §. ijs ita. C. de cadu. tollen. Item

Item, quia repudiando, videtur fateri se nunquã adiuisse, vel si aliquid fecit, propter quod præsumatur adiuisse, sed nunquàm habuisse in rei veritate animũ adeũdi: & sic, quod verè non adiuerit, & ita contra confessionem suã ipse, vel hæres suus cõtrauenire nõ potest. l. de ætate. §. primo, de interroga. actio. & ita reperio consultum per Baldũ, in consilio suo cxxxviij. quod incipit, Ioannes Symeonẽ & Petrũ filios suos. in fine. v. colũ. versiculo, circa tertiũ repetam illud. Et istã opinionem puto veriorem: quia licet quis non possit hæreditatẽ aditam propriè loquendo, repudiare: vt dicta l. sicut. C. de repudi. hæredi. tamen in sui præiudicium potest, maximè in casu nostræ quæstionis, in quo verbũ, repudiatio, nisi operaretur, nihil valeret: & ideo, vt potius valeat dicta repudiatio, quàm pereat, expono verbũ

5 repudiatio, pro renũciatione. *Nec est inconueniens, quod vnũ verbum capiatur impropriè ad hoc vt aliquid operetur: vt cap. cùm dilectus. extrà de consuetu. & argu. glo. not. in l. & a puto. §. primo. ff. famil. er. cũ ibi no. & præsertim cùm dicta verba repudiationis, sint prolata à muliere, vel à minore, qui cõmuniter ignorant vim & potestatem vocabulorum. & pro hoc allego gl. singu. in l. quoties. C. fami. ercĩscund. & dicit, quod omnes testatores nesciunt dicere, heredem instituo. & ex prædictis concluditur, quòd cautela domini Paul. non est necessaria, tamen est vtilis, vt euitentur opiniones.

a Repudiat. *Repudiãs quibus casib⁹ teneat, Bald. in rubr. C. si qs ali. test. phi.*

Cautela, quando quis non potest probare per testes, uel instrumẽta, illud, quod sibi debetur, qualiter testes sunt ponẽdi sub cortina, ad intelligendum cõfessionem. CCXXX.

1 *Testis dictum de auditu an ualeat, quando paries, uel cortina est in medio inter testes, & contrahentes.*

2 *Testis testimonium de sensu proprio, auditus uerborũ alterius ualet, quãdo ipse testis loquentis uocem notam habeat, licet personam loquentem non uideat.*

3 *Solennitas maior requiritur in testamento, quàm in codicillis, uel in donatione causa mortis.*

QVANDO quis nõ potest probare per testes, vel instrumẽta, vel aliter, illud, quod sibi debet ab vno, nec in præsentia testiũ debitor vult cõfiteri, & creditor vult extorquere confessionẽ, ita vt possit eam legitimè probare, solet adhiberi ista cautela, vt creditor faciat venire aliquos testes in quadam camera iuxta suam, in qua possit audire ea, quę in alia dicentur, vel faciat eos stare super lecto, in eadẽ camera, cortina a existente in medio, vt videri nõ possint, vel sub lectica, deinde ducat debitorẽ in dicta sua camera, & interroget subtili mõ, seu ingenio, quomodo est debitor suus in tanta quãtitate, & quod promittat sibi nescienti, qui interrogatus in pręsentia testiũ nõ cõfiteretur, credens ab alio non audiri, faciliter induceretur ad cõfitendum, & promittẽdum debitum, & posteà testes poterunt examinari, qualiter ipsi audiuerũt talem confitentem debitum, & promittentem soluere, licet non viderint eundem, tamen habeant eius loquelam notam,

tam,& viderint ipsum ingredi domū,& tale testimoniū valebit, & ad hoc cōmuniter allegatur glo.l.ij.§. idē Labeo ait,cū quæritur.In ver.audierint. quæ incipit,sic ergo dixerūt. ff.de aqua plu.arcē.quę videtur
3 velle, *ꝙ valeat dictū testis de auditu,quando paries,vel cortina est in medio inter testes,& cōtrahētes,vt notat Barto.& Docto.in d.§.idē Labeo.& Cyn.& Doct.in l.si nō speciali.C.de testamē. & videtur esse tex. cum glo.in verbo,auditu.& ibi Doctores.in c. prætereà. extrà de testi-
4 bus. & fundamētū est in hoc, *quia regulariter valet testimoniū de sensu proprio auditus verborū alteri*, quando testis habet notam vocē loquentis, licet personā loquentē nō videat,vt l.testium.cū authen.rogati.ibi posita.C.de testibus.& xiiij. q. ij.c.j.& iij.q.ix.c. testes. & ibi tenet dominus Matthęus de Mathesi. in cxxv.notabili.quod incipit, nota ꝙ regulariter valet testimoniū.Sed in contrariū facit,quod notat Frācisc. Accur.& Cyn.in d.l.si non speciali. vbi dicūt indistinctè, nō valere tale testimoniū,quia in teste requiritur visus. C.de testib*.l.testiū.ibi,pręsto fuerunt.vnde secūdùm Bart.in d.l. si non speciali.testes qui non possunt videre propter obscuritatē noctis, non probant. facit quod not. in l. si cum exceptione.§.in hac.ff.ꝙ metus causa.& quod dicam in sequenti cautela. Itē in contrarium facit ratio,qa posset esse, ꝙ debitor ꝑpter infirmitatem,vel aliam causam mutasset vocē suam cōmunem, & proptereà testes qui non viderunt eum loquentem,non possent clarè deponere de ipso,ergo non videntur cōcludere.l.non hoc.C.vnde cognati. l.neq; natales.C.de probationibus. cū similibus. Item quia posset esse suppositus suus,qui eius dicitur debitor,& vocē simularet. Nam dicit Cy.in d.l. si non speciali, se vidisse hominē,qui tam bene transformabat se,& voces alterius,& loquelam assumebat, qui ab vxore illius viri, quē repræsentare conabatur loquēdo,putabatur verus maritus esse.Itē in contrariū videtur tex.in d.l. si nō speciali.ibi,in conspectu testatoris. & in l.si vnus.ibi,vel coram testatore omnes eodē loco. C. de testamentis.vbi probatur,ꝙ testes debent videre testatorē. Itē videtur esse text. cū glo.in d.c.prætereà.extrà de testibus.vbi videtur probari,nō sufficere testes deponere de auditu, cortina in medio existēte,nisi alia adsint admınicula. Item quia glo.in d.l.ij. §.idem Labeo.nō videtur probare id,ad quod allegatur,quia gl.ibi nō videtur determinare, sed loquitur interrogatiuè,dum dicit,quid enim si paries vel cortina,est media inter testes,& contrahentes, & testatorē, & sic solùm quærere videtur, & non decidere.Et ita aliqui respōdent ad illam glossam. Ego autem in hac materia quotidiana & vtili, ita puto esse distinguendum:Aut loquimur in testamento,aut in matrimonio, aut in contractibus, vel quasi,aut in maleficijs,vel quasi.Primo casu,si loquimur in testamento, & tunc teneas, quòd non sufficiat dicta cautela, qa oportet, quòd testes videant testatorem,per d.l.si non speciali. & l. si vnus.C. de testamentis. licet gloss. dixerit contrarium in d.l.ij. §. idem Labeo. quæ communiter in hoc reprob

probatur ibi per Doc.& in d.l.si non speciali.per Cy.& Doctores. Aliqui tamen conantur saluare illam gloss. dicendo, quòd illa gloss. non decidit, sed loquitur interrogatiuè dubitando, vt s.dixi. Secus fortè esset in codicillis, vel donatione causa mortis, * quia maior solennitas requiritur in testamento, quàm in codicillis, vel donatiõe causa mortis, l. hac consultissima. C. de testa. me. coniuncta l.fin.C.de codicillis.& l.fin.C.de donat. causa mortis. & hoc vult do. Mattheus de Mathesil. in dicto suo no.cxxv.quod incipit, Nota, quod regulariter valet testimonium. In matrimonio non credo, vt faciant plenã fidem, sed cũ alijs adminiculis sic, vt in c.prætereà.cũ glo.extrà de testib. quam ita intelligo. In cõtractib⁹ verò, vel quasi, teneo, quòd probẽt sufficienter: vt not.glo.iij.quæst.viij.testes.& ita potest intelligi in d.§.idẽ Labeo.& per no.in §.si verò absunt. in authen.de hæredi.& Falc.col.j. & per Cyn. & Iacob. Butri.in l. test.ũ. C.de testibus,& per Specul.in tit.de testib. §.j. versic.item quòd causa.& per Ioan.de Imo.in d.§. idẽ Labeo. & ibi per Docto. In maleficijs dic, vt dicam in sequenti cautela. & intelligo prædicta, quando testes habent notas contrahentium voces, vt not. per Doctor.in iuribus præallegatis. Item intelligo omnia prædicta esse subijcienda arbitrio iudicis, qui habeat considerare, si testes habebant verè notas voces, & si decipi potuerunt per prædicta,

a In medio cortina existente. *Testes testamenti debent uidere testatorem. l.si nõ specialis.& ibi omnino Docto.& Alex.C.de testi.ideo si cortina est in medio, non probãt nisi uiderint. Barto in l ij. §.idem Labeo.in j.colũ. uersi ulterius uenio ff de aqua plu.arcen ubi dicit, secus in contractibus.ut ibi etiam per Alex.& Io.And.in c.ex literis de cõsue.post glo.in uer.audierint.quæ dicit testes probare, licet cortina sit in medio. Item probant actũ, qui percipiat alio sensu quam uisu, secundum Ang in aut.de hæred.& Fal. §.hinc nobis.in ult.col.in prin.uersi. secũdo not. Item uerum, quando testes habent notam uocem contrahentium. Rayn in d. §.idem Labeo.*

Cautela quomodo debeant deponere testes, quando dicunt aliquem commisisse delictũ de nocte. CCXXXI.

1 *Testiu dictum ualet, si deponat de maleficio de nocte commisso, ad lumen lunæ.*

Si aliquis fuit accusatus, quòd de nocte commisit aliquod maleficium, & testes deponunt se vidisse, Cautela est, vt inspiciatur, si illa nocte luna lucebat, qa si non erat lumẽ lunæ, poterit & debuit capitulari & probari, quòd illa nocte maximè illa hora, qua dicitur maleficium commissum, luna nõ lucebat, & propter hoc testes non potuerunt bene videre, quia nox erat obscura, & si testes aliqui de maleficio dixerint, reprobabuntur, vt probatur per glo.notabilẽ in l.si cũ exceptione. §.i hac.super versi.ignorantiã.in fi.ibi, dũ dicit, cũ talia fiãt de nocte, vel in multitudine hominũ.ff.qd metus cau.se-
1 cundùm Bal.& Ange.ibi.& ita etiam tenet Bald.in l. Arethusa.ff. de statu homi.& in c.j. §.porrò.in titu.q̃ fuit prima causa bene.amit.in vsib.feud. vbi dicit Old.quendã accusatum de

maleficio commisso de nocte, defendisse per dictam glo. & ideo si lumen lunæ fuisset, valerent dicta testium, qui deponerēt de maleficio, secundum Barto. in suo tracta. de teste, per l. nō minorem. C. de transac.

Cautela, quando dubitatur, an aliquis debeat interesse electioni, cautela est, quòd admittatur cum protestatione. CCXXXII.

1 *Electioni aliàs legitimæ non nocet, si non habentes uocem, cum alijs admissi fuerint.*

CVM dubitatur an aliqui debeant interesse electioni, & tēpus instat, ita ꝙ cōmodè non possit recipi ꝓbatio, an de iure hoc eis cōpetat. Cautela est, vt admitti debeant cū ꝓtestatione, vt eorum voces valeāt, si & in quātùm appareat postmodùm eos debuisse iteresse, vt c. Cumana. de elec. & in c. in Genesi. eo. tit.
1 * Nō enim nocet electioni aľs legitimæ, si nō habentes vocē fuerint admissi cū alijs. ita dicit Abb. Sicu. in d. cap. Cumana. in prin. versi. sextò not. cautelam & practicam. quod tu not. pro electione summi Pontificis, vel Rectoris scholariū, vt si dubitaƚ, an aliqui Cardinales possent dare vocem, vľ aliqs scholaris, ne deferaƚ electio, possēt admitti cū dicta ꝓtestatione.

Cautela pro notario, qui nescit ordinare instrumentū in forma solenni, quod alter ex contrahentibus poterit illud dictare. CCXXXIII.

1 *Tabelliones ex se instrumentum inter partes dictare debent, cùm ad hoc teneantur.*

MVLTI tabelliones reperiuntur, qui nesciunt dictare vnū instrumentum in forma solenni, vel si sciunt, vellēt euitare laborē in dictando, ideo vtuntur ista cautela, qa faciunt formam instrumenti, per aliquem contrahentium ordinari, & ipsi posteà scribunt, & in publicā formam redigunt. Quæritur, nunquid possit. dic, ꝙ sic. vt xij. q. ij. cùm redēptor. ibi, scribendā dictauimus. Ipse tamē notarius per se posteà diligenter considerabit singula verba, & qđ
1 ei videbitur, emendabit. * Melius tñ esset, si ipse ꝑ se faceret, cum ad hoc teneretur, vt eleganter not. Spec. in ti. de instru. edi. §. restat. versicul. qđ de hoc. ꝙ faciunt quotidie tabelliones. quē sequitur Abb. Sic. in c. cū P. tabellio. in fi. extrà de fide instru. qđ not. qa quotidianū est, & seruatur in practica. & ꝑ ista semel defendi quēdam Doctorē medicū accusatū Venetijs, apud officiū aduocatorū communis, ex eo ꝙ dederat copiā literarum cōmendatitiarū ad dominū notario vniuersitatis: qui de verbo ad verbū illā transcripsit, & dño misit.

Cautela, quòd quis non admittatur ad officium, nisi sit ciuis, facias quòd unus moueat litem illi, quòd non sit ciuis. CCXXXIIII.

1 *Pœna remotionis ab officio, quantumcunque imponatur, officio durante, de crimine cognosci potest.*

SI quis vult, vt aliquis non possit admitti ad officium, stante statuto, quòd quis non admittatur ad officium, nisi sit ciuis, facias, ꝙ vnus moueat litem illi, quem tu vis non habere officium, quòd non sit ciuis, quia pendente illa lite, etiam si eligatur, non debebit admitti ad illud officiū: vt l. si vt proponis. C. quādo prouoca.

prouoca.non est neces. & ibi hoc tenet Baldus, per illum textum. & si tu vis, vt habeat effectum, opponas tẽpore electionis faciendæ, quia tunc nõ poterit expediri illa causa, & interim alius eligetur, & sic remanebit exclusus. Sed si opponeretur antè, non haberet effectũ, quia illa causa deberet expediri infra illud tempus, in quo facienda esset electio, ad hoc vt possit eligi, si verè esset ciuis, per text. not. in l. j. ff. de glan. legen. & per ea quæ ibi not. Bart. quod no. & facit l. iubemus C. ad legem Iul. repet. & quod notat Bald. in extrauagan. de pace Constan. in vltima charta. in principio. verficul. & nota.* Vbi dicit, quòd quantuncunque imponitur pœna remotionis, durãte officio potest cognosci de crimine, nã si expectaremus finem officij, frustrà fieret amotio, vt d. l. iubemus. Sed non videtur curandum de ista cautela, quia donec durat hæc contentio, non currit tempus officij, per ea, quæ no. Bal. & Doctores in l. contra maiores. C. de inoffic. testa. & Bartolus in l. secunda. §. non solùm. ff. ad Tertul. Sed potes dicere, quòd cautela procedit, quando de necessitate de præsenti debet fieri electio successionis.

Cautela, quando molendinum est destructum impetu aquæ, quomodo constabit, quòd non perdidit eius possessionem. CCXXXV.

a Molendinum fixum in terra, & sub aqua, si fluminis impetu destructum fuerit, nisi reædificetur, eius possessio amittitur.

QVIA hoc mane legimus l. si qs ex argentarijs. §. si initium tabularũ. ff. de eden. vbi gl. fecit mentionem de molendino a. Propterea ponamus vnam cautelam in materia molendinorum. * Nam si aliquis habuit molendinum fixum in terra sub aqua, quod impetu fluminis, vel aliter destructum est, si non reædificatur, perditur possessio, vt habetur in l. finali. ff. de vsucapio. Et ideo cautela est, vt nunquàm perdatur possessio, quòd fiat protestatio, de qua conficiatur publicum instrumentũ, quòd nõ obstante destructione, intendit tenere & possidere locum & alueum fluminis, & debet vnum signum facere, puta apponere palos ligneos in aliquibus locis, vel partibus clausulæ molẽdini. Nam ex illis lignis, vel antiqs molẽdini, vel etiã nouis, apparebit ipsum retinere possessionẽ fluminis vel aluei, pro molendino, maximè stante dicta protestatione, & tunc inuito ipso, non poterit alius occupare dictum flumen, vel ibi ædificare, vt eleganter dicit Ange. quem sequitur Ioan. de Imol. in d. l. fin. ff. de vsucapio. de qua quæstione vide latius per Bar. & Doc. in d. l. fina. & per Bart. in d. l. quomin*. in xvj. q. ff. de flumi, vbi plenè tractat materiã molendinorum. & ego dixi plenè de questione, in tractatu meo de seruitut. in titul. de aquæduct. in ix. q. principali, circa principium.

a Molendino. *Molendinũ nouum, an possit ædificari in flumine, in præiudicium destructi. Bart. in l. fin ff. de usucap & ibi Ang. & Doct. in l. quominus. antepenul. col. Molendinorum supra aquam positorum materiam ponit Bartol. in d. l. quominus. in fin. & glos. & Bartol. in l. si epistolam. §. si aqua ff. de acquiren. rerum domi.*

Cautela contra iudicem, qui nõ uult cauſam expedire, de proteſtatione, quæ fieri debet cõtra ipſum, ad hoc, ut faciat litem ſuam. CCXXXVI.

1 *Iudex ſi in iudicando negligens fuerit, uel iudicare differat, alteri parti læſæ tenetur.*

2 *Iudex in dubio in negligentia eſſe non præſumitur, niſi pars proteſtata fuerit.*

SI iudex eſt timoroſus in procedẽdo, aut ſimulat procedere ad vlteriora, & tamen non facit. dic, quòd cautela eſt, vt pars vadat ad ſuperiorem illius iudicis, & faciat ipſum cõpellere, vt procedat, vt habetur in c. j. extrà de ſupplen. negli. prælatorũ. facit quod not. Bar. in tractatu repræſaliarum. & quod notat Bal. in c. primo, in prin. in titu. de mili. vaſal. qui contumax eſt, in vſibus feudorũ. & iſta practica ſeruatur quotidie. Secũda eſt, vt pars ipſa humiliter inſtet coram iudice, vt debeat procedere ad vlteriora, quod ſi non facit, grauata poterit appellare. & hæc duo remedia poſuit Ioã. Andr. in c. dilecto. de præ..endis. in nouella. & vide ad hoc Bal. in fin. C. de ſenten. & l. ij. C.
1 vt lite penden. *Si iudex eſt negligens in iudicãdo, vel differt iudicare ſcienter, tenetur alteri parti læſæ, vt Inſti. de oblig. quæ ex quaſi delicto. in princ. & l. ex maleficijs. §. ſi iudex. ff. de actionib. & obliga. & l. fin. ff. de varijs & extraordinar. cogniti. & ibi hoc notat Bar. Bal. & Angel. & alij in l. mancipia. C. de ſeruis fugitiuis. & Barto. in l. non quicquid. ff. de iudi. & Bart. Bald. & Docto. in l. j. C. quomodo & quando iudex. & Bald. & alij in l. ex argentarijs. §. cùm autem. ff. de eden. & Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. in xviij. q. ff. de offic. proconſu. & lega. & in c. j. §. iudices. in iij. colum. in titu. de pac. iur. firm. Bar. Ange. Imo. in l. quarta. §. in eo. ff. de dam. infect. & per Ange. in authent. ſcenicas non ſolùm ſi fideiuſſores. col. v. & per Doc. in l. ſi quãdo. C. de teſti. & in l. ſi quis in conſcribẽdo. C. de pact. cum ſimilibus. Et licet ſit dubium, an hoc caſu faciat litem ſuam, an verò puniatur, vt habetur in dictis locis, & maximè per Ange. in d. l. mancipia. tamẽ dico, ꝙ punitur iſta negligentia etiam quando iudex eſt negligens in puniendo, & in faciendo dare pœnam parti, quæ ei dari debet per alteram ex diſpoſitione iuris cõmunis, vt ſingulariter vult Ange. in dicta aut. ſcenicas non ſolùm. &c. in princip. per illum textum, qui dicit, ꝙ facit litem ſuam. Et idem tu dicas, quando imponit minorem pœnam, quàm deberet, vt l. nulli. in fin. C. ne ſan. baptiſ. ite. & in his duobus caſibus, quando eſt negligens in puniendo, vel minus punit, quàm debeat minuendo pœnam ſine cauſa legitima, iuxta no. in l. qd ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & in l. ſi ſeuerior. C. eod. tit. eadem pœna tenetur iudex, qua delinquens venit puniendus, vt eſt caſus ſingularis in d. l. nulli. Itẽ etiam infamatur, vt eſt caſus vnicus in l. ſeruos. in fin. C ad l. Iul. de vi pub. & priua. ſecundùm Hoſt. & Io. An. & Ant. de But. in c. de cauſis. de of. deleg. & ita etiã tenet Lud. de Roma. ſingulari ſuo lxxviij. quod incipit, tu hæres. et adde quod not. Bal. in aut. ſta-
2 tuimus. C. de epiſco. et cleri. *Sed aduertas, quòd in dubio iudex non præſumitur fuiſſe in negligentia,

niſi

nisi pars fuerit protestata, vt notat Imo. in l. damni. §. Sabini. in fi. ff. de dam. infect. Ideo sis cautus, vt quando iudex protrahit causam in longum, ei protesteris de pœnis iuris, si non procedit in causa, vel si condemnat, vel puniat in minori summa, vel pœna, quàm debeat: ita alias obseruaui. & adde quæ dixi in præcedenti cautela.

Cautela, quomodo solutio per partes ualeat. CCXXXVII.

1 *Creditor particularem debiti solutionem recipere non cogitur.*

1 CREDITOR* non cogitur recipere particularem solutionē debiti. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. & l. quidam existimauerunt. ff. si certum petatur. & ibi hoc plenè no. Et est ratio, quia particularis solutio solet parere multa incommoda creditori, vt l. planè. ff. famil. ercifcun. & not gloss. xvj. quæst. prima, reuertimini. in princ. in verbo, expletus. & habetur in l. cùm hi. §. in causa. ff. de transactio. & econtrà solet parere multa incommoda ipsi debitori soluenti. ad quod vide, quod not. Bartolus in l. secunda, in princip. de debito. ciui. C. libro xj. Sed cautela est, quòd creditor cogatur recipere particularem solutionē. Nam si sunt dati fideiussores per debitorem, creditor tunc nomine vnius fideiussoris cogetur recipere particularem solutionem, & ideo debitor soluat nomine vnius, quia poterit, vt est tex. singularis in l. in his si duos. ff. de fideiussori. & ita no. dicit Ang. in l. q pignori. ff. de pigno. & in l. finali. ff. quibus modis pign. vel hypo. sol. Et similiter etiam sis cautus, quādo creditori tuo pignorasti plures res, qa licet nō teneat vnā relaxare, nec pignus pro ea re liberare nisi soluto toto debito, vt l. q pignori. & l. quandiu. C. de distract. pigno. tamē si essēt dati fideiussores, soluēdo ꝑ vno, liberabitur vna res pignorata pro illa summa soluta. Et prædicta intellige vera, quādo fideiussores essent obligati simpliciter, qa tūc haberēt beneficiū diuisionis. iuxta notata in auth. præsente. C. de fideiussori. & in corpore vnde sumitur. vel quādo se pro certa parte obligarūt, secus si se obligassent insolidū, renūciādo beneficio epistolæ diui Adriani, & authēticæ præsenti. de fideiussori. & beneficio de duobus reis debēdi, sicut cōmuniter fit per fideiussores: qa isto casu, quilibet fideiussorū teneretur insolidum. & hoc casu sicut creditor non cogeretur recipere particularē solutionem ab vno fideiussore, ita nec etiam à debitore pro eo. Vnde sis cautus, quando vis posse soluere particulariter, des plures fideiussores, qui se obligent simpliciter, vel quilibet eorum pro certa parte.

Cautela pro matre, uel patre trāseuntibus ad secunda uota, ut euitent pœnas iuris. CCXXXVIII.

1 *Si mater infra annum luctus, et etiam pater ad secunda uota transeant, quas pœnas a iure ciuili inductas patiatur.*

1 SI mater trāsit* ad secūda uota intra annū à morte primi viri, patiē multas pœnas de iure ciuili, de qbus habetur in l. j. C. de secūdis nup. & si transit post annū, patiē pœnā. de qua in l. fœminæ. C. de secūdis nuptijs. q̄ est, vt si moriatur vnus filius ex primo matrimonio, mater succederet

 pari

pariter cum filijs, & fratribus defuncti vtrinque coniunctis, in plena proprietate pro virili portione, vt in authē. de hæredita. quę ab intest. defer. §. j & in authē. in successione. C. de suis & legi. & in authen. defuncto. C. ad Tertul. & hoc procedit, si nō trās iuisset ad secunda vota, sed si transit antequàm succederet filio, vel etiā posteà, efficitur de proprietaria, in effectu vsufructuaria, & ea mortua, omne id, in quo succe ssit, acquiritur filijs primi matrimonij, nec de eo potest testari, vel aliter disponere, vt est casus in l. fœminæ. C. de secūd. nuptijs. & in authen. de nō eligēdo secundo nub. §. j. col. j. cū similibus. Et idē iuris est in patre transeūte ad 1 secūda vota, vt teneat reseruare filijs primi matrimonij id, in quo successit filio: vt nota. glo. in rubrica. predicta, de nō eligēdo secūdo nub. & no. Azo in summa. C. de secūdis nupt. & Bar. in d. l. fœminæ. & est communis opin. & ita sæpe cōsului. Sed ne pater, aut mater teneātur reseruare prę dicta bona filijs primi matrimonij, & quòd remaneāt veri proprietarij, cautela est, vt trāseant ad secūda vota, filijs primi matrimonij volētibus & cōsentientibus: vt est glo. singula. in authen. de nō eligendo secundo nub. § j. in verbo, copulantur. quę dicit inuito filio, & non plus. & illam glossellā aliqui nō habēt, sed debet esse, quæ vult à cōtrario sensu, quòd filio non inuito, sed volente, secus esset de quo habetur, per Ludo. de Rom. in singulari ccl. & in consilio ccxviij. & habetur per Barto. in l. j. C. de his, quæ pœn. no. & per Ange. in authen. de non eligendo secūdo nuben. § j. Item est alia cautela, quòd 1 quando alter coniugum vult transire ad secunda vota, vt prius petat licentiam ab altero, qua concessa, si transit ad secunda vota post annum à morte coniugis, nō cadit in aliquā pœnam, secus si intra annum: vt singulariter not. Bald. in l. j. C. de secundis nuptijs. de quo dicatis, vt ibi per eum.

Cautela, quòd ille, qui timet poni ad torturam, appellet ante. CCXXXIX.

1 *Tortura terrorem si iudex reo iniecerit, appellare potest.*

SI quis timet, ne contra ius ponatur ad torturam, puta, quia fortè iudex comminatus est ei, appellet. [1] potest enim appellare, quando iudex iniecit terrorem. vt l. si quis pro uocatione. C. de appella. & no. Inno. in c. cùm cessante. extrà de appella. & Bald. in rubrica. C. commi. vel epist. & in d. l. si quis prouocatione. quo casu, confessio secuta erit ipso iure nulla. l. prima. ff. nil. nou. appel. pen. Nec est, in hoc articulo opus, vt superior inhibeat, quia periculū est in mora. ita eleganter dicit Bal. in d. rubrica. in fine. penul. colum. & ideo si vis, quòd confessio facta in tormentis, & pòst ratificata non valeat, cautela est, vt prius appellet, antequàm ponatur ad torturam.

Cautela pro debitore, ad fraudādum creditores. CCXL.

1 *Sententia contra debitorem lata, quo casu etiam creditori nocere habeat.*

AD hoc, vt debitor fraudet creditores suos, vt nihil habere possint, cautela est, vt desinat possidere, & posteà agat rei vendicatione contra possidentem, & patiatur se vinci. [1] nam hoc casu, si creditor sciuit

stiuit super tali re moueri litem per debitorem, vel debitori, & patiatur debitorem litigare. sentētia lata aduersus debitorem in tali re, nocebit etiam creditori, tamen si apparet de collusiōe debitoris, nihil prodesset talis cautela. l. si suspecta. in princ. ff. de inofficio. testamen. & l. si prolusorio. in princip. ff. de appel. aliàs sic, vt l. si superatus. circa fi. ff. de pigno. & hanc cautelam ponit Ange. in d. l. si superatus. & Bal. in l. pe. ff. de peti. hæredita. quam cautelam tibi nō trado, vt ea vtaris ad malum, sed vt scias cauere à volente vti contra te.

Cautela pro illo, qui promisit alicui turpe quid facere, est cautela, ut potius per pignora, quàm rem. CCXLI.

1 *Datum si aliquid fuerit uni ex causa turpi, ex parte utriusque, scilicet tam dantis quam recipientis, repeti non potest, secus si pignora data fuerint.*

2 *Spoliatus ante omnia restituendus est, etiam si esset prædo, nisi intentet condictionem ob turpem causam, quoniam tunc audiri non debet.*

3 *Hæres infra tempora conficiendi inuentarium, conueniri non potest, nisi reali actione conueniatur.*

4 *Scholares facientes conuenticulas contra Doctores, si dent libros, uel aliā rē propter suffragium promittāt, repetere non possunt, sed bene fiscus auferre.*

LEGIMVS hodie l. iuris gentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. vbi est vna gloss. not. quæ dicit,
1 quòd si aliquid est datū vni ex causa turpi, ex parte utriusq;, scilicet tā dantis, quàm recipientis, puta, vt homicidium faciat, iuxta l. generaliter. & l. si plagij. ff. de verb. oblig. vel datum est aliquid officiali, qui tenetur denunciare maleficia, ne denunciet maleficium cōmissum, quod est turpe ex parte vtriusq;: vt l. si à reo. §. fi. & ibi Barto. & Docto. ff. de fideiuss. vel si est data pecunia iudici pro sua indemnitate, in casu, quo cōdemnetur in syndicatu, si malè iudicauerit, quibus casibus illud, quod est solutum repeti nō potest, qa in pari causa turpi, melior est cōditio possidentis: vt est casus in l. pe. ff. de condi. ob turpē cau. & nota. per gloss. in d. §. si ob maleficiū. Sed si sunt data pignora pro dictis causis, vel aliqua earum etiam secuto implemento ex parte recipiētis, potest ille, qui tradidit pignus, agere rei vendicatione contra detinentē pignus, tāquàm cōtra quēlibet extraneū possidentem, vel retinentem rem non suam, iuxta l. officium. ff. de rei vendic. vt dicit glo. in d. §. si ob maleficium. per l. de eo. §. pe. & fin. ff. ad exhibendum. licet nō posset repetere per cōdictionem ob turpem causam, vt dixi. & sic est vis in modo agendi pro repetitione, si-
2 cut dicitur in simili, quòd licet spoliatus, sit ante omnia restituendus. l. si quis ad se fundū. C. ad l. Iul. de vi. etiā si esset prædo. c. literis. extrà de restitutio. spoli. tamen si intentaret condictionē ob turpem causam, nō debeat audiri: vt nota. Barto. & Docto. in d. l. pe. ff. de condictio. ob turpem cau. & sic dicitur in simili de marito, qui si cōuenitur actione de dote, non tenetur nisi inquantūm facere potest. l. si maritus. ff. sol. matrimon. secus si conueniatur rei vendicatione: vt habetur in l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iudica. & in l. ex
3 diuerso. ff. solu. matrimonio. Similiter dicitur in hærede conficien

te inuentariũ, quia non poteſt cōueniri intra tēpora cōficiendi inuentarium, ſecus ſi cōueniatur actiōe reali: vt habetur in l.fin. §.donec. C.de iure deliberandi.& licet non poſsit repeti, quod datum eſt per cōdictionem ob turpem cauſam, quando turpitudo eſt ex parte vtriuſq;, vt l.penul.ff.de cōdictio.ob turpē cauſam. tamen ſi data ſunt pignora, poſſunt vendicari, & fiſcus auferre poteſt ab indigno: vt dicit glo.in d. §.ſi ob maleficium.in fin.quod intellige ſecundùm Baldū ibi, qñādo fuit tranſlatū dominiū & acquiſitū indigno, iuxta nota.in l.prima.C.de hæredibus inſtituen.& ita loquitur l.Lucius.ff.de iure fiſci.ſecus ſi nō tranſiuit dominium, ſicut eſt in pignore dato. l.pignus.C.de pigno.actio.

4 *ideo ſi ſcholares faciunt conenticulas illicitas, puta de caſſando aliquem doctorem legentem abſque legitima cauſa, ſi dant pecuniam, vel libros, vel aliam rem, vt promittatur ſibi vox vel ſuffragium, nō poteſt repetere ille, qui dedit: quia in pari cauſa melior eſt conditio poſsidentis. ſed fiſcus poteſt auferre ab illo indigno recipiēte, & applicabitur ipſi fiſco: vt dicta l.Lucius.ſecundùm gloſſ.in dicto §. ſi ob maleficium. Sed ſi dedit pignora, ex quo non tranſtulit dominium, poterit illa repetere per rei vendicationem, per prædicta, nec fiſcus poterit auferre ab indigno dante, vel recipiente. Alia & ideo cautela eſt pro promittente, vt potius det pignora, quàm det rē, transferendo dominium: quia dando pignora, ſine periculo poterit recuperare, ſed trāſferendo dominium non poterit, nec recipiēs poterit [illegible]incere, quia auferetur ab eo, & applicabitur fiſco quod eſt notandum.

Cautela pro illo, qui habet probationem tempore perituram, qua perempta, aduerſarius ſibi moueret litem ſuper ipſa. CCXLII.

1 *Proceſſus extraordinarius cum aliquo fundari debet.*

2 *Iuriſdictionis contentioſæ natura aduerſarium requirit.*

SI POSSIDEO quandam rem, quæ mea eſt, & de dominio meo habeo teſtes, ſed timeo ne moriantur, & timeo de Sempronio, ne his mortuis moueat mihi quæſtionem dominij: quia fortè res illa quondam fuit ſua, vel ſuorum maiorū: vt C.de probationi.l. ſiue poſſidetis. quomodo mihi ſuccurretur? Aduerte, quia licet teſtes poſsint examinari ad perpetuam rei memoriam, vt in authentica, ſi quis ab aliquo.C.de teſtibus.& nota.per gloſſ. & Doct.in l.in lege Aquilia, ſi deletum. ff. ad legem Aquiliam. & in c. quoniā frequenter.extrà vt lite non conteſtata.

1 *& iſte proceſſus ſit extraordinarius, tamē cum aliquo fundari debet: vt l. inter litigatores.ff. de iudi. Aut ergo mihi mouetur de hoc quæſtio, puta diffamando, quòd res non ſit mea, & habeo aduerſariū fundatum ex diffamatione, vt l.diffamari. C. de ingenu. manu. & l. cùm Titia.ff.de accuſatio.& l. Atalatus.ff. de fal.& c. licet.extrà de accuſation. Eodem modo ſi habeo aduerſarium fundatum ex aliquo antè geſto, qui poſſet mihi mouere quæſtionē, puta, quia iam fui ſibi obligatus, licet fecerit mihi pactum de non petendo

tēdo, aut nulla materia excitat q̄stionem, tūc istud iudicium nō pōt fundari: quia nō est cū quo fundari possit, & sic oportet silere. Et ideo vbi nec speciali materia, puta ex contractu, vel quasi, delicto, vel quasi est, vel esse debet aduersarius cert*, nec ex generali materia est aduersarius verisimilis: tunc potest fundari processus examinis testiū ad perpetuam rei memoriam: quia nō est cū quo
2 seu contra quem:* quia natura iurisdictionis contētiosæ requirit aduersariū. Vnde cautela pōt esse, quòd p interpositam personam quis faciat se diffamari, tūc cū illa psona fundaretur iudiciū: & occasione illius posset citari facere cæteros, qui volunt cōtradicere, vt C. si vt se ab hæredi. ab. in authē. si oēs. & habes simile. ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. cùm me absente. vt dicit Bal. in authē. si quis ab aliquo. C. de testibus, in secūda colum. versi. sed hic dubitatur de tali quæstione. quod nota pro illis, q habent possessiones, & non habent instrumenta de dominio, & alij quorum antiquitus fuerunt, habent instrumenta de suo quodam dominio antiquo.

Cautela de ualido contractu simulato, & de alijs inualidis contractibus. CCXLIII.

1 *Simulationis species tres esse dicūtur.*
2 *Statutum est Veronæ, quòd nullus Doctorum collegium intrare possit, nisi inter alia habeat summam Azonis, & omnes Bartoli lecturas.*

1 TRES SVNT* species simulationis. vna, quando vnū agitur tacitè inter cōtrahentes, & aliud exprimitur, & de isto loquitur totus titulus C. plus valere quod agit, quàm quod si. con. & c. ad nostram. extrà de emptione & venditione. & c. illo vos. de pigno. & l. iurisgentiū. §. dolo malo. in fin. ff. de pactis, cum similibus. Secunda species est, quādo aliquid simulatè exprimitur, & nil in effectu agitur inter partes: Exemplū, si rusticus donat, vel vendit quotidie possessionē suam ciui, vt euitet onera & factiones, tamen tacitè agitur, quòd contractus sit nullus. quia non intendunt, quòd sit donatio, vel venditio. & de ista loquitur l. nuda. C. de contrahenda stipula. & l. imaginaria. ff. de regu. iur. Tertia species est, quādo partes intendunt verè aliquid agere, sed contractus modico tēpore est duraturus, & propterea præsumitur simulatus. Exemplū, quod mihi Bononiæ contigit, dum ibi esset bellum maximū, & vnus qui habebat saluum cōductum pro persona & rebus suis, volebat portare sub saluo cōductu libros meos, & volebat, quòd sibi donarē verè, ad hoc, vt posset iurare libros esse suos, & posteà cum esset Ferrariæ, mihi restitueret, quòd tamen facere nolui: Nam si fecissem, fuisset tertia species simulationis. Vel pone aliud exemplum, q vidi de facto.* Statutum est in ciuitare Veronæ, q nullus possit intrare collegium Doctorum, nisi inter alia habeat summam Azonis, & omnes lecturas Bar. Vnus qui non habet lecturā Azonis, vel omnes Barto. facit istam simulationē: qa dicit amico, dones mihi tuam summā Azonis, & Barto. pro die tātū examinis mei, & q donatio nō durat vltrà, ad hoc, vt possim iurare cum veritate me habere summam Azonis & Barto. posteà

tibi restituam. Nam hæc est tertia species simulationis, de qua loquitur l.iiij.§.si ab ignoto.ff.de manumiss.ti. generali. De istis tribus speciebus simulationis vide in eleganti consilio Bartol. quod incipit. Petrus Nicol. & per Paul. de Castro in d.l.iurisgentium.§.dolo malo.& istæ tres species simulationis fiūt de actu p̄hibito ad permissum,& sunt de iure p̄hibitæ,vt patet ex prædictis.Pōt addi quarta species simulationis,quæ fit de contractu permisso:quia de vno tacitè agitur,qui erat permissus,& exprimitur alius,qui similiter est permissus. Exēplū,volo tibi mutuare centū vere,& iste cōtractus est licitus,sed nolo,quòd fiat instrumētū de mutuo, sed de deposito,ad hoc vt facili^9 possim te cōuincere,p l.fi.C.depofi.cer-
1 tè talis simulatio est licita, [a] ex quo
a fit de permisso ad p̄missum.Vel pone aliud exemplū, maritus,qui non habuit totā dotē,fecit instrumentū de tota dote recepta solēniter,sed quia verè deficiebāt aurei,puta centū,voluit,q̄ socer cōfiteretur se habere in depositū centū aureos,cùm inveritate esset debitor ex causa dotis:certè valet ista simulatio:vt probatur in l.Lucius Titius cū haberet. ff.deposi.& no.Bal.in rubric.C.eo. titu.Et ideo ex p̄dictis sis cautus,q̄n vis contrahere cum vno verè,& ex illo contractu nō esset tibi sufficienter,vel faciliter succursum,vt tu possis instrumentum facere,vel de alio contractu,qui habeat faciliorē expeditionem,sicut fit contractus depositi,vt dixi,quia nullus cōtractus, est prohibitus,& nemo decipitur, & ita sæpius obseruatur.

a Simu.est lici. *Simulatio in persona & ueritas in actu est,quādo unus pro altero recipit instrumentū,& ex eo acquiritur ius uera persona,& nō ficta, & ualet actus.Bal.in l.cum precibus. in fi.C.de probatio.Simulatio non præsumitur,si cōstat de ueritate actuum. Bal.in l.ei qui.ad fi.C.de distract.pig. nec in dubio.l.quāuis.& ibi Bald.C. si quis alteri,uel sibi.*

Cautela,quibus casibus pactū legis commissoriæ sit ualidum. CCXLIIII.

1 *Pactum pignoris & legis commissoriæ à parte debiti factum,à iure reprobatum est.*

2 *Fœneratores Bononienses, quo casu pacto legis commissoriæ abutantur.*

PACTVM[a] pignoris & legis cōmissoriæ factum à parte debiti, est reprobatū à iure,quādo scilicet datur pecunia debitori,vel etiā efficitur debitor ex alia re,& debitor dat pignus creditori cū pacto,quòd si nō soluit debitum intra certū tempus,pignus sit emptū pro p̄tio debiti:quia lex præsumit,quòd debitor, qui indiget alia re,& nō posset soluere,daret pignus multo maioris p̄tij,quàm sit debitū,& sic faciliter deciperet:ideo lex vult,vt nō valeat,vt l.j.ij.& fi.C.de pactis pign.& l.com. quod fallit,quādo illud pactū pignoris fieret ex interuallo post debitum contractum,quia nō præsumitur esse in tanta necessitate:vt l.Titius.ff. de cōstitu.pecu.& ibi hoc not.Bart. & alij Doctores,& idem notat Bart. & omnes Doctores,in l.quāuis.aliàs incipit,Calipodius.ff. de solutio.& Barto.in l.si fundus.§.fin.ff.de pig.

Item

Item fallit, quando pactũ esset, vel pignus esset vẽditũ iusto pretio, quia tunc cessaret omnis deceptio præsumpta: vt est casus nota. in dicta lege, si fundus. §. finali. & ibi hoc nota. Barto. & hoc casu fieret æstimatio per iudices, vt habetur per Bartolum, in l. secunda & fina. C. de pac. pigno. & l. commisso. & l. fina. C. de iure domin. impe. & dicta l, si fundus. §. fina. & in dicta l. quamuis. & in dicta l. Titius. *Et ex hoc infertur cautela, qua vtuntur fœneratores Bononienses ex consilio aduocatorum & procuratorum antiquorum, videlicet, quòd fiat pactum pignoris & legis commissoriæ, vt si non soluatur pecunia, pignus sit emptum pretio æstimando per talem, & tales arbitratores, quos ex tunc partes eligunt. vt nota. dicit Bartol. in dicta l. fina C. de pactis pigno. & l. com. & in dicta lege, si fundus. §. finali, de pigno. Nam poterunt conuenire primo casu, coram illis arbitratoribus seu æstimatoribus de æstimando pignus pro pretio debiti, licet multò plus valeret. Sed si de ista conuentione constaret, diceretur fieri fraus legi, & non valeret, per l fraus. cum ibi nota. ff. de legi. & l. non dubium. C. eodem titulo, coniuncta l. doli. §. diuersum. ff. de noua.

Cautela pro filijs, ne teneantur ad soluendum debita patris, stante statuto, quod filius mercatoris teneatur ad debita patris. CCXLV.

1 *Filius pro debito, vel facto patris, regulariter non tenetur.*

2 *Statutum si sit quòd filii mercatorum ad patris debita teneantur, etiam si hæredes non probentur, an valeat.*

3 *Exhæredati filij pro mortuis habentur, & inuiti à paterna hæreditate repelluntur.*

LICET REGULARITER *filius pro debito, vel facto patris non teneatur, vt in toto titulo, C ne. filius pro patre. & habetur per glossam ordinariam. j. quæstio. iiij. in summa, & per gloss. xxiij. quæsti. iij in summa, & in capitulo nõ debet. de regulis iuris. in vj. & per Salycetum in l. quisquis. §. filij. C. ad legem Iuliam maiestat. in quibus locis habetur, in quibus casibus filij teneantur pro patre, vel non, *tamen si statutum est, quòd filij mercatores teneantur ad debita patris, etiam si non probentur hæredes, vel constat, quòd repudiauerunt hæreditatem patris, quòd statutum valer, licet sit durum: quia valeret statutum inter eos, iuxta not. in rubrica C. de decret. decurio. libro x. Et procedit etiam illud statutum regulariter, etiam si filij non essent hæredes patris: vt sentit gloss. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium, secundùm Baldum ibi. Sed remedium est, quòd filij non teneantur, videlicet, vt pater exhæredet eos. *Nam exhæredati habentur pro mortuis, & inuiti repelluntur ab hæreditate paterna, vnde non debet intelligi statutum de illis, sed solùm de illis, qui de iure duodecim tabularum erant sui necessarij. argumen. l. primę, §. penultime. ff. de contra tabula. secundùm Bald. in dicta lege, dotis tuæ. in fine. facit l. ij. ff. quod cum

cum eo. Quod ego intelligo, nisi exhæredatio esset facta in fraudem, in causa ficta, & non vera. argumen. l.j. §.is quoque. in fi. ibi, si sine fraude hoc factum sit. ff. de col. bo. & l. fraus. cum ibi no. ff. de legi.

Cautela, ut filius teneatur pro de
a bito patris, a quòd in instrumẽto contineatur, quòd pater recepit mutuum pro alendis liberis. CCXLVI.

a Pro debito patris. *Mutuum patri factum inopi, potest repeti à filijs etiã non hæredibus, in quorum alimenta uersum est, si pater non sit soluendo. Bar. singu. in l. his solu. ff. de condi. inde. Mutuum patri factum tempore caristiæ præsumitur uersum in alimentis suis & familiæ suæ. Bar in l. fi. §. fi. C. ad Macedo. in d. l. his solu. in fin. ff. de condi. inde.*

1 *Filij diuites alimentorum causa, ad patris debita tenentur.*

1 QVID SI PATER * est pauper, & accepit pecuniam mutuo, nunquid sit aliqua via per quam filij possint conueniri ex illo contractu? Tu diceres, quòd nõ, per titu. ne filius pro parte. Dicas quòd sic: qa si pater conuertit illam pecuniam in alimenta filiorum, qui posteà sunt effecti diuites, tenebuntur ad illud debitum patris. ita singulariter no. Barto. in l. his sol: : argumen. illius text. in libro meo est. ff. de condictione indebiti. & ibi Docto. quẽ sequitur Ludo. de Ro. in suo singulari ccxiij. quod incipit, pater erat pauper. & ideo tu creditor sis cautus, vt dicat in instrumento, quòd mutuas pecuniam illam, vel bona, vt pater possit alere filios, ad hoc, vt res sit magis clara. argu. l. fin. ff. de exercito. quod nota: quia sæpe euenire potest de facto, tẽpore, quo est necessitas victus.

Cautela ꝓ filio exhæredato, per patrẽ ꝓhibito aliquid habere in bonis patris. CCXLVII.

1 *Frater tenetur alere fratrẽ eodem patre natum, quantumcunq; patris respectu malè merentem.*

SI PATER HABENS duos filios, vnum exhæredauit iustè, & alium hæredem vniuersalem instituit, & in testamento expressè prohibuit, vt nullo vnquàm tempore daret, vel concederet aliquid de bonis ipsius testatoris sibi relictis filio exhæredato fratri suo, & si vnquàm daret, vel concederet, quòd cadat à dicta hæreditate applicanda communi seu cameræ fiscali, vel pauperibus, nisi inquantùm dictus frater institutus esset coactus, vel de iure teneretur aliquid dare de dictis bonis: an possit remedium aliquod adhiberi, vt filius exhæredatus possit aliquid petere, vel habere de dictis bonis paternis à fratre suo, non obstante dicta prohibitione, ita vt frater nõ cadat in aliquam pœnam. Et dicas, quòd cautela potest esse, vt filius exhæredatus petat à fratre suo alimenta coram iudice, quoniam iudex tenebitur sibi decernere alimẽta, etiã in bonis patris. 1 * Nam frater tenetur alere fratrem eodem patre natũ, quantumcunque malè merentem respectu patris: ad hoc enim tenet ex persona sua: vt l. cùm plores. §. in primis. & l. tutor secũdum dignitatem. §. fi. ff. de administratio. tuto. & nota. in l. non omni. C. de administratio. tuto. Nec potest pater hoc interdicere: quia talis patris prohibitio est

est contra ius naturale, quod est immutabile. Institu. de iure naturali, gen. & ci. §. sed naturalia. Et ꝓpterea iudex aditus super alimẽtis, debebit cõdẽnare fratrẽ locupletem pauperi super præstatione alimentorũ, & assignabit aliquã possessionẽ ad alimenta, quæ afferat reditũ sufficiẽtẽ ad ipsa alimenta: vt l. si quis argẽtũ. C. de donatio. & ista erit alienatio necessaria, quę nõ prohibetur: vt l. alienationes. ff. famil. ercisc und. & l. peto. §. prędium. de legatis secundo. ita cõsulendo tenuit Bald. in cõsilio suo cclxiij. in ordine meo, incipiente, verbis testamenti premissis disponentis, &c. Ego autẽ intelligo hoc esse verũ, quãdo filius institutus nõ haberet alia bona propria, quàm paterna: quia tũc nõ cogeretur præstare alimenta de dictis bonis prohibitis per iura & rationes: de quibus suprà. Sed si frater haberet alia bona quàm paterna, non teneretur, nec posset de bonis paternis alienari ꝓhibitis præstare alimẽta fratri exhęredato; quia cessaret fundamẽtũ, de quo suprà. Item intelligo, nisi frater exhæredatus ex opera sua cõmodè victũ lucrari posset, argumen. gloss. nor. in l. si quis de liberis. §. sed si filius. quæ incipit, operari. ff. de liber. agno. & gl. in l. si maritus in id. ff. so luto matrimonio. & gl. in l. si quis argentũ. in §. penultimo. C. de donatio. & glo. in aut. de trien. & semiss. §. penultimo. in verbo, idonei. coll. iij. & per ea, quæ not. per Doct. in dictis iuribus.

Cautelæ notabiles ad statutum disponens, quòd nullus possit aliquid proponere, quod spectat ad fauorem banniti, & quòd statutum hoc disponens nõ possit suspendi, quomodo possit ꝓponi aliquid pro bannito, uel suspendi statutum. CCXLVIII.

1 Intentio principalis semper attendi debet, non autem illud, quod in consequẽtiam uenit.

SI STATVTO CAVETVR, vt null⁹ possit aliquid arrogare, vel proponere q̃d spectet ad fauorẽ alicuius banniti sub aliqua pœna, an sit dare aliquã cautelã, ita ꝙ possit proponi, vel arrogari pro bannito sine pœna? Dic ꝙ sic. vna est, quando fieret principaliter in fauorẽ rei publicæ, licet secũdariò tenderet in fauorẽ banniti: 1 *quia principalis intentio debet attendi: vt probatur in l. si quis nec causam. in principio, cõiuncta glo. in l. si. ff. si certũ petatur. & in l. j. §. vnde quærit Offilius. ff. de exercito. & in l. si is qui. §. ꝙ si seruus. ff. de acquirendo rerũ dom. & per id quod ibi notat Bar. & per textum, cũ glo. & ibi Bald. in l. j. §. huius studij. ff. de iustit. & iur. & per not. in l. qui exceptionẽ. ff. de condictione indebiti. & per Baldũ in l. non solũ. ff. de ĩ integrũ restitutio. cũ simil. & ita in specie huius cautelæ tenet Iacobus Butrig. & Salycet. in d. l. si quis nec causam. in fine princip. & ponunt exẽplũ, de quo suprà, & dicunt, ꝙ si cõtingit, dũ tractaretur de nominando vnũ bonũ capitaneum pro guerra, quidã nominant aliquẽ pro bono & sufficienti, qui erat bannitus, ꝓpter quod dicebatur nominans incurrisse pœnam statuti. Sed Iacob. Butrig. & Salycet. ibi dicunt quòd nõ: quia principale propositũ fuit fauore reipublicæ, non autem pro

pro bannito loqui principaliter, sed cõsecutiuè, quia principale propositũ, & nõ cõsecutiuũ debet attendi per prædicta. & ita fuit aliàs obseruatum Venetijs, in quodã nobili Veneto bannito, posteà electo pro capitaneo in bello nauali. Tu verò potes ponere multa alia exẽpla huiusmodi, videlicet si esset prohibitũ arrogare, vel loqui in aliquo collegio, puta cõtra aliquod statutũ sub certa pœna poterit loqui contra illud statutũ, si intentio loquentis est loqui principaliter in fauorẽ collegij. & idem dicas in similibus, quod perpetuò tene menti. & adde quæ dicam in duabus cautelis sequentibus.

CCXLIX.

1 *Autor contractus, vel statuti ante pœnam commissam, totius distractus autor esse poterit.*

2 *Nemo sibiipsi legem imponere potest.*

3 *Statutum si simpliciter aliquid propo ni, vel peti prohiberet, an si esset contra ipsum statutum aliqua reformatio facta, valere deberet.*

4 *Petitio cuius prohibetur, eius etiam prohibetur concessio.*

ALIA CAVTELA similis præcedenti potest adhiberi, puta dicit statutum communis Florentiæ, quòd in fauorem rebellium nihil possit proponi, vel statui, vel per statutum suspendi, & si secus fiat, statuentes eo ipso sint rebelles, & eorũ bona sint cameræ fiscalis, nunquid poterunt ciues suspendere cõtra statutum prohibens suspẽdi? Dic quòd sic, vt l. ij. C. de ser. expor. quia ante pœnam commissam, commune Florentiæ est suæ rei moderator & arbiter. l. in re mãdata. C. manda. & ff. de seruis expor. l. si qs hac. lege. Nã suum negocium est, non ecclesiæ, & ante pœnam commissam, licitum est statuere super principali, ergo & super pœna. ff. de eo quod certo loco. l. fina. commissa autem pœna secus esset, *vnde autor cõtractus, vel statuti ante pœnam commissam, potest esse autor totius distractus: vt singulariter notat Baldus in dicta l. tertia. C. de seruis exportand. quod perpetuò tene menti. & adde quod dicam in sequenti cautela, pro complemento & ampliori declaratione istius. Potest tertia cautela etiam adhiberi in materia legis, vel statuti prohibẽtis aliquid proponi, vel arrogari in aliquo casu sub pœna, & sub annullatione actus, etiam si statutum diceret, quia nõ possit suspendi ipsum statutũ, videlicet quòd primò proponatur per aliquẽ de consilio, vel collegio, quia illa pars statuti quæ dicit, quòd suspendi possit, nõ suspendatur saltem pro illa vice tantùm, quod fieri potest impunè: quia illi de consilio, vel collegio non potuerunt sibi legẽ imponere, à qua nullo modo recedere liceret. l. si quis in principio testamẽti. in princip. de legat. iij. & no. Cano. in c. dilecto. extra de præbend. qua suspensione facta, remanebit statutũ sine prohibitione suspensionis, & tunc secundo loco debebit statutum suspendi, vel in totum, vel in parte, prout voluerint cõuenire, quod fieri potest: prout eleganter vult Paulus de Cast. in l. j. in princ. in ij col. ff. ad legẽ Falcidiam, allegando Bart. in l. j. C. de peti. bono. sub. libro x. licet in meo Bartolo nihil dicatur de suspensione. Sed dictum est in se verum, per ea, quæ suprà dixi: & facta secunda suspensione de dicto statuto

statuto prohibitorio, poterit quis lo
qui contra statum in toto, vel in par
te: quia pro tunc nullo modo obsta-
bit, ex quo interim est suspensum, &
reformatio facta contra statutũ, do-
nec stabit suspensum, valebit dictum
statutum: & ita vult Pau.de Castr. in
dicta l.j.in princi.ff.ad legem Falci-
diã.& si in statuto esset vna alia clau
sula, videlicet, quòd non possit su-
spendi illa pars statuti, quę dicit, ꝙ
statutum non possit suspendi, tunc
esset necesse quòd primo loco su-
spenderetur illa clausula, & facta su-
spensione de ea, posteà deberet su-
spendi illa, quæ diceret, quòd statu-
tum nõ possit suspendi, & sic succes-
siuè: vt suprà dictum est, etiam si es-
sent mille prohibitiones, quæ pro-
hiberent suspensionem: quia nõ pos
sunt tot opponi prohibitiones etiã
suspensionis, quin possint illæ su-
2 spendi: vt suprà dictũ est: *quia ne-
mo potest sibi imponere legem, &c.
vt suprà dixi: quod perpetuò tene
menti, quia habui de facto in colle-
gio doctorum Paduæ, vbi erat statu
tum, quòd quis nõ possit esse de col
legio, si habuerit septẽ suffragia in
cõtrarium: nec possit posteà sibi fie-
ri gratia intrandi collegiũ, nisi post-
eà habuit omnia suffragia: & quòd
dictum statutum non possit tolli, vel
suspendi sub certa pœna, & nemo
possit loqui cõtra dictum statutum
sub eadem pœna. Ego dixi, si vole-
bant, vt possint habere gratiã intran
di, & sufficerent sibi suffragia maio
ris partis collegij, iuxta l. quod ma-
ior.ff.ad municip.cum ibi not. & iu-
xta nota.in c.cũ omnes, extrà de con
stitu. remedium erat, vt primò suspẽ
deretur illa particula statuti, quę di
cit, quòd statutum non possit suspẽ-
di: secundò facta illa suspensione, su
spenderetur posteà totum statutum:
tertio loco reciperentur suffragia
singulorũ de collegio: quia tunc suf
ficeret maior pars, per dictam leg.
quod maior.cum similibus. & ita fa
ctum & obtentum fuit. Sed si ista
3 cautela obseruaretur, *& statutum
simpliciter aliquid proponi, vel peti
prohiberet, & dubitaretur, an si esset
facta reformatio contra statutum, va
leret, vel non, distinguendum esset:
Aut prohibetur petitio seu propo-
sitio respectu rei, & tunc reforma-
tio non valebit: quia illa videtur e-
tiam esse prohibita, & ita debet in-
telligi dicta l.j.C.de pet. bono. sub-
4 la.libro.x.cum glo. *quę dicit, cuius
prohibetur petitio, eius prohibetur
concessio.& ad hoc allegat concor-
dantes. Aut prohibetur persona pe-
tere seu proponere. pone exemplũ
secundùm Angelum in l.j. si diceret
statutum, quòd nullus magnas pos-
sit arrogare. Nam si arrogaret, & ar-
rogatio affirmaretur, valeret, per l.
vniuersis.C.de preci. impera. offer.
hoc tamẽ quod dixi de persona pro
hibita arrogare, non habet locum in
persona excommunicata, per c. j. de
rescript. in vj. secundùm Bartolum,
qui ita elegãter dicit, in dicta l.j.quẽ
sequitur ibi Angel.& Paulus de Ca-
stro in dicta l.j.in principio.ff.ad le-
gem Falcidiam.

Cautela & intellectus ad c. tanta. qui filij sint legitimi. CCL.

1 *Matrimonio concubinæ subsequenti filij legitimantur.*

2 *Filij non legitimantur per subsequens matrimonium, nisi talis mulier fuerit, quæ in vxorem cõmodè haberi possit.*

Debes

1 DEBES *scire, quod si quis habet concubinā, & ex ea filios procreauit, si posteà ipsam ducat in vxorem, & cōficiantur dotalia instrumēta, per illud subsequēns matrimoniū legitimantur. l. cùm quis. & l. nuper. C. de naturali. liber. & Instit. de nup. §. fi. cū glo. & c. tanta. extrà qui filij sint legitimi. cū similibus. sed audi vnam singulaℓē limitationē, quoniā istud debet intelligi, si talis mulier erat matrimonio digna, secus si digna nō fuisset matrimonio: vt quia fortè meretrix erat, vel mulier vilissimæ cōditionis, & pater nobilis & diues: quia cū istud matrimoniū nō poterit cū honestate contrahi, non legitimantur filij ante matrimoniū nati & concepti: quoniā tale matrimoniū ob mores improbatum est, & ideo non sortitur effectum legitimationis filiorū. ita dicit singulariter Angelus in authentico, quibus modis natura. efficiā. legitimi. §. sed & aliud. per illū textum, collatione sexta. & dicit, quòd habuit de facto: & idō tu sis bene cautus, quis infringere legitimationē, & patri tāquam agnatus, vel cognatus succedere, exclusis filijs tanquàm nō bene legitimatis: vt videas si illa cōcubina erat digna illo matrimonio, quod faciliter poterit tibi contingere, quia vt plurimū concubinæ nō honestè viuunt, nec videntur esse dignæ matrimonio propter earū vilitatem. Sed aduerte: quia text. in dicto §. sed & aliud. videtur solū loqui de illa cōcubina, quę peccauit, puta, quia meretrix, vel turpiter & inhonestè vixit: vt ibi, quę etiā semetipsā iniuria uerat. & infrà ibi, in secundo verò p id quod illa peccauit, &c. Et prædictis adde glo. nota. in authen. quibus modis natura. efficiūn. legitim. §. fit ergo licentia. in principio, in verbo, non permittimus. collatione sexta, 2 quę dicit, *quòd filij non legitimātur per subsequēs matrimoniū, nisi sit talis mulier, quę possit commodè in vxorem haberi. & idem vult Bald. in c. illud, in fine. pen. col. extrà de præsumpt. & adde quę dicam in seq. cautela.

Cautelæ quibus quis poterit, uti ad legitimandum filium naturalem. CCLI.

1 *Filiorum legitimatio multis modis fieri potest.*

2 *Legitimare omnes filios an pater intelligatur, si unum ex filijs naturalibus filium appellauerit.*

3 *Filij tunc legitimantur, quando per patrem fuerint filij in testamento nominati.*

4 *Cōcubina si in testamēto suo, uel instrumēto publico filium suum naturalem nuncupauerit, sine ista adiectiōe, naturalem, an cum legitima sic intelligantur.*

1 LEGITIMATIO *fieri potest multis modis, de quibus per Angel. in aut. quib. mod. nat. effic. sui. §. fi. in fin. & in §. quod verò. eo. tit. & inter alios modos vnus est. Si pater habens filios naturales de libera muliere, quæ eius vxor esse poterat, nominat illū suū simpliciter, nō dicendo naturalē in testamēto, vel in scriptura instrumēti. publicè, siue propria manu subscripti, habēte subscriptionē triū testiū fide dignorū, vel sub gestis monumentorū, id est, in figura iudicij: quia p istā nominatione isti filij naturales efficiūtur legitimi, & eodē iure vtūtur, qd legitimis

confe

confertur:vt est tex.in authen. vt lice.na.& auiç.§.hoc autem & illud. col.viij. & transumptiuè habetur in auf.si quis.C. de natural. lib. & not. glo.magna circa fi.Instit.de liberti. §.fina.& est tex.cum glos. in verbo, simul.in auth.quibus mod.nat. effi. le.§.si verò solummodò. & gloss.in §.fin.eodem titu.& not.Ange.in authen.qui.mod.na.effi.sui.§.final.in fin.facit in simili text.in l.j.§.simili-que modo.C.de Lati.liber.tol. & c. si aliquando.cum gloss.extrà de sen
2 ten.excom.* & idem est,si pater vnũ ex,filijs naturalibus appellauit filiũ: quia per hoc intelligitur omnes legitimare:vt est tex.in d.§.hoc autẽ & illud.in d.auf.si quis.in fine.quod Bal.ibi dicit esse mirabile.& not. & ideo sit cautus filius naturalis natus ex concubina,vt si põt, procuret, ꝙ pater appellet ipsum filium suum in testamẽto, non dicendo naturalem, vel alio modo nominando, vt suprà dixi:quia tunc efficeretur legitimi*: & similiter pater si vult hmõi filios naturales legitimare,& non põt habere copiam Imperatoris, vel comitis habentis potestatẽ legitimandi, vel si nõ vult expẽdere aliquid pro legitimatione, vt nominet filiũ suũ eo modo,vt dictũ est: & ita alĩs vidi obseruari Veronæ per qnendã Bertherum Placẽtinũ, notariũ valde peritum: dum scriberet testamentũ vnius, qui habebat filium naturalem tãtùm. Sed tu, qui vis opponere illi legitimationi,sis cautus,vt respicias an mater filiorũ naturaliũ fuerit di-
a gna a matrimonio, habito respectu ad conditionẽ suæ personæ,& ad cõditionem amasij sui patris eorũ: qa si nõ erat digna,non legitimabunt fi

lij per simplicem nominationem filiorum,sicut nec legitimantur p subsequens matrimoniũ,vt dixi in cautela præcedẽti.& ita vult sing. Ang. in auf.qui. modo.na.effic.legit.§.j. & idem vult etiam Ange.in d.auf. si quis.qui dixit,quòd tunc legitimantur filij per nominationem,quando non erat turpe tali patri illam cõcubinam in vxorem capere:& ponit exemplum: quia concubina erat vilissima, amasius autem erat magnus nobilis & diues. non enim erat veri simile voluisse facere illud,quod honestè non poterat:vt l.filius.ff.de cõditio.instiut.facit l.nepos Proculo. cum ibi nota.ff.de verbo.signific.& idem consuluit Barto.& Fran.Tigrini de Episcop.& Angel. de Melia.& Hugo Pelon: vt refert Ang.in d.§. sed & aliud.qui dicit, ꝙ idem tenet Ioan.And.in capi.per tuas.extrà qui
3 filij sint legit.qui vult,* quòd legitimentur filij,quando per patrem fuerint filij nominati in testamẽto, &c. si mater eorũ tũc rebus sic stãtibus, poterat contrahere matrimoniũ simul cum patre.& idem tenet Ange. in d.§.sed & aliud.circa fin.& idem tenet Bald.in d.auf.item si quis.in fi. per illum text.in verbo, poteras.qđ debet intelligi de iure & de facto,secundùm naturam & bonos mores. allegat.ff.qui & à quibus.in l.si rogamus. debuit allegare l. si rogatus. §. matrimonij.ff. de manu.vindi. aliàs nõ fieret legitimatio. Et dicit,ꝙ ita consuluit Bar.in quo consilio limitauit illam auf.item si quis.multis modis. Itẽ aduerte etiã, quia ꝙ ad hoc, vt filij naturales legitimẽtur per dictam nominationẽ,requiritur,quòd non extẽt filij legitimi & naturales,

quia si extarent, non efficerentur legitimi: & ita tenet gloss. in d. aut. si quis. sub dubio forte, licet secūdùm eum, hoc non reperiatur in corpore vnde sumitur quādo extāt legitimi, vel non. & istam opin. tenet Angel. in authen. qui. mod. natu. effi. legit. §. si quis ergo. per illum tex. & idem vult in aut. qui. mod. nat. effic. sui. §. si quis igitur fuerit. & in §. fin. in fin. eodem titu. Item prædicta intelligo esse vera, nisi pater nominasset filiū propter importunitatem filij hoc petentis, argumen. l. j. C. de pe. bon. sub la. lib. x. cum ibi nota. per Angel. & alios in l. fin. C. si quis ali. testari prohib. Item quando pater esset multū occupatus circa alia. argumen. c. si aliquando. cum ibi nota. per gloss. & Docto. extrà de senten. excom. Item quando esset in articulo mortis, cogitatione mortis turbat, iuxta l. hac consultissima. §. at cùm humana fragilitas. C. qui testament. facere poss. nisi aliter appareret de spōtanea voluntate patris, per not. in d. iuribus. & in l. iubemus, C. de testamen. cum si. Item quòd dixi, oporteret, vt ista cōcubina possit esse vxor digna: intellige, tunc cum amasius pater verba protulit: pręsumitur enim cum ea contrahere matrimonium: & ideo legitimantur filij & mulier: quia stetit in habitu concubinæ, præsumitur consentire, secundùm Angelum, in d. authen. si quis. qui dicit, not. sin
4 gul. istum casum pro bastardis.* Sed quid erit de amasia seu concubina, quæ in testamento suo, vel instrumento publico filium suum naturalem nuncupauerat, sine ista adiectione naturalem, an intelligatur eum legitimare per ista verba? Angel. in dict. authent. si quis. dicit quòd non. quia ista legitimatio īducitur ex matrimonio præsumpto, vt dixi, sed nō est ita verisimile, quòd amasius velit amasiæ matrimonio consentire. Sed istud quod dicit Angelus de matrimonio præsumpto, non videtur posse procedere, per id quod notat idem Ange. in aut. qui. mod. natu. ef fic. leg. §. sit igitur licentia. in fi. qui dicit singul. per gloss. ibi, quæ incip. i. & non permittimus naturales. iuncto tex. ibi, quòd filius naturalis nullo modo potest legitimari per patrem, nisi per subsequens matrimonium, confectis dotalibus instrumētis, quando matrimonium contrahi potest. Et ideo subdit, quòd sit cautus aduocatus, vt videat si tempore, quo pater fecit testamētum, in quo voluit filios sibi effici legitimos successores, vel eos in testamento, vel alia legitima dispositione solenni filios simpliciter appellauerit, si viuebat mater filiorum naturaliū, necne. Nam si viuebat, & pater dicto tēpore poterat cum illa contrahere matrimonium, per illa verba nō induci tur legitimatio filiorū: quia ex quo cū muliere prædicta poterat contrahere matrimoniū, non poterunt filij legitimari, nisi per matrimoniū subsequens: & pro ista opin. dicit esse casum in §. si verò. eodem titul. Sed ego teneo hoc nō esse verū, imò per istā nominationem legitimant filij, id est, declaratur fuisse matrimoniū cōtractū inter ipsum & matrē filiorum, quę videbatur cōcubina seu amasia, & per consequens declaratur filios eorum legitimos: quia ex illis verbis inducitur matrimonium præsumptum, propter dictam nominationem

tionem matrimonij inter ipsum & matrem filiorum: vt probatur in authenti. vt licc. ma. & aui. in §. hoc autem & illud. ex hoc enim, & cum eorum matre monstratur matrimoniū fuisse legitimum, collat. viij. de quibus omnibus vide plenissimè per Anto. de Rosel. in suo tractatu limitationum, in primo libr. in titul. de matrimonio præsumptiuo. vbi latissimè examinat materiam huius cautelæ, vbi omnino vide. & habetur plenè per Bartolum, in consilio suo, quod incipit, habēs filium. & in alio, quod incipit, Nerucius Coraduci. &c. & Iacob. de Belui. in dicto §. ad hæc autem. & Bartol. & omnes Doctores, in dicta auth. si quis. C. de natura. libe. & per gloss. & Ioan. Andr. & Canonistas in capitu. per tuas. extrà qui filij sint legiti. §. fin. & per Goffred. in summa eodem titul. & in §. octo modis. & vide omnino glossam magnam, in fin. & quod ibi not. Bald. in ij. colum. in princip. in versic. nono opponitur. & ibi etiam Raphaël C. qui. res iudic. non nocet.

a Fuerit dig. *Dignus præsumitur qui libet, nisi appareat indignus. l. seruos. de ma. test. l. cum quidam. la secunda. & ibi Bar. & Dy. & Odofre. in apostil. de leg. ij. Digniores persona & digniora negotia quæ dicant, uide Spec. de rescri. præsenta. §. ix. in prin. Dignitate habens à principe, dignior reputatur. Vide Spec. de cita. §. v. uer. porrò.*

Cautela pro illo, qui uult relinquere monacho usumfructū alicuius rei, quomodo relinquet ad hoc, ut Abbas excludatur. CCLII.

1 *Monacho si legatum factum fuerit sub conditione, quod si abbas eū molestauerit, à legato cadat: an si ipse abbas ipsi monacho molestiam inferat, quòd proprium habere non possit, à legato decidat.*

2 *Pœnæ impositio quando præcedit, factum impossibile de iure, uel de facto, non ualet.*

EST QVAESTIO,* si vnus reliquit monacho vsumfructum alicuius rei, vt abbas non faciat ei quæstionem, nec eum molestet, talis reliquit extraneo, vel sub conditione, si abbas molestauerit eum, caderet à legato: nunquid si abbas mouet quæstio. monacho, vel eum molestet, quia non vult monachum habere vsumfructum, dicēdo, quòd nō potest habere proprium, iuxta auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. & c. ij. extrà de statu monacho. an cadat à legato? glo. format istam quæstionē in l. Luci*. §. tres hæredes. in verbo. de omni. quæ incipit, quid ergo. ff. ad Trebel. & ibi per Bartol. & alios, & per Cyn. in l. quoties. in fin. C. de ijs quæ sub modo. & per Bart. in auth. excipitur. in fin. C. de bon. quæ liber. & plenè per Bar. Bal. & Io. de Imo. in l. si alienum. in pri. ff. de hæredi. inst. & per Bart. in sua disputatione, quæ incipit, quidam donauit, vbi disputat istam quæstionem. & Bald. plenè in leg. prim. in septima quæstion. & v. opp. C. de his, quæ pœ. nomin. Sed vt cessent dubitationes in ista quæstione, cautela est, vt testator nō disponat per viam pœnæ,* quoniam 2 impositio pœnæ quando præcedit factū impossibile iure, vel de facto, non valet. l. cerdonem. ff. de oper. liberto. & l. j. C. de his, quæ pœnæ nomin. Sed dicat, relinquo quousq; abbas faciat quæstionem, & ex nunc

non relinquo. ita dixit nota. Bald. in d. l. j. in vij. quæstio. Paul. de Castr. in d. §. tres hęredes. dicūt tamen, quòd abbas pro eo, quod habuit monachus ante controuersiam, poterit cō trouersiam facere, & illi auferre. Sed in hoc erit vtilis cautela, quia ante controuersiam poterit monachus vti, & gaudere vsufructu: quod est notabile pro parentibus & amicis, qui volūt aliquid relinquere monacho, vel monachæ, vt eo gaudere possit aliquo tempore.

Cautela, quando statutum disponit, quòd non possit probatio fieri nisi per instrumentum, quomodo probatio per testes sit ualida. CCLIII.

1 *Statutum si dixerit, quod non possit debitum per testes probari, sed tātùm per instrumentum, an si quis tantùm testes produxerit ad probandum debitum, & non fuerit eis per aduersarium oppositum, eorum probatio teneat.*

2 *Spoliatus licet ante omnia restituēdus sit, nec quæstio dominij admittatur, si tamen spoliatus passus fuerit, de dominio succumbere debet.*

3 *Probationem contra iuris & de iure licet in contrarium probatio non admittatur, si tamen admissa fuerit, ualet & tenet.*

4 *Procurator, uel alia persona licet in criminali causa non admittatur, si tamen admissus fuerit procurator, iudicium ualet.*

5 *Iuramentum si non apponatur solutionis, sed ueritati, an si periurium detectum fuerit, ipsum allegare poterit.*

STATVTA quandoq; disponūt, quòd vltra xx. lib. vel aliquā certam summam debiti, non possit probari debitū, neq; summa debiti per testes, sed per instrumentū. Sed cautela pōt adhiberi, vt probatio per testes facta prosit, videlicet ꝙ ego qui tibi mutuaui centū, & vltra summā à statuto limitatā, agam contra te, vt mihi conficias instrumentū debiti, de quo in l. plures apochis. C. de fide instrument. & in l. ij. C. de suscept. & arca. lib. x. & si tu negas te debere mihi aliquid, potero pbare per testes, & si tu opponas mihi de statuto prohibente probationem fieri p testes, replicabo illud esse verum, quando ex probatione testium resultat condemnatio fiēda ad restitutionē eius, quod petitur. Sed in casu nostro, nō resultat condemnatio, sed solūmodò, vt cōficiatur instrumentū, quod est diuersum à dispositione statuti: ita singulariter dixit Bart. de Saly. in l. sancimus. §. fin. in fin. C. de donat. in fin. & hanc cautelam perpetuò tene cordi secundùm eum. 1 * Stante statūto, de quo in præcedenti cautela, ꝙ non possit debitū probari p testes, sed tantùm per instrumentū, si quis testes tantùm produxerit ad pbandum debitū, & non fuerit ei oppositū per aduersariū, ꝙ non debēt audiri, vel non fuerit repulsus, pbatio tenet, vt no. Bal. & Ludo. de Ro. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. facit c. j. extrà de resti. spolia. 2 * vbi dicit, ꝙ licet spoliatus ante oīa sit restituēdus, nec admittat q. dominij, vt ibi, & l. si quis ad se fundū. C. ad l. Iul. de vi. tū si spoliatus est passus, de dominio debet succūbere, vt est casus in d. c. j. & ibi Doct. & not. Bart. i l. naturaliter. §. nihil cōmune. vj. cōbinatione. ff. de acquir. possess.

& in

& in l.j.§.si is cui.ff.de noui ope.nũ
tia.Itẽ ad hoc adduco doctrinã Inn.
in c.fraternitatis.extrà de frig.& ma
3 lefi.qui dicit,*quòd licet cõtra prę-
sumptionem iuris & de iure nõ de-
bet admitti probatio in cõtrariũ.l.
antiquæ.C.ad Velleia. & l.j.C.arbit.
tut.nisi per cõfessionem partis.vt est
glo.nota.in l in cotractibus in princi-
pi.C.de nõ numerata pecunia: &
habetur in authẽ.sed iam necesse.C.
de dona.ante nup.& per glo.in cor-
pore vnde sumitur: & per Bar.in ru-
bric.C.de probatio.cum similibus ta
men si fuit admissa probatio valet.
& idem vult etiã Inn.in c.cũ Bertol-
dus.de re iudi.& Ioã.de Imo.in l.in-
ter stipulantem.§.j.ff.de verbo.obli
gatio.& Ang.de Aret.Insti. de actio.
§.ex maleficijs.Item pro hoc allego
glo.nota.in l.quamuis indubitati.C.
4 de adulte.quæ vult,*licet in causa cri
minali nõ admittitur ꝓcurator, vel
alia persona,vt l.seruũ quoq;.§.pu-
blicè.ff.de procura.& l.pe.§.ad cri-
men.ff.de publi.iudic.& c.tuæ.extrà
de ꝓcura. si tamẽ fuit admissus pro
curator,valet iudiciũ.& idẽ glo.ord.
in terminis.in ver. criminalis.in c.j.
de iudi.libro vj. & ibi Doct. & Spe.
in titu.de procu. §.j.versic sed pone
in tali causa.& vide Abb.Sicu.qui di
ctam glos.singula. inducit ad multas
quæstiões,extrà de accusat.c.veniẽs.
Itẽ allego ad hoc quod not. Bal.in l.
vlti.ante fin.vers.quid si iuramentũ.
5 C.de nõ numera.pecu.qui dicit, *ꝙ
si iuramẽtum nõ apponitur solutio-
ni,sed veritati:quia iurat quis sibi ve
re fuisse numeratũ, nõ habet locum
dic.l.vlt.quia non potest allegare se
periuriũ.facit l.nõ aliàs.cũ ibi not.ff.
de iureiu.si tamẽ admissus est ad pro-
bandum negatiuã,& probauerit eã,
quia tunc periurium est detectum,
potest ipsum allegare, iuxta not.in
d.l.non aliàs.Et per prædicta fit cau
tus ille, qui non potest admitti, vt
procuret, vt amittatur, & quòd iu-
dex,vel pars sibi non opponat.Et si-
militer aduersarius sit cautus,vt op-
ponat,& protestetur, quòd non de-
bet admitti ad probandum, vel audi
ri vt procurator, aliàs valeret proba
ti & iudicium, & idem dicas in simi
libus casibus.quod bene nota in pra
ctica: & adde q̃ dicã in seq. cautela.

Cautela quando partes inter se conuenerunt,quòd per instrumentum tantùm probetur debitum. CCLIIII.

1 *Pactum an ualeat, quòd debitum nisi per instrumentum probari non possit.*

2 *Debitor si iurauerit, se nõ probaturum nisi per instrumentum, tale iuramentum seruandum est.*

3 *Iudex ex officio suo testes examinare potest.*

1 DVBITARI* potest an valeat
pactum, quòd non possit pro-
bari debitum nisi per instrumẽtum.
& gloss. notabilis in authẽti. vt sine
prohib.matres debi.& credi.§.quia
verò.in gloss.magna, post medium.
colla.vij. tenet expressè quòd non,
& eam ibi approbant Ange.Cy.Bar-
to.Bald.in l.pactum inter hæredem.
ff.de pact.& ibi etiam per Doctor.&
idem tenet Floria. in l.in l. Aquilia,
si deletũ.ff.ad l.Aquil.Et idem tenet
Albertus glossator in sua margarita.
Et idem tenet Specu.in titu.de pro-
bat.§.videndum restat.in versic.sed
quid si debitor iurauit. qui subdit,
2 *quòd si debitor iurauit se nõ pro-

baturum nisi per instrumentum, tale iuramentum erit seruādum.per c. si verò.extrà de iureiuran.& hoc casu dicit consiliū esse,vt debitor procuret testes recipi officio iudicis: & sic vult,quòd ille,qui nō potest probare per testes,poterit procurare,vt officio iudicis examinentur.& similem cautelam dedit Bal. in l.amplio rem.in fi principij.C.de appell. vide
3 licet*,quando non possunt produci testes, quia alij testes sunt publicati, vt tu non producas testes: quia non posses propter timorem subornationis:vt habetur in l.per hanc.C.de tēpo.appel.& in c. fraternitatis. extrà de testi.& in Cle.testibus.de testi.cū simil. Sed cautela est, vt des nomina testiū iudici,& te absentes, & quòd iudex ex officio suo eos examinet: quia cessabit causa timoris subornationis.& de ista caut. Bal.dixit in l.si quidē est.C.de excepti. quod perpetuò tene mēti in practica,& ista cautela fortè procederet & proficeret, etiā quādo statutū prohibet fieri ꝓbationem per testes eadem ratione: & adde quæ dicam in sequē.cautela.

Cautela,quòd in causa criminali licet non admittatur procurator, admitteretur defensor: & sunt etiam alia remedia. CCLV.

1 *Iudex ex officio suo,testes super innocentia rei examinare potest,et eum etiam absoluere.*
2 *Procurator licet in causa capitali non admittatur, admittitur tamen ad instruendum & informandum iudicem de innocentia rei.*
3 *Iudex potest supplere pro reo, etsi constet de euidenti calumnia actoris, uel accusatoris.*
4 *Statuti forma licet contumax pro confesso habeatur, si tamē iudici liqueat, reum non esse culpabilem, ipsum absoluere potent.*
5 *Executio corporalis fieri non debet, si post confessionem et condemnationem de rei innocentia liqueat.*

SIMILEM cautelam soleo adhibere, quando quis est accusatus, vel inquisitus de crimine capitali, & citatus non vult comparere, fortè propter timorem torturæ: nec procurator potest pro eo admitti: vt l. seruum quoque. §.publicè.ff.de procur.& l.pe. §.ad crimen.ff.de publi. iudi.cum simi.vt tu eius procurator, vel aduocatus,des secretè iudici maleficiorum nomina testiū,qui sciunt de sua innocentia, & iudex ex officio suo examinet eos, *quod facere 1 potest per l. & si non defendatur. ff. 4 de pœn.& l.ij.C. de abolitio. & hoc vult Bartol.in l.j.§.si quis vult. ff.de quæstionibus.& Bald.in l.ij.in fi.penultim.colum.cum sequēti. C.de edend.& Salycee.in dicta l.ij.de abolitio. & Paul. de Castr.in l.iij. §.si tibi.in fi.ff.de cōdictio.ob turpē caus. & ita etiam vult Bart. in l.iiij. §.hoc autem iudicium. in iiij. quæsti.ff.de damn.infec.& in sua disput.quæ incipit,iudex maleficiorum. & in l.pe. §.ad crimen. in iiij. col.ff. de publi. 2 iudi.Itē pro hoc facit, *quia licet in causa capitali non admittatur procu 5 rator,vt dixi,tamen admittitur ad instruendum & informandum iudicē de innocentia: & iudex debet eum audire, & de veritate inquirere.l.ij. ff.de libe.causa. & ibi hoc notat Benedictus de Plum. in fi.qui etiam ad hoc allegat l.fi.ff.ad l.Iulia.de annona.& quod ipse dixit, in d.§. ad crimen.

men.& vide ad hoc quod not. Anto. Roſel.ij. quæſtio.vj. ſi quando. §.cũ autem.in vij. colum. in fin. & in xij.
3 *Item quia iudex poteſt ſupplere pro reo, ſi conſtat de calumnia euidenti actoris,vel accuſatoris:vt eleganter nota.Innocen.in cap.j.de offic.vica. quem ſequitur Bald.in l.j.in ij.colum.in fin.C.quomodo.& quãdo iu.qui dicit hoc procedere nõ ex vi exceptionis, ſed ex vi notarij: vt not.Cyn.in l.reos.C.de accuſat.& ideo ſi probationes non concludunt iudici,reus eſt abſoluendus: licet ex forma ſtatuti denegetur defenſio:vt ſingu.not.Bald.in rubrica.C.de manu.vindic.& idem vult Baldus.in cõſil. cccxxviij. quod incipit, à domin. Cyn.in vltim.colum. in princip.qui
4 dicit ſingu. *quòd quando liquet iudici euidenter abſentem nõ eſſe culpabilem, & nullum delictum commiſiſſe,licet ſit contumax,vt habeatur ſecundùm formam ſtatuti pro cõfeſſo, tamen iudex nõ poterit eum codẽnare,per dict.l.& ſi nõ defendatur.& per l.non tantùm.ff. de appel. & per l.addictos.C.de appel.& auth. qui ſemel. ibi, perquiſita veritate. C. quomodo & quando iudex. & l. ampliorem.in ſin.princip.ibi,nihilominus iudicem per ſuum vigorem &c.C.de appell.imo.plus dixit Innocent.in c.ſignificantibus.in fi.de pur
5 gati.ca.*quòd ſi poſt confeſsionem, & condemnationem liquet de innocentia rei, non debet fieri executio corporalis:& hoc tenet etiam Bald. ſequendo Innocent.in l.vnica.in vltima colum. de confeſs. non tamen poterit iudex lata ſententia ipſam reuocare,ſed debet principi ſcribere, vt eſt caſus nota.in l.j.§.fi.ff.de quæſti.& ibi per gloſſ. & Doctor. quod nota perpetuò, quia habui de facto, & feci liberare vnum poſt confeſſionem & ſententiam latam.

Cautela pro emente bona fide rem alienam, ut poſsit illam uero domino reſtituere, non perdendo pretium. CCLVI.

1 Exceptio contra petentem rem alienam ſine mãdato domini, an opponi poßit.
2 Emptor rei alienæ quomodo de calumnia iurabit, cum ſcit ſe malam fidem habere.
3 Actor quomodo de calumnia iurabit, quando ab emptore perſona ſuppoſita fuerit.
4 Iuramentum calumniæ tacitè ommitti poteſt.

SI QVIS emit bona fide rem alienam,poſtea cognoſcit rem eſſe alienam,& dominus non mouet ſibi litem,ſcis,quòd non poteſt agere de euictione contra debitorem,etiã ſi rem reſtitueret vero domino.l.ſi rem quam. §.j.ff.de euict.quomodo ipſi emptori conſuletur,vt nõ ſtet in peccato retinẽdo ſcienter rem alienam.c.ſi.extrà de præſcri.& nõ perdat pretium?Dic quòd cautela eſt,vt moneat verũ dominũ, vt illã rem ab eo petat,vel ſubmittat aliã perſonã, quæ petat ab ipſo emptore illã rem nomine domini, vt euincat ab eo.ff. de nego.geſt.l.at qui natura. §.cùm me abſente.quo caſu,ſi euincatur,petere potero à venditore pretiũ,aliàs nõ,vt dicit ſingu.gloſſ.xxxiiij.quæſt.
1 ij.ſi virgo. *Sed remanet dubiũ,quare non oppoſui exceptionem cõtra petẽtem,ſine mandato domini.Sed dicit ibi gloſſa, quòd poſſum omittere exceptionem dilatoriam:vt le-
2 ge,ſi fideiuſſor.ff.mandat. *Item aliud

liud dubium potest esse, quomodo emptor iurabit de calumnia, cùm sciat se malam fidē habere? Respondet glo. quòd potest dici, quòd sub hac forma iurabit, Iuro quod veni ad litigandū causa mei iuris cōseruā di. ff. de ope. libe. l. vt iuri iurādi. Vel potest cōfiteri, quòd res nō sit sua, qa pudori suo tenetur parcere: vt ff. mā da. l. Quintus. Poterit etiam emptor dicere, quòd nō vult iurare de calūnia: qa esset iuramētū captiosum, vt t no. Bar. in d. §. cū me absente. & in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiurand. facit ad hoc quod elegāter no. Domin. de Sancto Gemi. in c. cupiē tes. in princi. in verbo malignantiū.
3 de elect. lib. vj.* Sed quomodo poterit actor iurare de calumnia, ex quo fuit persona suppolita ab emptore? glos. in d. c. si virgo. in fi. xxxiiij. q. ij. ponit istam dubitationem, & non respondet. Sed potest dici, quòd reus qui est emptor, & supposuit actorē ad agendum, non petet hoc iuramētum de calum. & valebit iudicium:
4 *quia iuramentum calumniæ potest tacitè omitti, licet non expressè: vt habetur in l. ij. §. sed quia veremur. C. de iuramen. calum. & in c. fin. eodem ti. & de prędictis vide tex. glo. & Docto. plenè in l. at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest. Adde tamen unum singulare circa prędicta, videlicet, quòd cautela suprà dicta est necessaria, quādo venditor rei alienæ fuit in bona fide. Sed si fuisset in mala fide, quia scienter vēdidisset rem alienam, posset emptor re sibi nō euicta ab aliquo, agere cō tra venditorem de euictione, vt est casus singula. in l. seruum, quem. §. final. ff. de actionib. empt. secundum Docto. ibi, & secundùm Bar. & alios in d. §. cùm me absente. in fin.

Cautela pro creditore habente plures debitores, quòd recipiendo ab uno partem, alij maneant obligati. CCLVII.

1 *Debitores plures si quis insolidum habeat, si ab uno partem receperit, non propter hoc alios liberasse uidetur.*

2 *Clausula, saluo iure solidi, quid significet, multi ignorant.*

QVANDO* quis habet tres, vel quatuor debitores obligatos insolidū, puta in cētum, si recipit ab vno puta xxv. simpliciter nō videtur propter hoc ipsum soluētē liberasse à reliquo, nec diuisisse debitū inter debitores: quia poterit nō obstante receptione partis, ipsum, vel alios in solidū cōuenire pro reliquo: vt probatur in l. inter eos. §. j. ff. de fideiussor. & in l. si stipulatus. quæ est in prima charta. ff. de so. Sed si creditor diceret, quòd recipit illa xxv. pro parte sua, scilicet soluētis, videtur tacitè ipsum liberasse à reliquo, & sic quātùm ad xxv. erit liberatus ipso iure. Instit. quibus mod. toll. oblig. in pri. Quantùm ad alia vsq; ad centū, videtur liberat* vi taciti pacti: quia dicēdo creditori recipio ꝓ parte tua, videtur tacitè pacisci, quòd teneatur vltrà, & quòd illa xxv. tantū sit pars sua: vt est cas* ī l. si creditores. C. de pact. & ibi hoc notāt Doct. Imo plus ex illa receptione pro parte sua soluentis, videtur tacitè facta diuisio inter alios debitores, videlicet, vt quilibet eorū teneatur similiter tantum pro parte sua in xxv. vigore taciti pacti, quod prodest etiā absenti. l. ij. C. de pac. Et de hoc est casus secūdùm vnam lecturam, quæ est vera. in d. l. si cre

si creditores.secundũ Docto.ibi maximè Alberi.de Rosa.Bal.& Pau.de Cast.quod est menti tenendũ.Quia prima facie quilibet diceret contrarium,videlicet,quòd quilibet deberet remanere obligatus insolidum: & ne incidamus in istud periculũ, vel dubiũ,cautela est,quòd creditor recipiat simpliciter partẽ debiti ab vno,vel si diceret pro parte sua,debet addere,saluo iure solidi:vt dicit Alberi.& Pau.in d.l.ũ creditores.q dicũt se hęc habuisse de facto.Et sub 1
2 ibi Paul.hoc esse notãdũ:*quia multi ignorant,quid significat illa verba,saluo iure solidi.Vel potest creditor sibi prouidere,ne ꝓpter subtilitatem dictę l.si creditores.& similiũ,sibi præiudicetur:hoc modo præstando,quòd per receptionẽ partis nõ intendit diuidere,sed ius suũ sibi saluũ fore,& ita sibi reseruãt: vt ff. quibus modis pignus,vel hypothe.solui.l.si debitor.§.j.secundum Bal.in d.l.si creditores.in fi.cui subdit,ꝙ ita dicũt omnes Docto.super isto puncto de reseruatione. quod not.tu q es creditor plurimorũ debitorũ insolidũ,vel habes plures liuellarios insolidum obligatos,quando recipies partem solutionis ab vno.

Cautela pro mandãte,cõsulẽte, uel persuadẽte committi homicidiũ,quod reuocabit mãdatum consilium,uel exhortationem,ut nõ teneatur de homicidio subsecuto commisso à mandatario. CCLVIII.

1 *Mandans aliquem occidi,uel uerberari nedum occidens,uel uerberans tenetur,sed etiam ille,qui mandauit.*

2 *Mandans persuadens, uel consilium dans super aliquo delicto an teneatur si ille cui mandatum fuit,uel datum consilium,uel persuasum,diu posteà deliquit.*

3 *Mandatum si alicui fuerit ad maleficium committendum,aut datum consilium,uel persuasum,quomodo ipse reuocari poterit,& cui intimari debeat.*

4 *Consilium & persuasio de aliquo malo perpetrando,quæ sunt menti mandatary impreßa,cum iam animo fixa sint,quomodo reuocari poterunt.*

SI quis*mandat aliquem occidi, vel verberari,tenetur nedũ occidens,vel vulnerans,sed etiã ille,qui mandauit.l.non ideo minus.C.de accusa.& habetur per Bar.& alios in l. non solùm.§.si mandato.ff.de iniurijs.& non solũ mandans tenetur, sed etiã ille,q dedit cõsiliũ adhoc:vt habetĩ l.furti.§.cõsiliũ.ff.de furtis. & in §.ope.Insti.de obli.q̃ ex quasi delicto nascũ.& per Bar.in l.sæpe.in fi.ff.de verb.sig.vbi hoc declarat.& tenetur etiam ille,qui persuasit alias nõ facturo.l.j.§.persuadere.cũ ibi no.ff.de seruo corrupto.& habẽ
2 tur per glo.in d.§.ope. *Sed ponamus,quòd ille,cui mandatũ est,vel cõsultũ,vel persuasum,diu pòst delinquit,an dictus mandans,persuadens,& dans consilium teneat?Istã q.ponit Inno.in c.ad audientiã.extrà de homici.qui dicit,ꝙ semper tenetur,nisi mãdatum sit reuocatũ tacitè,vel expresse,vt quia fecit postea pacẽ cũ inimico suo,vel parentelam.arg.l.iiij.de adimẽ.lega.& hoc sequitur Bar.in d.§.si mãdato.in iij. col.in princ.versi.quero mãdauit tibi.Idem tenet Pau.de Cast.in l.sancimus.C.de test.facit quod no.Bar.in l.qui alienũ.§.is putat.ff.de acquir.

hære.& Ludo.de Ro.tenet ibi contrariũ per gl.in d.§.ope.qui tamen loquitur solummodo in persuadente.de quo vide per Doc.in d.c.ad audientiã extrà de homicid. Cautela est ergo, vt omnino mandatum reuocetur expresse,& notificetur illi, qui debebat committere delictum:secũdum Inn.& Doct.in d.c.ad audientiam.de homi.* Sed dubitari potest circa prędicta,si mãdatum est ad maleficium committendum,aut datum consilium,vel persuasum,quomodo poterit reuocari,& cui debet.intimari a:dicit Inn.in d.c.ad audientia.

3 tiam.de homi.* Sed dubitari potest

a mari a:dicit Inn.in d.c.ad audientiã.

de homi.quòd periculum est,si intimetur ei,de cuius morte tractatur: & ideo dicit,quòd cautela est,vt intimetur sibi,tamen persona est nominanda.& hoc etiam tenet Bald.in l. mandatum.in pr.q.in fin. C.manda. facit ad hoc tex.cum gl.in c.si sacerdos.& quod ibi no.extrà de offi. ordi.& gl.sing.in cle.j.in verbo,detrahant.de priuilegijs.* Sed de consilio & persuasione,quæ est menti mãdatarij impressa,quomodo poterit reuocari,cùm iam fixa sedeat in animo. Dic, satis est dissuadere, inquantum dissuaderi potest: nec vlterius consulens, vel persuadens tenebitur, si posteà delinquatur, vt nota.eleganter Innocen.in dicto capitulo.ad audientiam,extrà de homici.& Baldus in d.l.mãdatum.prope finem.C.manda.& Canonistæ in dicto capitul.ad audientiam.extrà de homicidio.&c.

4 (marginal number beside "hant.de priuilegijs.")

a Intimari. *Mandans delictum potest reuocare mandatum,sed debet intimare reuocationem mandati ei,contra quem mandauit,ut sibi caueat à tali. alias tenetur.secundum Bald.in l.mandatum.ad fin C.mand.& Inn.in c. ad audientiam.de homic.et uide oĩo per Bald in l.j.C.de ser.fu.iij.col.secũdum Bald.in l.non ideo minus.C.de accus.& Alex.in l.nõ solum.§.quanquã de inin.dicunt,q. ratione scandali non debet nominare eum.à quo est offendendus,licet tãtum,q. sibi caueat mãdans,delictum in uno loco non tenetur,si delictum committitur in alio loco.Bal.in l.si.C si a non compe.iudi.*

FINIS TRACTATVS
CAVTELARVM
D. BAR. CAE-
POLLAE.

CAVTELAE I. V. DOCTORIS EMINENTISSIMI,

D. THOMAE FERRATII ADVOCATI BRIXIANI.

Cautela pro illo, qui est de terris ecclesiæ, ut possit legitimari ab imperatore. I.

1 *Papa an potestatē habeat legitimādi in terris imperij, & ecōtra, an Imperator legitimare possit in terris ecclesiæ.*

2 *Legitimare non potest princeps de potestate ordinaria spurios siue bastardos, stantib⁹ legitimis & naturalib⁹.*

3 *Imperator legitimans spurios, stātib⁹ legitimis & naturalib⁹, est unū pec⁹.*

4 *Comites sacri palatij habentes generalem potestatem legitimandi, in præiudicium legitimorum & naturalium legitimare non possunt.*

5 *Concessione in generali non ueniunt ea, quæ nisi de potestatis plenitudine fieri non possunt.*

6 *Scholares omnes in studijs publicis studentes, sub imperiali protectione Imperatoris existunt.*

7 *Appellari potest ad papam de iure canonico omisso medio, secus tamē de iure ciuili: excipiuntur tamē scholares in studijs publicis studentes.*

8 *Scholarium ad defensionem, Imperator de speciali gratia sponte se offert.*

NTIQVA 1 * & moderna iuris prudētia, inter se altercata est, nūquid Papa quādo nō disponit ī radice matrimonij, habeat potestatē legitimādi in terris īperij, & ecōtra, an Impator possit legitimare in terris ecclesiæ. Et omissis fundamētis, quæ hinc & inde adducuntur, communis opinio est, quòd cùm īter eos distinctę sint potestates, quòd Papa nō possit legitimare in terris imperij, nec ecōtra ipse imperator in terris ecclesiæ, prout tenet Bal. in l. j. C. de iure aureo. anulo. vbi dixit, ꝙ ita aliàs cōsuluit, & ꝙ ista ē veritas. tenet idē Bal. & Salyc. in proœmio C. Bald. in l. eā quā. in vj. col. uers. cōsueuit esse quęstio. C. de fideic. & in cōs. xxxvij. incipiē. punctus questionis talis est. in ij. parte. Pet. de Anc. ī cōs. mihi cccxx. incipiē. primū dubiū nō est nouum. Fran.

Franci.de Cur.in consi.lxxiij.incip. super memorata facti narratione.in xxiij.col.ver.quarta differentia. Ale. in cōsi.lxvij.inci.cōsideratis his,quæ in themate narrantur.in vltima col. versi.insuper aliter ad aliā facultatē. in j.vol.vbi dixit,quod ista est cōmunis opinio,& quod ab ea in iudicādo nō est recedendū gl.& Doct.vbi præcipuè Card.Alex.in c.per venerabilem.§. quod aūt.in lxxvij col.versi.gl.ij.recitat quatuor opiniones,extrā,qui si lij sint legiti. Pone modo,quod tu,qui es de terris ecclesię,velles legitimari,puta in pręiudicium legitimorū

2 & naturalium,* quod a princeps non pōt facere de potestate ordinaria, ipse enim nō legitimat,stātibus legitimis,& naturalibus:vt §.si qs igitur.& §.illud tamē.& §.gnāliter.authen.quib. mod.natu.effic.sui. vnde dixit Bal.in c.filij nati. si de feu.fuerit cōtrouer.* quòd Imperator legi-

3 timans spurios stantibus legitimis & naturalibus,est vnum pecus,nō habens præoculis iusticiā publicę honestatis,nec cōsiderans per solas nuptias cōseruari elegans genus humanum:vt in aut.de nup.in princ.hinc est quod dixit Bal.in l.cū filiustami. ff.de testamen.mili.& in authē præterea.C.de naturalib.libe.& Pau.de Cast.in l.Gallus.§.& quid si tantū. in fi.ff.de libe.& posthu.& in suo cō si.cccxxj.aliàs cccxxiij.incip. sup eo quo primo loco queritur.in iiij.col.

4 *quòd Comites sacri palatij habentes generalem potestatē legitimandi,nō possunt legitimare in præiudicium legitimorū & naturalium:vt etiam latè tenet Alexā.in consi.lxij. incip.visa legitimatione facta de domina Marmorina.in vj.colū.ver.ij. ratio est in secūdo volumi.Et latius Franci.de Cur.in cōsi.xix.incip.viso priuilegio serenissimi Imperatoris Federic.in quinta colum. versiculo, circa tertium quæsitum.vsque ad fin.

5 *quia in generali concessione non veniunt ea,quæ non possunt fieri, nisi de plenitudine potestatis:vt notabiliter dixit Innocen.in capitulo, innotuit de electio.Innocen.& Ioan.And.in capi.dudum.de decimis. Baldus in l.bonorum.la secunda,in secundo notabi.C.qui admitti.Angel.in l.bene à Zenone. C.de quadrien.pręscrip.Pone modò,vt superius dictum est,quòd tu, qui es de terris ecclesiæ,velles legitimari,puta in pręiudicium legitimorum & naturalium,quo casu opus est,vt dixi,quòd adeas Papam,qui in hoc nō vult te exaudire:quia non vult reputari vnum pecus:sed forsitan intentionem tuam posses consequi per viam Imperatoris,nisi obstaret tibi defectus iurisdictionis. Quæro quo modo facies ad hoc,vt Imperator valeat te legitimare,& quòd talis legitimatio porrigat effectum suum in terris ecclesiæ.Dic quòd cautela est,

6 quòd facias te scholarem,* quia cū omnes scholares in studijs publicis, studentes,sint sub speciali protectione imperatoris. vt in authen.habita. §.dignum quoque.C.ne filius pro pat.ipse Imperator habet potestatē legitimandi ipsos scholares, etiam si sint de terris ecclesiæ tanquā suos filios speciales:ita notabiliter dixit Baldus in dicta authē.habita.in secūda colum.per tex.ibi.C.ne filius pro patre.quòd dictum refert & sequitur,dicens esse notandum Philipp. Franci.in capitulo,si duobus.§.denique.

nique.in prima columna, de appella. Et Præposi. Mediola. nunc Cardi. Alexander meritissimus, in capitulo, per venerabilē. in cxix. col. extrà qui filij sint legitimi. Et adde, q Baldus in proposito nostro in dicta aut. habita. per tex. ibi, dixit aliud nota-
7 bile verbũ. *q licet habeamus, q de iure canonũ qs possit appellare ad Papã omisso medio, vt secunda, quæstione vj. ad Romanã. & eadem quæstione, capitulo, quisquis. glo. & Ioan. Andreas in capitulo, Romana. de appellation. in vj & Docto. in dicto capitulo, si duobus. §. deniq;. extrà eo. tit. & similiter possit omisso medio, appellari ad legatũ de latere: vt notat. in capitulo prim. de offic. lega. & similiter ad Patriarcham: vt notat. Hostien. Innocen. & Panorm. in capitulo, antiqua. de priuileg. & glo. xxij. distinctio. renouãtes. & Specula. in eodẽ titulo. §. nõ tenemus. versiculo, sed nunquid. in fine, quicquid teneat Ioan. And. & domin. Anton. in dicto capitulo, antiqua. tamẽ secus est de iure ciuili, quia non põt omisso medio, appellari ad principem: vt l. Imperatores. ff. eodẽ. & no. Bart. in l. j. §. si quis in appellatione. ff. eodẽ. dixit mirabiliter Bart. in dicta authentica, habita. q illud non
8 procedit in scholaribus: *quia cum Imperator de speciali gratia spõte se offerat ad defensione scholariũ, vt ibi i textu, in verbo, defendam*. hac de re ipsi possunt appellare ad Imperatorẽ omisso medio. quod dictũ refert, & notandũ putat Philip. Franc. in dicto §. deniq;. & dominus Abb. in sua disputatio. incipien. Gandulphus clericus. in xvij. columna, versiculo, secũdũ dictum, quòd licet ad Imperatorem. & Cardin. Alexand. in capitulo, dilecti filij. el secundo, in tertia columna, versiculo, vnum tamen singulariter tene menti. extrà de appellatio.

2 Quod princeps nõ pot. *Adde an legitimus existẽtibus, princeps possit spurios legitimare ad successionẽ, maximè p d. Alex. Imolẽsẽ latè, i cõs. suo clxxxviij. in v. no. ibi, tertiò pbat. in vj. colũ. ipsi⁹ cõsilij. et an ualeat legitimatio cũ hac modificatione, q nõ succedat legitimatus, nisi in eo q placuerit patri, uel auo de cuius hæreditate agitur: uide in cõsi. seq. clxxxix. p eũdẽ, in eo. uo. qnto, est cõsiliũ ulti. Sed quãdo possit infringi, & annullari legitimatio ex diuersis causis, uide ẽt diffusè per do. Lud. de Roma. in cõsi. suo cxcuij. qd inci. in proposita cõsultatione. & quãdo dicatur subreptitia legitimatio per do. Alex. in cons. cxcv. in ij. uo. & in cõsi. lxij. per eundem in j. uo. Bar. author.*

Cautela pro notarijs ad conuertendum legatum usufructus in legatũ proprietatis, & q testator non aduertat. II.

1 *Testator an possit usumfructum relinquere uni, & proprietatem alteri.*

2 *Fundus si in gaudimentum legatus fuerit, an ipsa proprietas legata intelligatur.*

3 *Legatum non restringitur, si testator relinquat matri sua fundum, seu aliqua alia bona, & postea adijciat, ut possit uiuere, & de eis uti, & frui, & de illis se sustentare, quousque uiuat.*

EVENIT *in dies, quòd testatores in suis testamentis relinquunt vel vxoribus suis, vel alicui alteri personæ vsum, vel vsumfructum alicuius rei, aliam uerò personã instituũt hæredem vniuersalem. 1

quo

quo casu, indubitati iuris est, ꝙ vsus, vel vsusf. illius rei, est ipsius vsufructuarij: proprietas verò est ipsius hęredis: vt in §. vsusfructus. Insti. de vsufru. qui vsusfructus posteà finitur per mortē ipsius vsufructuarij, & cō solidatur cū proprietate: vt l. antiqtatem. & l. corruptionē. C. de vsu & habi. & §. finitur. iuncto §. fi. Institu. de vsufr. Tu autē tabellio, qui rogatus es conficere simile testamentū, in quo vsusfructus, puta alicuius fundi, relinquitur alicui personę, si vis tali personæ benefacere, hoc est, ꝙ tale legatū vsusfructus conuertatur, & trahat secum proprietatē, & ꝙ testator nō aduertat: cautela est, quòd quando in testamento dixisti, Itē legauit vxori suę vsumfructū talis fundi, ipsa existente casta & honesta, & absque marito, prout cōmuniter talia verba ponuntur: subiungas, grauando tamen ipsam ꝙ non possit ipsum fundū pignorare, vēdere, nec alienare. nā in istis verbis testator penitus nō aduertet, imò credet, ꝙ per talia verba cōfirmetur intentio sua, scilicet ꝙ post mortē vsufructuarij, vsusfructus reuertatur ad suū hæredem. Tamen ista verba, ꝙ non possit vendere, pignorare, nec alienare, habent istam naturā, ꝙ intelligitur non solùm legatus vsusfructus, verū etiam ipsa proprietas. ista fuit elegans & singularis decisio Bald. in l. Proculus. per text. ibi. ff. de vsufruct. quam pro singulari refert, & sequitur Ro. in suo consi. ccvj. incip. licet de cōmuni conclusione. in secunda col. versi. tertiò ista & Alexan. in l. si constante. in prin. ff. solut. matri. Et idem sentit Bartolus in l. ex hac scriptura. in ij. col. ver. sed contra prędicta. ff. de dona. & Bal. in l. vbi adhuc. in j. col. versi. ibi, alienandi. C. de iure do. & expressè Rapha. Fulgo. in consil. xiij. incip. circa primum consultationis effectum. in fin. col. versi. in secundo consultationis articulo. & expressè Soc. in suo cōsilio cxxxj. computatis cōsilijs Mariani patris sui. inci. in præsenti consultatione de pluribus satis confusè quæritur. in vltim. col. in versi. sed in casu nostro, videtur oriri pulchra difficultas, vbi dicit, se ita aliàs vidisse consultū per insignem Doctor. d. Andr. Barba. sequitur Philip. Cor. in consilio lxiiij. incip. in casu præsentis consultationis. versic. & licet posteà fuerint mihi ostensa. in iiij. volumi. Et Franci. de Crema, in suis singul. singulari xxvj. incip. maritus legauit vsumfructum. licet Roman. sibi contrarius tenuerit oppositum, & malè, in l. donationes in concubinam. §. species. ff. de donationi. Secunda cautela est, si vis, ꝙ legatū vsusfructus trahat secum legatum proprietatis, & quòd testator non aduertat, ꝙ in testamento non dicas, Item legauit vsumfructum talis fundi: sed dicas, Item legauit tali personæ talē fundū ad vsufructuandū, seu ad alimēta: quia per ista verba, hoc modo cōcepta, intelligitur legatus, non solùm vsusfructus, sed etiā ipsa proprietas. Adeò, ꝙ legatū est perpetuū, & trāsmissibile ad hęredes. iste est casus. & ibi notant Bart. Ang. Paul. de Cast. & dominus Iaso. reprobata ibi opi. gloss. & Oldr. in l. cùm hi. §. si vni. ff. de transact. Bart. in l. libertus. la prima, de alimen. & ciba. lega. Bartol. & alij per text. ibi in l. donationes in concubinam. §. species. ff. de donation.

Cyn.

Cyn. Baldus & Salycet. in l. si mulier. C. de iure dotiũ. Alex. in suo cõsilio pe. incipien. visis verbis testamenti. circa fi. in secũdo volumine. Et istud similiter habet locum, & procedit, si
2 sit dictũ. *Itẽ legauit fundũ in gaudimentũ: quia similiter intelligitur legata proprietas, prout singulariter dixit Bald. in l. si habitatio. §. sed si χρῆσιν sit. ff. de vsu. & habi. quẽ refert & sequitur dominus Ias. in d. l. cũ hi. ff. de transactio. Et quẽ sequitur Frãci. de Crema in suis sing. singulari xxxij. incipiẽte, Lego vxori meæ. & prout tenet Ang. in authentica, hoc locũ. circa fi. C. a secun. nup. nupse. licet Floria. in d. l. Proculus. ff. de vsufruct. dicat, ꝙ multi ita consuluerũt, sed quòd ipse noluit se subscribere, faciens quandã suã distinctionem, ꝙ aut erant instituti penitus extranei, & tunc intelligitur legata proprietas. Aut erant instituti alij, & sic personæ prædilectæ à testatore, & tunc secus. quẽ refert & sequitur Cæpo. in suo tractatu seruit. vrban. prædi. in rubrica, de prima serui. mix. Ad vnum tamen aduerte, ꝙ in ipso le-
2 gato non faciat ª mentionẽ de vita vsufructuarij, videlicet dicẽdo, Item relinquit vxori suę, vel tali personę, talem fundum ad vsufructuandum, vel ad alimenta, vel in gaudimentũ toto tẽpore vitæ suæ. Ad hoc, ne intremus in illam quæstionẽ, quam dicit solennis Docto. dominus Paulus de Montepico, qui nunc Papiæ ordinariam de sero legit in sua eleganti 3 repetitio. §. Titia cùm nuberet. l. Titia cùm testamento. de lega. secundo, euenisse in ipsa ciuitate Papiæ. Quidã magnificus dominus Ioannes Marcus de Belcredo, habens duos filios, videlicet Gerardum & Zachariam: quia forsitan plus amabat Gerardũ, prælegauit ei partẽ castelli & turris, quã habebat in quodam loco montis alti. postmodũ mandauit, ꝙ in dictis bonis prælegatis, non deberet ipse Gerardus molestari, nec inquietari, sed ꝙ ipsa teneret, haberet & possideret toto tẽpore vitæ suæ. & ita habuit. Posteà mortuus est ipse Gerardus relictis filijs suis hæredibus, dubitatũ fuit, an istud prælegatũ fuerit transmissibile ad hæredes ipsius Gerardi, an verò per mortem esset finitũ, & sic deberet reuerti pro parte sua ad Zachariã fratrẽ. refert quòd pro parte Zachariæ vidit consultum per solennes Docto. Francisc. de Cur. Ioannẽ de Puteo, dominũ Lancello. Deciũ, dom. Daniel. Landol. & Dominũ Ambrosi. de Opizonibus, tunc ducalẽ quæstorem, moti: quia per illa verba, gaudeat & possideat toto tempore vitæ suæ, videtur testator limitasse legatũ ad vitam tantũ ipsius Gerardi, adducẽtes tantummodò decisionem Baldi in l. prima, circa principiũ. C. de fruc. & litiũ expen. vbi dixit Baldus, quòd licet ista verba, vtendum & fruẽdum, non restringant concessionem pleno iure factam, tamẽ istud non procedit, vbi diceretur, in vita. In contrarium refert plures etiam consulu. sse, adducentes decisionem Paul. de Castro, in suo consili. mihi cclxvj. inci. quòd dicta substitutio. in penulti. colum. decidens, *quòd si testator relinquat matri suæ fundum, seu aliqua alia bona, & posteà adijciat, vt possit viuere, & de eis vti & frui, & de illis se sustentare quousque viuat: quòd per ista verba non restrin

restringitur legatū: qa ista verba respiciūt causam, nō autē legatū. ideò verba adiecta legato in fauorē legatarij, nō restringunt legatū: vt l. iiij. & ibi notat Bar. c. de aliment. & ciba. 1 lega. & d. l. donationes in cōcubinā. §. species. ff. de dona. & l. fi. ff. de vsu fruct. earū rerū, quę vsu consu. & tradit Roma. in consilio cccccciij. incipien. diligenter inspectis. Modò illa verba, q̄ Gerard. deberet pacificè possidere toto tēpore vitæ suæ, fuerunt apposita in fauorē suū, ergo nō debent restringere legatū, iuxta l. q̄ fauore. C. de legi. & l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. vnde dicebant decisionē Bal. in d. l. prima, fore falsam. Ad hoc ergo, vt varietatē Doctorū fugias, sis cautus, nō facere mētionem de vita ipsius vsufructuarij. Et licet ista quo ad mundū sint pulcherrima, & suo loco & tēpore possent tibi non mediocrem afferre vtilitatem, tamen quantùm ad animā, essent perniciosa, si ipsis vtereris, voluntate testatoris existente in contrarium.

a Nō facias. *Adde q̄ hoc nō est nouū, q̄ relictū usufructus propter causā sibi adiectā restringat. demōstrat hoc tex. in l. si habitatio. uer. sed si χρῆσις ff. de usu et habi. ubi si relinquitur usufructus domus habitādi causa, sola habitatio legata cēset. et sic generalitas relicti usufru. ex causa specifica restringitur.*

Cautela pro illo, qui tenetur iurare seruare statuta, quòd licet iuret & non obseruet, propter hoc non sit periurus. · III.

1. *Statutū si disponat, q̄ rectores et iudices teneātur seruare statuta, an ualeat.*

COMMVNITER per ciuitates Italiæ extāt statuta, q̄ rectores & iudices euntes ad gubernandā ciuitatē, teneantur iurare seruare statuta: *quo casu certū est, q̄ tale statutū valet & tenet: quia etiā talia iuramenta pręstantur de iure cōmuni: vt in authent. iusiurandū quod pręsta. ab his. per totū, & in l. rē nō nouam. & authen. hodie. C. de iudi. & cap. venientes. de iureiur. Tu autē, qui vadis rector, vel iudex ad aliquā ciuitatē, & teneris iurare seruare statuta, si vis facere, q̄ nō obstante iuramento, si cōtingeret te facere cōtra aliquod ex ipsis statutis, nō incurras in periuriū: cautela est, q̄ facias ingressum tuū in die feriata, in honorem Dei, & illa eadē die iures seruare dicta statuta: quia dato q̄ posteà non obserues, propter hoc non eris periurus: ita pulchrè & in specie dixit Lanfra. de Orian. in sua repe. capituli, quoniā contra. circa fi. princ. extrà de probatio. dicens, q̄ vbi rector ciuitatis ingreditur officiū suū in die feriata, & iurat seruare statuta, vt moris est, q̄ tale iuramentum non valet. Et ille, tanquam non iurauerit, poterit contrauenire, motus per capitu. primū, de fer. quo cauetur, quòd omnia iuramenta præstita in die feriata, in honorem Dei, regulariter non tenent. Et per hoc alias quando dixi, quòd cùm eueniret, q̄ aliquis scholaris in diebus festiuis, in honorem Dei obuiaret notario vniuersitatis nostræ, dicebat ei, domine notarie mementote ponere 1 me in matricula: qui notarius habito nomine, & cognomine suo, deferebat ei iuramentū de seruando statuta, & de parendo domino rectori,

iuxta formam statutorum nostræ vniuersitatis. nam dicebant, quòd tale iuramentũ non tenebat, & sic contrauenendo, non cadebat in periurium: & similiter dicebam de rectoribus nostrorum iuristarum, qui hîc Paduæ in die sancti Laurentij sumũt caputium, & illo eodem actu iurant seruare statuta, quòd si per ipsa statuta, vel per literas ducales non sit cautum, quòd plus illa die, quàm vna alia debeant sumere ipsum caputium, & illo eodem actu, iurare, vt s. quòd licet posteà nõ obseruent, propter hoc non sunt periuri: quia cùm tale iuramentum sit contra canonũ dispositionem sumptum, sequitur ꝙ non habet litigandi potestatem.

Cautela, quòd deceptus etiã citra dimidiã iusti pretij possit rescindere cõtractum, uel petere supplementum iusti pretij. IIII.

1 *Contrahentibus licitum est naturaliter inuicem se circumuenire, & inuicem se decipere, & quòd plus ualet, minori pretio emere, & quòd minus ualet, maiori pretio uendere.*

2 *Bono uiro non licet aliquem decipere, licet in foro ciuili & canonico concessum sit.*

3 *Conscientia idem est, quod bonus uir: & quod in foro cõscientiæ licitum nõ est, non etiam licitum est bono uiro.*

4 *Ementem inter & uendentem difficile est, quòd non interueniat peccatum.*

5 *Turpitudinem suam nemo detegere cogitur.*

1 REGVLA[1] est in iure, ꝙ cõtrahẽtibus licitũ est naturaliter inuicẽ se circũuenire, & inuicẽ se decipere, & qđ plus valet, minori ꝑtio emere, & qđ minus valet, maiori pretio vendere, vt dicit text. in l. in causæ. la secunda. in §. ff. de minor. & in l. item si pretio. §. quemadmodũ. ff. loca. qđ tamen sano modo est intelligendũ, dummodò ꝙ talis deceptio non transcendat dimidiam iusti pretij: quia tunc deceptus potest petere vel rescissionem contractus, vel supplementum iusti ꝑtij, vt no. in l. ij. C. de rescin. vend. & in c. cùm dilecti. & in c. cũ causam. de emp. & vendit. Et sic licet interuenerit deceptio citra dimidiam iusti pretij, & dolus non dederit causam cõtractui, vel inciderit in ipsum contractum, ipse cõtractus remanet firm⁹ & validus[2], & talis deceptus citra dimidiam iusti ꝑtij, nõ põt de aliquo cõqueri: vt no. in locis præalleg. iunctis his, quæ habentur in l. & eleganter. ff. de dolo. & in l. si quis cùm aliter. de verb. obliga. Tu autem, qui fecisti cõtractũ, in quo es deceptus citra dimidiã iusti pretij, & sic per ea, quæ superius dicta sunt, cõtractus est firmus & validus, si vis posse facere etiã in foro ciuili de duobus alterum, vel habere rescissionẽ ipsius contractus, vel cõsequi ipsum supplementũ iusti pretij, cautela est, vt conuenias via ordinaria aduersarium tuum in iudicio, narrando & exponendo petitionẽ tuam, iuxta formam quã tradit Bart. in d. l. ij. C. de rescin. vẽdi. lite posteà contestata tẽpore, quo producuntur positiones, facias aliquas positiones petendo officio iudicis aduersariũ tuum debere eis cogi per credulitatem suã respõdere, cõfitẽdo, vel negãdo, inter quas inferas vnã, quæ sit istius tenoris, quòd ipse aduersari⁹ est vir bonus, vel facias, ꝙ iudex officio suo ipsum interroget, an sit vir

 bonus,

bonus,vel nō,iuxta l. vbicunq;.ff.de
interroga.actio.& iuxta c.cum Ioan
nes eremita.post medium.de fide in
strumen.Nā interrogatus, ꝙ debeat
respondere, nunquid sit vir bonus,
vel nō, in æternum non respōdebit
ꝙ non,quia hoc modo allegaret ꝓ
priam turpitudinem. imò iudex pos
set ipsum repellere, iuxta l. cōgruit.
ff.de offic.præsi. Si autem responde
bit,ꝙ sic,quòd est vir bonus & pro
bus,vel ꝙ reputat se ita esse, tunc ha
bes intentum tuū, quia iste cogetur
facere de duobus alterum, aut resti
tuere tibi rem tuā, restituto sibi pre
tio habito,vel supplere iustum pre
tium,quia id quod dicimus,ꝙ licitū
est cōtrahentibus tam in foro ciuili
quàm in foro canonico inter se de
2 cipere citra dimidiā iusti ꝓtij:*tamē
istud nō habet locum nec conuenit
bonis viris, ista est gl.notabilis in l.
semper in contractibus,de regu.iur.
quam singularem reputat Baldus in
c.si proponente.de rescri.& in c.quā
tū.in secunda col.de iureiuran.& in
aut.ad hęc.in pen.col.C.de vsur.post
quam in terminis dixit Ioannes de
Ana.in c.ī ciuitate.in viij.col.ver. vl
timò,pro ista parte adduco gl.ordi
nariam.extrā de vsur. qui consulen
do apud Ferrariam, tradidit istā cau
telam , quòd fierent certæ positio
nes,inter quas esset vna, quòd em
ptor esset bonus vir,quia si respon
deret,quòd sic,tu habebis intentio
nem tuam, quia erimus in casu d. gl.
l.semper in cōtractibus. Subiungen
do,ꝙ ita fuit factum,& quòd ita fuit
obtentum,quem sequitur domi.Ias.
in l.penul.in secunda colum.versic.
adde tamen.C.de pac.& in §.alie.in
xxiiij.colum.versic.& aduerte,quòd
quamuis contrahentibus.Institu.de
actio.bene facit pro hoc, quod pul
chrè dixit Bal.in c.cùm causa. in fin.
3 de testi.*quòd conscientia idem est,
quòd bonus vir, & quæ nō licent in
foro conscientiæ,nō licēt etiam bo
no viro.Sed in foro conscientiæ nō
est licitum contrahentibus inter se
decipere, ergo nec bono viro . sub
dens,quò vadit ergo anima merca
torum? Et quòd in foro conscientiæ
non sit licitum inter se decipere,te
net d.Anto.& ibi do. Abb.in ix.q.in
c.quia pleriq;.de immu.eccl. d. Ant.
in c.cùm causam.de empt.& vendit.
Innocen.& do.Ant.in d.c.in ciuita
te.de vsur. vbi late Ioannes de Ana.
in vj.col.do. Abb.in c.j.in princi. de
emp.& vendi.& latè etiam Salyc.in
aut.ad hæc.in xxj.q.C.de vsur. Hinc
4 est,ꝙ dicit canon,*ꝙ inter emētē
& vendentē difficile est, quòd non
interueniat peccatum:vt habetur de
pœn.distinct.v.qualitas. Ad vnum ta
men est aduertendum, quòd licet i
sta cautela sit pulchra,tamen aduer
sarius si nollet,nō posset cogi respō
derę tali positioni,siue interrogatio
ni,nunquid sit bonus vir, vel nō, quia
si dicit,quòd non, allegat propriam
5 turpitudinem,* quā detegere nemo
cogitur,iuxta ea, quæ habentur in l.
transactione finita.C. de transacti.&
per glo.Bart.& alios in l.qui iurasse,
§.si pater.ff.de iureiuran. si verò di
cit,ꝙ sic, incidit in casum d.gl.& sic
in quancunq; partem se voluit, inci
dit in laqueū,ex quo sequitur,ꝙ po
sitio est captiosa,cui positioni seu in
terrogationi captiosæ nemo respon
dere tenetur, vt not.glos.in c. si post
præstitum.in verbo, rationabili cau
sa,de confess.lib.vj.& Paul. de Castr.
vbi

vbi declarat, quæ dicatur positio captiosa in l. controuersia. ff. de transact. Bal. in l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. cal. Laafr. de Oria. in repet. c. quoniam cõtra. in verbo, responsiones. in ij. col. vers. septima regula est. extrà de prob. nam alicui non est inijciendus laqueus, vt dicit text. c. de viduis. el ij. xxvij. q. j.

a Ipse cõtractus remanet firmus & validus. *Limita tamen hoc non esse uerum in foro conscientiæ, notant d. Abb. do. Anto de But. in c. quia plerique. de immu. eccle. & per eundem d. Anto. in c. cùm causam. extrà de emp. & uendi & per do. Innoc. & eundem d. Ant. in c. in ciuitate. de usur. nam cõscientia est cordis cognitio sui ipsius, & omne, quod contra conscientiam fit, ædificat ad gehennam. 28. q. j. §. ex his itaque. cõscientia enim est, quæ dictat non sic esse faciendum. uide per Arch. ubi s. conscientiã honoramus. uide in Clem. j. de iure pat. latius per Alexã. in suo dicto, per me nuperrime recognito & continuato, in uerbo, conscientia. nam dici solet, conscientia mille testes.* Bartol. autor.

Cautela ad euadendum à tortura, & à morte, indiciato legitimis indicijs, quòd homicidium commiserit. V.

1 *Confessio qualificata mortem, & pœnam corporalem euitare potest.*

2 *Confessio qualificata in parte acceptari potest, & in parte sperni.*

3 *Præsumptio unius liquidissima probatio dicitur.*

4 *Iudex si de facto ad torturam poneret illum, contra quem clarè delictum probatum esset, & in sua negatione perseueraret, omnes probationes, quæ cõtra ipsum essent, per tormenta purgaret.*

5 *Appellari regulariter licitum est ab omni sentẽtia tã criminali quàm ciuili.*

6 *Crimine eodem, quis duplici pœna puniri non debet.*

ACCIDIT quotidie, ꝙ quis inculpatus de homicidio, vigore indiciorum cõtra ipsum laborantium ponitur ad torturam, propter cuius afflictionẽ cogitur dicere veritatem, & sic confiteri se commisisse ipsum delictum, qua confessione stante, mediante posteà sua perseueratione seu ratificatione facta ad bãchum officij, iuxta no. per Bar. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. & per Cy. Sal. & alios ĩ l. ij. C. de custo. reorum. condemnatur per iudicem ad mortẽ. Reuoco ergo in dubiũ, an si aliquis cõmisit homicidium, de quo non possit conuinci per claras probationes, sed bene cõtra eũ laborãt indicia, propter quæ si à iudice ponetur ad torturã, dubitat, ꝙ eã non poterit tolerare, sed opus erit confiteri veritatẽ, nunquid erit dare cautelam, ꝙ talis indiciatus indicijs ad torturam sufficiẽtibus, euitet & torturam, & mortem. dic, ꝙ sic, scilicet ꝙ iste inculpatus confiteatur verum esse, ꝙ interfecit illũ talem, de quo quæritur, & posteà subiungat, quòd interfecit propter defensionem suã necessariam, quia per istam confessionem hoc modo qualificatã, licet ipse reus de defensione aliquid non probauerit, euitabit & torturam, & mortẽ, & omnẽ aliam pœnam corporalem. de tortura patet, quia effectus torturæ est ad hoc, vt reus confiteatur id, de quo quæritur, vt infrà dicetur. sed iste reus confitendo absque
1 tortura, cessat effectus torturæ.* de morte verò & alia pœna corporali,

quod euitet per cõfessionẽ qualificatam, prout s. dic, quod istud fuit stupendum dictum do. Abb. in c. auditis. in pen. col. versicul. sed cõtra prædicta. de præscrip. quod dictũ ibi refert & sequitur Fely. dicens tale verbũ non reperiri alibi, & apud modernos practicos esse in summo cultu, quod licet aliquis confiteatur se interfecisse hominem, sed fecisse propter suã defensionem necessariam, quamuis de defensione aliquid non probauerit, tamen vigore istius confessionis qualificatæ non poterit corporaliter puniri. quam opin. sequendo domi. Abb. tenet idem Fel. in c. cùm venerabilis. in iiij. col. versi. secundò no. de except. & in c. significasti. el ij. in
2 v. colum. versi. & interim vnum tenementi. de homic. vbi similiter dicit, tale dictum non reperiri alibi, & in c. afferte. in v. colum. versi. & respon deri põt de eo, quod scribit do. Abb. de præsum. Dicẽs similiter istud dictum esse singularissimũ. Sequitur Alexand. in l. non solum. §. sciendũ. ff. de oper. no. nun. vbi dicit, istud dictum esse signanter not. Soc. in rep. l. j. in iiij. colum. de vulg. & pup. vbi extollit & ipse istud dictum domini Abb. dicens esse multùm notandum do. Ias. in l. vt vim. in iiij. col. de iust. & iur. dicens istud dictum do. Abb. aliàs in practica sibi fecisse magnum honorem. sequitur Bartolus in suo repert. in verbo, cõfessio habet vim sẽtẽtiæ. versicu. xxij. qui incipit, cõfessio, quòd fecit ad defensionem. dicens hanc esse singularem limitationem ad dictum Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. de lib. leg. & idem Barto. in verbo, inquisitus. versicu. viij. incipiẽte, inquisitus, respondit, quod occidit. vbi similiter dixit, quod istud dictum domi. Ab. est perpetuò notandum. Non obst. modò decisio Bartoli cõmuniter approbata in d. l. Aurelius. §. idem quæsijt. de libe. lég. volens, quod si aliquis in iudicio cõfiteatur se interfecisse hominẽ, sed fecisse ob suam defensionem necessariam, põt licitè per iudicem cõdẽnari vigore suæ confessionis, quia inquantùm dicit se occidisse, statur suæ confessioni, inquãtùm verò dicit ad suam defensionem, nõ credit, nisi aliter probet, quia quotiescunq; confitens habet præsumptionem iuris cõtra se, vt est in casu nostro, per l. j. & ij. ff. de sica. & per c. j. de psum. tunc confessio qualificata põt in parte acceptari, & in parte sperni, quam sententiam similiter tenet Bald. in l. vnica. in viij. colum. ver. denuò quæro. de quæstione quotidiana. C. de confes. & in l. secunda. C. de dona. ante nup. & Pan. in c. bonæ. el ij. in fin. de postu. præla. & Alex. post alios in l. j. §. si quis simpliciter. versi. ex prædictis infertur. de verbo. oblig. quia respondet domi. Abb. quòd fatetur, quòd taliter confitens debeat puniri, sed tamen non capitaliter. primò quia probationes in criminalibus debent esse clariores luce meridiana, vt l. sciant cuncti. C. de proba. canonizata. ij. quæst. viij. sciant cuncti. sed cùm in casu nostro non sit nisi sola confessio qualificata, vt suprà, sequitur, quòd probatio nõ est clarissima, prout requiritur. secundo 3
quia dato, quòd contra taliter confitentem laboraret vrgentissima præsumptio, tamen ex præsumptionibus & indicijs quantumcunque vrgentissimis, non debet quis capitaliter

ter puniri, prout dictum fuit singulare, licet vulgatum. Innocen. in c. quia verisimile. de præsump. de quo dicto fit mentio per scribentes in varijs locis præcipuè per omnes in c. afferte. extrà eo. de præsump. & Pau. de Ca. vbi pulchrè loquitur in consil. mihi clxxxvij. incip. visa inquisitione suprà scripta. in vltima col. & per Cæpo. in cõsi. vj. incip. veritas primi dubij. in iiij. colum. & in cõsi. xxxix. incip. Baptista Meoni. in iij. colum. & per Gandi. in suo tract. malefi. in rubri. de præsump. & indici. ex qui. eodem. sequi poss. vbi dixit, quòd omnes Doct. qui tẽpore suo erãt Bononiæ, ita cõsuluerũt. Nõ obstat si dicatur, quòd ꝓpter hoc iste taliter cõfitens
a nõ euitabit torturã, quia index[a] audiẽs istã suam cõfessionem qualificatam, vt suprà, torquebit eum ad hoc, quod debeat dicere veritatẽ, an interfecerit illũ causa principaliter offendẽdi, an verò principaliter causa se defendẽdi, quia dico, quòd istud nõ potest facere index, ex eo quòd illa iura, quæ volũt, quòd ex indicijs, & præsumptionibus cõtra aliquẽ laborantibus, & arbitrio iudicis sufficiẽtibus, ille talis debeat subijci tormẽtis causa veritatis eruẽdæ: vt ff. & C. de quæstio. & c. cùm in contẽplatione. de reg. iur. in antiquis. & c. nõ solent. ij. q. vj. habent locũ & procedũt in indicijs & præsumptionibus facti, nõ autẽ in præsumptionibus iu
3 ris. *nam præsumptio iuris dicitur liquidissima probatio, vt est gl. quæ reputatur singularis in l. si tutor. C. de peri. tuto. per quam dicit ibi Bal. quòd si lex, vel statutũ requirit probationẽ liquidã, ille dicitur liquidè probare, qui probat per præsumptiones iuris, cui est consimilis glo. in l. secunda. & ibi not. Ange. C. de peti. hære. Imol. in l. quæsitũ. ff. de re iudi. Ange. Roma. & Alex. in l. prima, per tex. ibi. C. de test. mili. Modo habeo, quòd delicta præsumuntur facta animo nocendi, & offendendi: vt not. glo. in l. si non conuitij. C. de iniur. quam notabilem dixit Cæpo. in consilio xxix. incip. viso processu causæ super homicidio. in prima colum. & Floria. in l. j. §. cũ arietes. ff. si quadr. pau. feci. dica. & omne maleficiũ præsumitur in dubio iniustè factum, ex quo est de genere prohibitorũ, vt l. j. C. de sica. & c. j. de præsumpt. & vt ponit Bal. in c. sicut nobis. in fi. de re iudi. & Alexan. in cõsil. cxj. incip. põderatis verbis, in j. colum. in j. volu. stante ergo hoc, quòd præsumptio iuris dicatur clara & liquida probatio, & quòd delictum præsumatur factum causa principaliter nocendi & offendẽdi. sequitur quòd cũ iste cõfiteatur se interfecisse hominẽ, licet addat ad sui defensionẽ, quòd clarè probatũ sit propter præsumptionẽ legis, istum talem cõmisisse illud tale delictum, & per consequens iste reus nõ debet posse subijci tormentis, quia quotiescũque maleficiũ est clarè probatũ cõtra aliquem, ille talis vigore illius maleficij non potest torqueri, quia ad torturã solũmodò deuenitur in subsidium probationũ, vt notat Paul. de Castr. in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cle. Bald. & Alber. de Rosa. in l. obseruare. C. quorũ appel. nõ reci. Bal. in l. milites. C. de quæstio. Bar. Cæpo. in cõs. xxxij. incip. quidam rustici Vicentini. in ix. colum. versicu. circa tertium principale dubium. vbi etiam notabili-

 ter

4 ter tenuit, *q; si de facto iudex poneret ad torturam illum, contra quē clarè esset probatū delictū, & in sua negatione perseueraret, q; omnes probationes quæ essent contra eum purgarentur per ipsa tormenta. & licet Bal. in d. l. obseruare. C. quorum appel. nō recip. & in l. j. C. de iura. calum. dicat q; imò iudex potest subijcere reum tormentis, licet crimē suū sit clarè probatum, & hoc ad cautelam, vt ore proprio confiteatur, ad hoc, vt non valeat postea appellare, quia cōuictus & confessus nō appellat. vt habetur in d. l. obseruare. quia ad hoc respondet Cæpol in cōsi. præalle ga. quòd hodie talis causa nō debet mouere iudicem, cū per totā Italiam cōmuniter sit prouisum per statuta terrarum, q; à sententijs capitalibus non liceat appellare. Sed vltra tale responsum potest respōderi triplici ratione, dictum Bald. in d. l. obseruare. esse falsum. Prima ratio, est causa fraudis euitandæ. nam præsupposita illa opinione, de qua supra à mētionē feci, pro vera, quæ videtur magis communior, quòd si non extantibus claris probationibus iudex poneret delinquentem ad torturam, & in sua negatione perseueraret, quòd dictæ probationes purgarentur, isto casu esset in potestate iudicis liberare per indirectū accusatū, vel inquisitum, dicendo ei, tolera hanc torturā patiēter. qa liberatus eris, nō obstante, quòd de delicto tuo clarè cōstet. Secunda ratio est, quia cùm appellatio sit remedium à iure concessum prætendentibus se grauatos, vt in c. suggestum. & c. cùm speciali. §. porrò. de appel. & edictum de appel
5 lationibus sit permissoriū, *quia regulariter omnibus & ab omni sententia tam ciuili, quàm criminali licitū est appellare. vt l. & in maioribus. C. eo. de appell. glossa. in l. qui restituere. in gloss. fin. ff. de rei vend. & Spec. in eo. tit. §. secundo, in princip. sequeretur, quòd esset in potestate iudicis per istas vias violentas, & indirectas auferre beneficia à iure cōcessa, quod facere nō potest. iuxta ea, q̄ habētur per Bar. & alios in l. secūda. ff. de re iudi. & per domi. Abb. & Phili. Frācū in c. cùm sit Romana. de appella. & per Doct. in c. quod ad cōsultationem. de re iudi. & hoc etiam in præiudicium iurisdictionis superioris, quia cùm appellatio sit de minori iudice ad maiorem prouocatio, vt l. prima. ff. de appel. & c. secundo, de cōsue. lib. vj. sequeretur, quòd iudex hoc modo posset per viam torturæ in extorquendo confessionē obuiare per indirectū, quòd appellatio nō posset corā superiore interponi, qd per iudicem inferiorem fieri nō potest. nam inferior non potest facere, quòd à sententijs suis non appelletur ad superiorem. prout not. Barto. in l. j. §. interdum. ff. à quib. appell. non lic. & in l. fin. ff. de aqua pluuia arcē. & Bal. in l. qui appellationem. C. de appella. & in l. fina. C. de sentē. communiter Canonistæ in c. veniētes. vbi Bal. circa hoc dedit cautelā, de iureiuran. cum alijs concordā. de quibus per Card. Alexan. in capi. interposito. §. ille denique. in prima
6 columna. de appellatio. * Tertia ratio potest adduci, quia de eodem crimine quis non debet duplici pœna puniri. Nam vt dicit Bald. in authen. omnes peregrini. in vltimo notabili. C. commu. de succes. pœnæ, qualitas deb

tas debet esse secundùm qualitatem culpæ.& est textus in l.sancimus.C. de pœ.& in c.quæsiuit. in fi.de his q̃ fiũt à maio.parte capi.& in c. felicis. §.illud autẽ.de pœn. in vj. & xxiiij. quæst.j. nõ afferamus stateras.pœna autẽ homicidij à iure taxata, est abscisio capitis:vt l.j. in princip. ff.de sica.& §. item lex Cornelia. Institu. de publi.iud.& iij.distinctio.omnis. Nã dicit lex, quòd homicida alij fecit,semper expectet.vt l.nemo.C.de episc.audiẽ.Modò si dictũ Bal. esset verũ,sequeret̃,ꝙ iste reus ꝓ homicidio affligeretur duplici pœna, scilicet pœna torturæ, & pœna capitis, quod nõ est dicendũ.& hãc opinionem per rationẽ secũdam,de qua s. reperio tenere Tancre. de Corneto in sua cõpẽdiosa in rubrica,de quæstio.circa materiã probationũ.quęst. vltima.stabit ergo firma cõclusio,ꝙ si quis confiteatur se occidisse hominem,licet adiungat ad sui defensionem,cũ lex præsumat occidisse causa principaliter offendẽdi,nisi aliud probetur, & præsumptio legis dicatur liquidissima probatio,ꝙ isto casu,talis cõfitens nõ poterit ad torturam poni vigore illius homicidij,tãquàm claré probati:quia vt superius dictũ est,ad torturã nõ deuenitur nisi in subsidiũ probationũ.Et si dices, ergo sequetur, quòd tanquàm manifestus homicida punietur pœna capitali,& sic cautela nõ erit bona, quia respõdeo,ꝙ quamuis lex præsumat, vt sæpius dictum est,ꝙ homicidium fuerit perpetratum animo principaliter offendendi,& sic iniustè, & velit, quòd puniatur de ipso delicto tanquàm claro respectu suæ confessionis,tamen isto casu lex non vult, nec ita, vt aliàs facit, firmat pedem suum,quòd propter illam suam præsumptionem iste qualificatè confitens puniatur pœna capitali,sed bene alia,vel pecuniaria,vel relegationis,& exilij,arbitrio iudicis.Et istud est,quòd vult dicere dominus Abb. in d.c.auditis. Et licet pro & contra nonnulla alia adduci possent,tamen ista non sunt obliuioni tradenda, quia possent multùm prodesse,præcipuè quando habetur iudex propitius.

a Iudex audiens istã suã cõfessionẽ qualificatam. *Adde,an cõfessio qualificata possit acceptari sine ulla qualitate.uide sing.per d. Alex.i cõ.lxxxvij.ꝑ totũ in j.uo.& est quotidianũ,et utile cõsiliũ:loquitur tamẽ in causa ciuili,nõ in criminali q̃ acceptari debet cũ eadẽ qualitate,& nõ simpliciter. est tamen periculosa talis cõfessio in causa criminali quãtuncũq; qualificata,nisi probetur defensio,nec est tuta ĩ totũ ac secura huiusmodi cautela. Et ꝑpterea Bal. signanter cõsuluit confitẽtẽ delictũ etiã cũ qualitate, puta q̃ occidit ad suã defensam,nisi qualitatẽ probauerit,ꝙ punitur.uide in cõsi. ccxlv. quod inci. dauantis dauoi.in ij. uol.nã in delictis præsumĩ dol⁹ .C.de sicar.l.j. C.de iniur.l.si nõ cõuitij.Itẽ per confessionẽ factum est notoriũ ergo puniri debet maleficiũ,ne delicta remaneãt ipunita. Caue igitur, ut dixi,ne in Scyllã incidas, eredẽs uitare Charybdim. Bar. Lau.*

Cautela ad obuiandum, quòd meretrix non ualeat testari, nec aliter disponere de bonis ex meretricio acquisitis. VI.

1 *Meretrix licet turpiter faciat meretricando, non tamen turpiter facit accipiendo,cùm sit meretrix.*

2 *Meretrix de quæstu suo testari potest, & ad libitum disponere, neque eius hæreditas per fiscum hæredibus suis auferri potest.*

3 *Meretrix quæstum suum in foro conscientiæ restituere non tenetur.*

1 QVANQVAM [1] meretrix licet turpiter faciat meretricando, tamē turpiter nō facit accipiēdo, cùm sit meretrix, vt dicit textus in l. iiij. §.sed quod meretrici.ff.de condi.ob turpem cau. ex quo dicunt ibi Bal.Ange.& Pau.de Cast.quòd meretrix de suo quęstu licitè,& iustè facit eleemosynā,& decimā soluit,vt etiā tenet glo.in c. ex transmissa. de deci.& Archi.lxxxv.distin.qui venato-
2 ribus.& in j.q.j.nō est. *Et [a] similiter
a de tali quæstu potest testari,& ad libitum disponere, & talis hæreditas nō aufertur hęredibus suis per fiscū, vel ecclesiā,tanquàm turpe lucrū: vt not.Cyn.in l.cùm te.C.de condi.ob turpē cau.& Bal.in l.prima.C.eo.referens,quòd ita aliàs fuit interrogatus Neapoli, à quodā episcopo. Idē
3 tenet Cyn.in l.mercalē.C.eo. *& similiter ipsa meretrix talem quæstū non tenetur in foro conscientiæ restituere,sed legitimè retinet, prout volunt Innocen.Ioan.And.& Panor. ibi,in iij.quęst.in c.quia plerique.de immuni.eccl.& vt tenet sanctus Th. secūda secundæ q.xxxij.articulo vij. & q.lxij.articulo quinto. cōcludens, quòd meretrix licitè retinet ea,quæ suo corpore lucrata est, secus si aliquid extorsisset per dolum,vel fraudē,quia illud tale tenetur restituere illi,à quo habuit. Pone modò, quòd vna meretrix multa superlucrata est, quo remedio poterunt vti consanguinei, qui debent ab intestato succedere,ad hoc, vt ipsa meretrix non valeat de superlucratis testari,nec aliter ad libitū disponere. Dic,quòd cautela est, quòd sibi interdicatur bonis per iudicem, quod iuridicè poterit fieri, vt est text.multùm solennis,& ibi gloss. in l. & mulieri. ff. de cur. furio. quo casu per interdictionem non solùm tollitur facultas contrahendi inter viuos, vt l. is cui bonis.de verb.obliga. sed etiam facultas testandi, vt l. is cui lege.ff.de testa.& §.item prodigus. Instit.qui. non perni.face. testa. & per Specu. in titu.de instrumen.edi. §.compendiosè. circa princip.versicu. tertiò,si fuerit.Et per Bald.in l.ij. circa principium.C. communia de lega. adeò quòd nō posset testari etiam ad pias causas,prout tēnet Bald. in l.j.in lectura,in versicu.deinde quæro quid de prodigo.C.de sacrosanc. eccle.& Pet.de Ancha.in c. quia ingredienti bus. de testamen. quem ibi refert & sequitur Imo.in vij. colum. versicu. circa sextum.Et domi.Abb.in rubri. extrà eo.licet contrarium in hoc voluerit Bal.in d.l. j. in repe. in vij.co. versicu.xij. quæro quid de prodigo. C.de sacrosanc.eccle. Et licet cōtrarium etiam videatur sentire idem Bald.in consi. ccxxxv.incip. decreto seu rescripto illustrissimi principis. in prima parte, volens, quòd interdictu bonis posset testari inter liberos,& contrarium etiā videatur sentire Lap.de Castellio.alleg.xxvj. Sed prima opin. est communior. Istam cautelam tradit Bald.in c. cùm decorem.de Vita & honesta.clerico.quē refert & pro notabili sequitur domi nus Ias.in d.l.iiij. §. sed quod meretrici.ff.de condi.ob turpem.causam.

2 Et similiter de tali quæstu potest testari, & ad libitum disponere. *Adeò enim testari possunt, quòd si relinquant etiã impia lucra hæredibus, valet testamentum. uide Bald. in consi. clxvj post princi. in uer. sed emanauit illa decretalis. quòd cõsiliũ incipit quaritur. & c. in j. uolu. Nec tenetur meretrix restituere, quòd acquirit ex tali quæstu. secundùm Inno. in c. quia plerique. de immu. eccle. nisi accepisset ab his, qui alienare nõ possunt. no. Doctor. in præallega. c. quia plerique. secus autẽ est de bono cõsilio. uide in summa Angelica, in uerbo, meretrix. in §. iij. ibi, utrum teneatur.*

Cautela pro illo, qui per metum cogitur contrahere matrimonium. VII.

1 *Matrimonium est maris & fœmina coniunctio, indiuiduam consuetudinẽ uita retinens.*

SAEPISSIME cõtingit, quòd iuuenes deprehensi in domo alicuius puellæ, coguntur à fratribus & consanguineis ipsius puellæ eam desponsare. & de istis loquitur cap. cum locum. de spon. Pone modo, quòd quidam scholaris iuerat ad suam amasiam, & quia consanguinei ipsius puellæ præsenserant de hoc, & obseruauerunt eum ingredientem domum vna nocte, & ita deprehenderunt eum in domo, & minantur ei mortem, si non accipit eam in vxorem. Ipse autem dubitans de salute sua, videt quòd opus est: vt eam desponset: Quæro, an erit dare cautelam, vt licet secum contrahat, tamen quòd tale matrimonium sit nullum: dic, quòd sic. videlicet, vt inspiciat an illi testes, qui sint ibi præsentes, sint testes, qui verisimiliter ducti in iudicium sint dicturi veritatẽ de omnibus ibi gerendis. & si nõ, quia nõ sint nisi cõsanguinei puellæ, & alij domestici, qui in iudicio verisimiliter nõ dicerent, nisi ea, quæ facerent ad propositũ suũ, tũc ipse scholaris hilari frõte dicat, quòd libentissime vult eã accipere in vxorẽ, sed quòd mittat pro alijs duobus vel trib. testibus. puta pro presbytero parochiali cũ suo clerico. nã ipsi vidẽtes suã bonã dispositionem: & ad hoc etiã, vt res procedant cũ amore, & etiã quia res suæ erunt clariores, si plures testes tã domestici quàm extranei interueniẽt, complacebunt ei in hoc, & tunc dicat eis, domini vos eritis testes qualiter accipio istã puellam in vxorem, tamen quia mecum cõmisit stuprũ, dubito ne idẽ faciat cũ alijs, propterea protestor ei, quòd si adulterabit cum alio, volo posse accipere aliam, ipsa puella & consanguinei sui existimantes casum protestationis nunquam verificaturum. Et isto casu, nõ erit matrimonium, quia quotiescunque matrimonium contrahitur sub conditione seu protestatione suspẽsiua seu resolutiua ipsius matrimonij, vt est in casu nostro,* quia matrimonium est maris & fœminæ cõiũctio, indiuiduam vitæ consuetudinẽ retinens: vt Instit. de nup. in princip. & xxvij. quæst. ij. in summa, vt ponũt 1
Io. And. do. Ant. & Card. Alexand. in rub. de sponsa. talis conditio seu protestatio non vitiatur, sed vitiat ipsum matrimonium. iste est casus, & ibi not. omnes in c. fin. de condi. appo. per quod dicit ibi in terminis Cardina. Zaba. se vidisse de facto, quem ibi etiam refert, & sequitur

Cardi. Alexan. in iiij. notabili, quòd cum quidā philocaptus vellet accipere quandā puellā in vxorē, dubitans ne cū alio adulteraret, ad hoc, vt magis præcaueret, accepit eā in vxorē hoc mō, q̄ si adulterādā se præberet alicui, q̄ posset accipere aliā in in vxorē. fuit iudicatū tale matrimoniū nō tenere. Et istud idē ibi refert & sequit' do. Abb. in j. notabili, licet do. Cardi. Zaba. nō faciat mentionē. Ad vnū tamē aduerte, q̄ si ista cautela debet habere locū & procedere, opus est, q̄ ipsa puella expressè consentiat tali ꝓtestationi, aliàs secus. & isto casu, nō sufficeret, si taceret, quia tacēdo, fauore matrimonij, haberet' pro contradicente. ita Inno. cū quo alij transeunt in d. c. si, & per hoc dicit ibi Hostien. quē referūt Panor. & Alex. q̄ ista crebo deberent prædicari, ne istæ simplices puellæ decipiātur, scilicet quando eis fiat talis protestatio, non consentiant, sed taceāt, quia tunc erit matrimonium.

Cautela, quòd compromittens non possit habere recursum ad arbitrium boni uiri. VIII.

1 *Compromisso lato Laudo, appellari nō potest, sed ad boni uiri arbitrium reductio peti.*

2 *Læsio enormis dicitur, quando aliquis in sexta parte quantitatis debitæ læsus fuerit.*

1 TV scis: quòd* si in aliquem fiat compromissum, quòd lato laudo, licet ab ipso non possit appellari, quia appellatio præsupponit iurisdictionem, quæ pactis priuatorū nō potest conferri, vt l. priuatorū. C. de iurisdict. om. iudi. tamē quando aliqua ex partibus prætendit se læsam, bene pōt tale laudū reduci ad arbitrium boni viri, etiā si ipsæ partes iurassent nō reducere: quia subintelligitur tacita cōditio, si arbiter vel arbitrator æquè arbitratus fuerit: ꝓut no. per Bart. & Flo. in l. si societatē. §. arbitrorū. ff. ꝓ socio. latè per Canoni. in c. quintanallis, de iureiuran. per Dy. in regula, scienti. de reg. iur. in vj. per Old. in cōsi. clvj. incip. primū, de quo quęritur. per Alex. in cōsilio cxxxj. inci. in causa vertente coram prætore ciuitatis Imole. in ij. volu. & istud est adeo verū, quod dixit Bal. in l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. & in l. cū anteà. C. de arbi. & in cōsi. cccxxxj. inci. præmitto, q̄ ista fuit q̄stio antiqua. in tertia parte. q̄ nō potest per quancunq; verborum cautelā impediri ista reductio ad arbitriū boni viri, vt etiam dicit Pau. de Castro, in consi. lxxiiij. incip. quia frustrà. in j. col. imò si statutum esset in ciuitate, quod tolleret istā reductionem, tamen lato laudo, si aliqua ex partibus prætenderet se enormiter læsam, ista reductio, tali statuto non obstāte, posset peti, ꝓut tenet Petr. de Anch. in sua repetitione. c. canonū statuta de constitutio. in lxvj. col. versi. accedat hic quæstio de statuto. & in suo cōsilio ccvij. incip. in quæstione supradicta, hunc ordinem obseruabo. in vltima colū. versi. restat respondere ad statutū. & in consilio sequenti, incip. iudex de iure iudicaturus. circa finem. & vt tenet Romanus in consil. xc. incip. viso themate quæstionis. & Ange. in consi. clxxij. incipien. laudum arbitratoris. Fulg. in consi. ccxxiiij. incip. quoniam in singulis. Socin. in consi. cclxx. incipi. visis compromisso laudis & statutis.
2 in vltima colum.* & illa dicitur enormis

mis læsio, quando aliquis est læsus in sexta parte quantitatis debitæ secundùm Barto. in d. l. si societatem. §. arbitrorum. versiculo, quæro quę dicitur parua, vel magna quātitas. ff. pro socio. quam opinionem sequitur Lāfran. de Oria. in tractatu de arbi. in vltima parte, quæsti. xiiij. & Raphaël Cumanus, in consilio ı. incip. stante statuto ciuitatis Vincentiæ. versiculo, ad id autē, de quo quęritur. Alij volunt, quòd hoc sit in arbitrio iudicis, cùm non sit à lege determinatum, & ita voluit Bal. in dicta l. cùm anteà. C. de arbi. & in consilio ccclxxviij. incipien. quæro, ad quid operetur potestas. in prima parte. & gl. in §. pretium. quam ibi pro singulari sequit Angelus de Aret. Instit. de emptio. & venditio. idem Ange. de Aretio, in l. prima. §. si quis ante. ff. à quibus appella. non lic. & Imo. in capitulo, Quintauallis. de iureiurādo, prout refert, & sequitur Alexan. in l. si quis arbitratu. in fine, de verborum obligatio. Et istæ sunt duæ principales opiniones, quæ magis communiter tenentur secundùm solennem doctorem & præceptorem meum in canonibus dom. Philip. Decium, in suo consilio xxix. incipiente, iuridicam esse arbitror conclusionem. circa finem. Propterea eximius doctor Bartholom. Cæpol. in suis cautelis, cautela cxcvij. inci. difficile est dare modum. tradit quatuor cautelas ad impediendam istam reductionem, sed omnes in effectu claudicant, & de iure non procedunt. Sed tu vltra eum accipe duas, per quas ista talis reductio poterit impediri. Prima cautela est, quòd in cōpromisso apponantur ista verba, eligentes eū, vt bonū virum, præcipuè nō habito respectu ad alium: quia ista verba habent istā vim, quòd tollunt istam reductionē. ita notabiliter voluit Bar. per rationē, de qua ibi per eum in l. ij. §. tametsi. ff. de arbit. quem ibi sequitur Alexand. in Apostillis, dicēs, istud esse dictum singulare, & idem Alexā. in Apostillis, in dicta l. si societatem. §. arbitrorum. in vltima colum. in verbo, operātur. ff. pro socio. quam opinio. etiam tenuit Roman. in suis singu. prout refert Lanfrā. de Oria. in dicto suo tractatu de arbi. in vltima parte, quæstio. xiiij. versi. & ideo ex prædictis videtur resultare cautela. sed est verum, quòd Lāfran. ibi dixit, quòd cōsulendo nō auderet affirmare, quòd per supradicta verba tollatur dicta reductio, & quòd ita consuluit Salustius de Perusio in quodā suo consilio, incip. in nomine indiuiduæ trinitatis, viso quodam compromisso. Tamē in cōsulendo & in iudicando magna est autoritas Bar. & Alexand. Secunda & optima est, si quis vult impedire recursum ad arbitrium boni viri, quòd vtraq; pars inueniat vnum amicum, qui amici extrà à compromisso, per solennem stipulationem inuicem sibi promittant certam pecuniæ quantitatem, si partes non emologabunt laudū: videlicet lis est inter Sempronium & Titium, modò Gaius separatim à litigatoribus promittit Mæuio centum, si Sempronius laudo contrauenerit. Mæuius similiter promittit Gaio cētū, si Titius, & sic altera pars contrauenerit: quia hoc modo compromittentes, ad hoc, vt amicus suus non habeat soluere illam quantitatem promissam in casu contrauentionis,

tionis,nõ audebũt cõtrauenire.istã cautelam docet Dy.in consilio,incipiente,Tholemeus.quã sequit Flo. in d. §.arbitratorũ.& prout refert, sequit Lanfrã.in loco superi' alleg. & sequit Ioã.And.in additio.Speculato.in tit.de arbi. §.fi.vers.item qd si compromissum,dicens,quòd ista cautela multũ frequentat in Tuscia.

Cautela contra illam communem opinionem, quòd non possit relinqui plus filiæ si nupserit,quàm in monasterium intrauerit. IX.

1 *Testator si relinquat filiæ mille,si nupserit.si verò monasterium intrauerit, relinquat tantummodò centum,an si monasterium ingressa fuerit,mille habere debeat.*

2 *Matrimonij appellatione,an matrimonium carnale & spirituale ueniant.*

3 *Statutum disponens quidpiam contra cognoscentem mulierem nuptam, an in cognoscente monialẽ,locum habeat.*

4 *Legis uerba ad ea,quæ non adaptantur,nec eius etiam dispositio.*

5 *Delinquere nelle,quis in dubio non præsumitur.*

6 *Dotis uerbum,an in ingrediente monasterium uerificetur.*

7 *Statutum si disposuerit,quòd filia dotata à fratribus excludatur,an monialis ita per fratres dotari debeat,si ipsam excludere ualeat,ac si mundo nupsisset.*

8 *Legatum factum in casu nuptiarum, an in religionis ingressu uerificetur.*

9 *Testator si legauerit genero suo certã quantitatem pro dote,& cõtracto matrimonio,an si eo non cõsummato, sponsa monasterium ingrediatur,legatum habere debebit.*

10 *Simonia an sit,si pater dixerit,supplico uobis,ut filiam meam in monialem accipere uelitis,& pro eius alimentis uolo,quod de bonis meis habeatis mille.*

11 *Simonia an sit,si testator in testamento dixerit,si tales moniales filiã meam in sororem accipient,relinquo eis pro alimentis centum.*

12 *Regula,non in quem uerba,sed in quẽ disponentis intentio dirigitur, quæri oportet.*

RICARDVS Malũbre,& Thomas de Formaginis,de Bononia disputauerunt hãc quæstionem, 1 an si testator relinquat filiæ mille, si nupserit,si verò monasterium intrauerit,relinquat tammodò centũ: an si monasterium intrauerit, debeat habere mille,ac si nupsisset. Et concluserunt,quòd sic, quia si tale legatum præcisè valeret,esset impeditiuum vitæ cõtemplatiuæ,& quis volendo eligere vitam spiritualem, esset inferioris conditionis,quàm si eligeret vitam actiuam,quam disputationem retulit,& secutus est Ioannes Andre.in addition. Speculator. in titulo,de statu mona.super rubrica,circa medium,versiculo,secunda quæstio fuit disputata.& hanc opinionem referendo ipsam disputationem tenet Albericus de Rosate, in suo tractatu statutorum,in secunda parte.quæstio.ciiij. incipien. adhuc ex eodẽ themate quæro.& in l. Deo nobis.in secunda columna, versiculo,sed vlterius quæro.de episcopis & clericis.Barto.& Alexan.ibi,in Apostil.in l.secunda.ff.de his quæ pœ.nomi.vbi refert Alexã.ita aliàs consuluisse Ioãnem de Ana.& ita fuisse iudicatũ in ciuitate Bononiæ.dñs Antonius,in capitu.in præsentia.in ix. col.

coluña, de probation. & ibi Francisc. de Aret. in xviij. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. in septima coluña, versiculo vltimò ad idē. de verborū obligatio. Mathesil. in suis singul. sing. l. ij. incipien. not. ꝙ si testator relinquit. vbi dicit, ꝙ miratur quòd monasteria monialiū istud nō practicent. Alexan. in cōsil. xxxv. incipiente, super cōtentis in dicto thee mate. in secūda coluña, versiculo septimo, pro hac parte facit. in tertio volumine. Et dicit Imol. in l. Lucius. la secūda, in vltima coluña. ff. de hæredibus instituend. ꝙ vidit in ciuitate Bononiæ ita defacto iudicari. Et licet contrariā partē teneat Bald. in aut. nisi rogati. in tertia coluña, versiculo, hac ratione determinatur alia quæstio. C. ad Trebellianum. vbi dicit, ꝙ cōmunis obseruantia & naturalis æquitas est in cōtrariū. & ibi etiā Paulus de Castro, vbi dicit, ꝙ aliàs ita cōsuluit Bononiæ. & idē tenent Bald. & Paulus de Castro, in dicta l. deo nobis. de episcopis & clericis. Paulus de Castro in l. Titia centum. §. primò, ad finē. ff. de conditione & demonstration. vbi similiter dixit, ꝙ ita aliàs consuluit, & ꝙ ita obseruat totus mundus. Et Raphaël Cuma. in l. si ita quis. §. is cui. de legatis secundò. & Imo. in d. l. Lucius. la secunda, in vltima colum. vbi dicit. ꝙ ista opin. est æquior: quia quādo filia nubit, magnæ expensæ fiunt, secus quando ingreditur monasteriū: & forsitan in puncto iuris ista opinio est verior: quia vt dicit Bald. in quodā suo cōsil. incipiēte, inter scholam sanctæ Mariæ. non est dicendū, ꝙ mulier quæ ingrediendo religionem, abdicat à se propriū, vt c. cū ad monasterium. de statu mona. velit posteà aduertere ad proprium: quia hoc modo esset cōmittere actū continentē in se repugnantiā. Tamen in cōsulendo & iudicando nō est recedendū à prima opin. tanquàm cōmuni, quā vltra præfatos doctores, tenuerunt quatuor principaliores, moder. nostræ tēpestatis: videlicet Felyn. in d. c. in præsentia. in xviij. col. versic. & ex istis remanet decisa alia quæstio. vbi dicit, ꝙ ab ista opi. non est recedendū. do. Bart. Soci. in d. l. ij. ff. de his quæ pœ. no. do. Ias. in aut. si quā mulier. in ij. col. versicu. iuxta hanc partē formo quæstionē vti lem. C. de sacrosanc. eccle. Et præceptor meus in legibus do. Ioan. Campetius in suo tractatu dot. in prima parte, quęstio. xxx. Tu ergo, qui habes filiam. & cōsideras, ꝙ maior quātitas pecuniæ requiritur, quādo filia nubit mundo, quàm quādo ingreditur monasteriū, quo remedio poteris vti, vt valeas ei minus relinquere, si monasteriū ingredietur, quàm si mundo nupserit: dic ꝙ cautela est, vt concipias dispositionē tuam hoc modo: relinquo filiæ meæ puta centum, & illi, qui ducet eam in vxorē, relinquo mille: qa hoc modo, licet monasteriū ingrediatur, tamen ipsū monasterium nō poterit petere illa mille: quia nō sunt legata ipsi mulieri, sed ei, qui ducet eā in vxorem. ita notabiliter tradit Bart. in d. l. ij. ff. de his quæ pœ. no. subdens tamē, ꝙ cōsuluit, vt addatur vnum, scilicet & id quod marito relinquit, debeat esse pretiū dotis, aliàs ipse sibi haberet: quam opin. sequitur Soci. in d. l. ij. & Fely. in dicto c. in p̄sentia. & cū ipso etiam videtur trāsire do. Ias. in dicta

aut.

aut.si qua mulier.C. de sacrosanc.eccles. Aduerte tamen, quod licet autoritas Bart.magna sit,ipse enim fuit lucerna iuris,vt dicit Angel. in consi. xv.incipiente, quęcunque diximus in vulgari. & illuminator iuris ciuilis secundum Panor.in suo cōsi.iij.inci. casus super quo cōsiliū petitur.in ij. col.& virtus iuris nostri secūdū Ro. in cōsilio cccclxxx.incipiente,in casu propositæ consultationis,& in eo semper soleat esse substantia veritatis sequenda,in iudicando & consulendo,vt dicit idem Rom.in cōsi'io ccccdxix.incipiente,quo ad primum propositæ consultationis. & Franc. de Curte,in consilio xlvij.incip. super cōtrouersia vertente inter Fanterminum,in iij col. Tamen al às dicebam,quod non esset ponere os in cœlum,si aliquis teneret contra istam cautelā Barto. Nam mulier,quę profitetur,contrahit matrimoniū spirituale,& nubit Christo. & profitens immortali sponso se coniungit vt c. quæ in Christo.& c. quod autē.xxvij.quæstio.j.

2 *vnde matrimonij appellatione nō solùm intelligitur de carnali,iuxta l.j.ff.soluto matrimonio, sed etiā de spirituali tanquàm de digniori,& in quo versatur salus animæ:vt xxvij.quæst.j.c.nuptiarum bonū.per quæ iura dixit Dionysius de Perusio,in quodā suo cōsilio incipiente,& si doctrina cœcū illuminet,quę refert Maria.in repet.c.quã liter & quādo.lo secundo, in viij.q. in penultim.arti.extrà de accusatio.

3 *quod statutum disponens aliquid contra cognoscentē mulierem nuptam, habet locū in cognoscente moniale,cuius matrimonium indubitàter est dignius:quia licet virgines & cōtinentes,ac etiā coniugati per fidem certam,& operationē bonā deo placentes,ad æternam mereantur peruenire beatitudinē,vt c.firmiter. de summa trinitate & fide catholica. tamen cōtinentes plus Deo placent, quàm coniugati:quia non expedit homini ad regna cœlorū tendenti, accipere vxore carnalem:vt xxxiij.quæst.v. c. tunc saluabitur.& not.gloss.in dicto c.firmiter, vita enim contemplatiua salubrior est,quàm actiua. c.sanè.de regula Modò si testator cōcipiet dispositionē suā iuxta consilium Bart. videlicet illi,qui ducet eā in vxorē, relinquo mille, si filia profitebitur, dicet monasterium, quod ipsum debebit habere illa mille:quia siue velis subintelligere illis verbis,illi, qui ducet,illi scilicet sponso, vel illi, scilicet marito,tunc cùm mulier ingreditur monasteriū, profitēdo dicitur nubere,& se cōiungere cū Christo: vt dictū est, & quod in terminis Barto. iste intellectus debeat accōmodari, facit ratio de qua suprà,in princ.scilicet ratio impediens vitā contēplatiuam:quia mulier considerans, quod si mundo nupserit, maritus, quē accipiet,habebit mille nomine dotis,tacitè ter causa cōsequēdi illa mille,retraheretur à vita monastica. Et non obst.si diceretur, quod illa cauda, quam subiungit Bart.tollit omnia fundamēta,scilicet quod illa mille habeat no-

4 mine dotis: *quia regula est, quod ad ea,quibus nō adaptātur verba legis & testatoris, non adaptatur eius dispositio:vt l.iiij. §.toties.vbi Bartol. no. ff. de dam.infect.& l. hos accusare. §.omnibus.ff.de accusat. & c. ex parte.vbi domi.Anton.de cōcess.pręben.& bonus tex.i c. indēnitatibus. §.sed

§.ſed cùm eas.de electio.in vj. quē
dixit meliorē de iure Ioā. de Anna.
in c.fi.in xj.col.verſic. inquantū etiā
Bart. dicit.extrà.de maledi.ſed ver-
bū,dos,de quo facta eſt mētio p te-
ſtatorē,nō poteſt adaptari ad illam,
quæ ingreditur monaſteriū:quia na
tura dotis eſt, ꝙ remaneat apud fi-
liā,& cenſeatur ſuū patrimoniū. vt
l.Pomponius Philadelphus.ff. fami-
liæ erciſcun.& l.iij.§.ſed vtrū. in fi.
ff.de minor.ſed illud,quod datur ꝓ
ingreſſu,remanet apud monaſteriū,
& monaſterio quęritur,vt c.cō que-
ſtus.de foro cōpetēti. nec remanet,
nec quęritur,nec quęri poteſt filiæ,
cū ſit profeſſa, per quā profeſsionē
abdicauit à ſe propriū, nec propriū
habere poteſt:vt c cùm ad monaſte-
riū.de ſtatu monacho.nec talis pecu
nia reſtitueretur ipſi moniali, ſi ad
aliud monaſteriū ſe transferret: vt
xxvij.q.j. ſi quis rapuerit. & in aut.
de mona.§.ſi verò relinquens.& eſt
caſus in c.cū olim.lo ſecūdo,de pri-
uileg de quo plenè per ſcribētes in
c.cū ad te.de clericis cōiuga. imò ſi
aliter diceremus,ꝙ dos intelligere-
tur relicta pro ingreſſu religionis,
eſſet cōmittere crimen Simonię: vt
c.nō ſatis.& c,veniens. & c. tua nos.
a de Simo.& j. q.j.placuit. Vnde a in
dubio teſtator faciens mentionē de
dote,nō debet intelligi, ꝙ voluerit
intelligere de dote danda pro matri
5 monio ſpirituali: *quia in dubio qs
nō præſumitur velle delinquere, vt
vulgata l.meritò.ff.pro ſocio.& c.fi.
de præſumption.nec eſſe immemor
ſalutis æternæ:vt ff.ad legē Iuliā re-
pet.l. ſancimus canonizata.j. q. vij.
nec eligere viam ad impugnandum
ſua iudicia,vt l.ſi miles. ff. de teſta-
mē.milit.Et ita in ſpecie tenuit Pet.
de Vbaldis de Peruſio, in ſuo tracta
tu,de duobus fratribus. in xj. parte,
quæſt. iiij.referens,ita aliās cōſulu-
iſſe Petr.de Peruſio in quodā ſuo cō
ſilio,incipien.viſo præfato puncto, &
viſis præfatis ſtatutis. in xiiij. libro
conſil. char.cij. & pro hac opinione
benefacit,quod voluit Bald. in aut.
niſi rogati.in ij.col.verſi.quęro nū-
quid monaſteriū.C.ad Trebel. vo-
lens,ꝙ executores deputati ad vir-
gines maritandas,nō poſsint dare il
lam quantitatē virginibus intranti-
bus monaſteriū:& ſic vult, ꝙ id, qd
datur moniali,non dicatur pro ma-
trimonio,& ſic nec dos,iuxta not.in
rubrica. ff. ſoluto matrimonio. de
qua deciſiōe meminit Felynus in c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. in xxxj. col.
verſicu.& iſta opinio adduci poteſt.
extrà de conſtitut.& Cardina. Alex.
in c.verū.in quinta colūna, verſicu-
lo,& ideo dicim*.de cōditio:appo.
6 *quia in contrarium, ꝙ imò verbū
dotis verificetur,etiā in illa,quæ in-
greditur monaſteriū,facit quod no-
tabiliter voluit Bar.in l.j.§.ſi parēs.
ff.ſi quis à paren.ma fue.volēs ꝙ il-
lud,quod dat pater filiæ ingredieti
monaſteriū,puta quādo ponit centū
ſuper altari,ꝙ illud datū dicatur dos
ipſius filiæ,& imputetur filiæ in legi
timam:& dicens,ꝙ per tale datū vul
gò filia dicitur dotata : quā opinio.
ſequitur idem Barto.in l. Titio cen
tū.§.Titio genero.in fine.ff.de cō-
dition.& demonſt.& Bald.in l.quo-
niam nouella. in vltimis verbis. C.
de inofficio.teſtamen.& Bald.in ſuo
tractatu doti.in prima parte, in iij.
columna,verſiculo, adde etiā quòd
ſi pater.& Fabian.de mōte Sancti Sa
bini

bini in sua repetitione aut. nouissi-
ma.in x.q.ix.quæst.principali. C. de
inofficio.testamen.& Georg. Natã
in repetitio.c.quãuis.in xxxij.colũ.
versiculo,duodecimò quęro.de pac.
lib.vj.& præceptor meus in legibus.
dominus Ioannes Campetius in suo
tractatu dot. in vltima parte, quæ-
stio.xxxj.& ꝙ verbũ dotis, verifice-
tur etiã in illa,quæ ingreditur mo-
nasteriũ,demonstratur de eo,ꝙ pul-
chrè consuluit Petrus de Ancharã-
no,in cõsilio mihi cvij.incipiẽte,in-
dictione prima Ferrariæ. &c. & in
cõsilio sequẽti,incipiente, in paucis
7 verbis tractũ est superius.volẽs, *ꝙ
stante statuto,ꝙ filia dotata exclud-
tur à fratribus,ꝙ monialis ita debe-
bit dotari per fratres,si volent eam
excludere,ac si nupsisset mundo, qđ
non esset verũ,si illud datũ seu obla
tum non diceretur propriè dos, cũ
in statutis verba ꝓpriè & strictè in-
telligant: vt habetur in vulgata l.iij.
§.hęc verba.ff. de negoti. gestis. &
in l.quicquid astringendæ.de verbo
rum obligatio.& in c.cũ dilectus.cũ
concordant.de cõsuetud.Motus Pe
trus de Ancharano inter cætera per
hanc authen. nisi rogati. in ratione
8 sui.C.ad Threbellian. *vbi legatum
factum in casu nuptiarũ, verificatur
in ingressu religionis.& pro hoc e-
tiã bene facit quod not.Bal.in l. fin.
in ij.colũna, versicu. sed pone ꝙ fi-
lia.C.de dot.promis.& volẽs, quòd
a quemadmodũ pater a tenetur dota
re filiã volentẽ mundo nubere,vt d.
l.fi.& l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.
& per Bart.in l.obligamur.§.j.ff. de
action.& obligatio.& per Alexand.
in l.mulier.§.cũm proponeretur. ff.
ad Trebellian.ita tenetur dotare vo-
lentẽ ingredi monasteriũ. quã deci
sionem sequitur Felyn.in c.nõ satis.
dę Simonia.& Alexand. in consilio
cxl.incipiẽte,viso themate suprascri
pto.in iij.colũna, versiculo, facit ad
prædicta.quod no.Bald. in secundo
volumine.& Bald. nouellus,in suo
tractatu dotis, in xvj. speciali, circa
principiũ.Vlterius fortiter vrget de
cisio quasi in terminis nostris eiusdẽ
Bald.in dicta authen. nisi rogati. in
tertia colũna,versiculo,quæro quid
si testator.C. ad Trebellianum.vbi
9 voluit, *ꝙ si testator leget certam
quantitatẽ genero suo pro dote, &
cõtracto matrimonio,sed adhuc nõ
cõsummato,sponsa ingrediatur mo
nasterium,ꝙ muliere profitente mo
nasteriũ,habebit illud legatũ, nõ a-
lia ratione,nisi ꝙ monasterium suc-
cedit loco generi. Non obstat illud,
quod dicitur de Simonia:qa est ve-
rũ, ꝙ per dationẽ alicuius rei tem-
poralis pro ingressũ religiõis cõmit
titur Simonia, vt illis iuribus supe-
rius allegatis.Sed illud procedit, qñ 11
tẽporale datur principaliter pro in-
gressu,vt esset quãdo interuenisset
pactũ:secus autẽ quando datur non
principaliter,sed secundariò, & ita
intelliguntur iura præallegata.idcir
10 co dixit Bal.in l.fi.C.de spõs. *ꝙ si
pater dicit,supplico vobis, vt velitis
accipere filiam meã in monialem,&
pro alimentis eius volo, ꝙ habeatis
mille de bonis meis,ꝙ nõ est Simo-
nia.& similiter dixit dominus Abb.
in c.tua nos.extrà eodẽ, de Simon.
quem ibi referunt,& sequũtur Ioã.
de Anna.& Felyn.quòd illi qui do-
nant cardinalibus & alijs prælatis,
vt per eorum intercessionem conse
quantur beneficium, quòd si inten-
dunt

dunt donare non principaliter causa auxilij dādi, quòd secūdariò hoc sperent, non committunt Simoniā: similiter donans familiari alicuius prælati, vt rem beneficij sollicitet, si ille familaris non est talis, cuius intuitu prælatus sit donaturus, non est commissa Simonia. Ita domin* Cardinalis, in c. tuam. de ætate & qualitate. Dicens se ita respondisse cuidam curiali vrbis Romæ. ita possumus dicere in casu nostro, quod testatore relinquente, vt suprà, voluerit relinquere principaliter pro ingressu religionis, eueniente casu ingressus: & possibile est etiam, ꝙ voluerit relinquere secundariò: ergo sequitur, ꝙ iste intellectus vltimus tanquàm benignior, & excludens peccatum, debebit amplecti, iuxta regulam in dubijs. ff. de regulis iuris. & c. estote misericordes. eodem titul. in antiqui. Et de hoc videtur in terminis decisio Bartol. in dicta l. Titio centum. §. primo. in fine. ff. de conditionib.

11 & demonstrationib. dicens, * quòd si testator dicat in testamento, si tales moniales accipient filiam meā in sororem, relinquo eis centum pro alimentis: tale legatum valet, nec dicitur Simonia: idem dicēdum est in casu nostro, quando legatur aliquid pro dote, cùm ipsa dos succedat loco alimentorum: & per Ioannē Andre. in rubrica, de statu monachorum, post medium. versiculo, scire debes. & per dominum de Rot. in sua decisione xviij. posita sub rubrica, de consuetudine, incipiente, fuit dubitatum, & in relationibus positum in nouissi. & per Baldum, & Salycetum. in l. sancimus. C. de nupt. & per Albericum de Rosa. in l. quoniam in prioribus. in vltima columna. C. de inofficioso testamento. & alibi sæpe Doctores, & quòd contra cautelam Bartol. possit teneri, facit

12 illa regula, quę est, * ꝙ non in quem verba, sed in quem disponentis intentio dirigitur quæri oportet: vt l. cùm pater. §. donationis. de legatis secundo. & similiter quando vna persona exprimitur, & in aliam finis & intentus dirigitur, attendi debet persona, in quam intentus dirigitur: vt l. cùm dotem. ff. ad legem Falcidiam. Ita in casu nostro. nam testator vni legat, & tamen alteri, id est filiæ, legare intendit: super quibus cogita.

a Vnde in. *In dubio testator faciens mentionem de dote, an debeat intelligi, quòd voluerit intelligere de dote dāda pro matrimonio spirituali, uel an relictum pro dote de necessitate, intelligatur pro matrimonio carnali, ita ꝙ si ingrediatur monasterium, relictum nō debeatur. uide d. Alexan. signanter. in cōsil suo cxxj. in ij. uolumi. ibi, quartò probatur illud, quod relinquitur pro dote, nec mandabis obliuioni.*

b Pater tene. *Sed quid si filia habeat de suo, unde se dotare possit, an pater de proprio eam dotare teneatur, si habet idoneā substantiā? uide per d. Alex. in consilio vij. secundæ partis consiliorum suorum. Et an legatum dotis succedat loco legitimæ debitæ de iure naturæ: dic ꝙ sic. uide per eundem d. & Alex in consi. ccviij. in secundo uol & in quo differat legatum dotis collatū in tempus nuptiarū, & legatū quando relinquitur mulieri pro se maritanda, uel ad maritandum: uide per eundem in consilio lxxvij. in v. uolu. ibi, ideò enim. &c.*

Cautela pro pluribus laicis inquisitis, ad trahẽdum processum de manu iudicis secularis, ad forũ ecclesiasticũ. X.

1 *Iudex laicus, in causis laicorum regulariter est iudex competens, non autem iudex ecclesiasticus.*

2 *Priuilegiatus qui non est, habens rem communem cum priuilegiato, priuilegijs priuilegiati gaudet.*

3 *Clericus & Laicus si ambo rei fuerint, tam laicus quàm clericus in foro ecclesiastico conueniri debet.*

4 *Haeredes si clerici & laici fuerint, & ab eis alimenta petantur, coram ecclesiastico iudice peti debent.*

5 *Testamenti executores, si clericus & Laicus fuerint, ad exequendum per iudicem ecclesiasticum compelli debent.*

SI CONTINGAT plures laicos accusari, seu inquiri de aliquo delicto, certum est, quòd debent accusari seu inquiri à iudice seculari:
1 quia iudex laicus, in causis laicorum regulariter est iudex competẽs, non autem iudex ecclesiasticus: vt c. licet ex suscepto & ca. ex tenore. de foro competenti. & est magna differentia, an quis accusetur seu inquiratur à iudice ecclesiastico, an à iudice seculari. quia ecclesiasticus non habet gladium sanguinis, vt c. clericis. & c. sententiam sanguinis. ne clerici vel monachi. & cap. ex literis. de excessi. prælato: videamus ergo, an si plures laici accusentur, seu inquirantur de eo crimine, coram iudice seculari, sit dare cautelam, quòd causa trahatur de manu ipsius iudicis secularis, ad iudicem ecclesiasticum. dic quòd sic, scilicet quòd inspiciatur, si inter ipsos inquisitos seu accusatos reperiatur etiam vnus solus, q sit clericus. & sic qui debeat à suo iudice ecclesiastico iudicari, iuxta no. in c. si diligenti. de foro competent. & in authentica, statuimus. de episcopis & clericis. & tunc iste clericus petat se remitti ad suum iudicem competentem. iuxta capitul. si iudex laicus. de sententia excommunicationis. in vj. quia facta tali remissione, omnes laici debebunt & ipsi ratione cõnexitatis remitti ad ipsum iudicem ecclesiasticum, istud fuit inauditum, & admirabile dictum Antonij de Prato Veteri, in l. prima. in fi. ff. quæ senten. sine appellatione resc. quod dictum refert & sequitur Maria. ponendo ipsum in cœlum in c. secundo in quarta columna. versi. octa nõ fallit. de mutu. petitio. motus do. Antonius duobus fundamentis. Primò, ne continentia causæ diuidat, & sequatur absurdum, q aliquando in vna & eadem causa ferantur plures sententiæ, & forsitan contrariæ. Secundò motus per textum in l. si communem. ff. quemadmodum seruitu. amit. vbi est textus melior de iure,
2 quòd non priuilegiatus, habens rẽ communẽ cũ priuilegiato, gaudet priuilegio priuilegiati. Et istud dictum adeò gustat Maria. in loco superius allegato, & q ex ipso putat posse inferri, q si inter plures, inter quos agendum est duplicibus iudicijs, vel inter plures tutores, seu curatores esset aliquis clericus, q tam cõtra laicos, quàm cõtra clericos esset adeundus iudex ecclesiasticus: & idem in similibus, secũdùm eũ dicẽtem, hoc esse importantissimũ, & ab alio nõ tactũ. refert & sequitur Fel. in c. primo. in quarta col. versi. & dixit dominus Anto. extrà de præscriptio.

ptio.& quòd ista opinio sit vera, potest comprobari triplici medio. Primò de eo, quod tenet Bartolus in l. præcipimus. §. penultimo. C de appellationib.* vbi vult, quòd si clericus & laicus sint ambo rei, quòd tā laicus quàm clericus debet conueniri in foro ecclesiastico. Secundò, de eo, quod voluit idem Bartol. in l solent. ver. quæro quid si hæredes sunt diuersi fori. ff. de alimē. & ciba. legatis.* vbi vult, quòd si hæredes sunt clerici & laici, & ab eis petantur alimenta propter personam clerici, petentur coram iudice ecclesiastico, & iudex secularis coget laicos ire ad forum ecclesiasticum, & suam iurisdictionē prorogare. Tertiò de eo, quod voluit do. Cardi. in c. Ioannes. per tex. ibi, de testam.* vbi dicit, ꝙ si clericus & laicus sint relicti executores testamenti, debent ambo cōpelli per ecclesiasticum ad exequendū. Et vltra ista, pro gustatione isti* cautelæ, vide quæ in hoc proposito latè accumulat Fely. in d. c. primò. de præscrip. & latè Georg. Natam in sua repetitione. c. quāuis. de pac. in sexto. in iij. col. versic. ex qua infero. & latius Barb. in suo commento. c. Raynald. quod Ioanninam appellauit, in antepenul. cha. ta. vel si. octauò moueor. extrà de testam. & etiā latè per d. Iasonem in l. emancipati. in iij. colū. ver. nota tu diligēter. C. de collat.

2 Si cleric. &c. *Adde ꝙ qui est coniunctus maiori, gaudet priuilegio maiorum, quia maius dignum trahit ad se minus dignum. c. ꝙ in dubijs. de cōsec. eccle. uel altar. Quid si conueniatur collegium illicitum, in quo sint clerici & laici? uide Bartolum in l. si ff. de colle. illicit. alia plura uide in Apostilla ad Bart. in §. pen. in l. præcipimus. C. de appella. in uerbo, eodem obseruando.*

Cautela pro debitore obligato obligatione iurata, ad extrahendum causam de manu iudicis secularis, ad iudicem ecclesiasticum. XI.

1 *Lites curiæ in ecclesiastica sunt immortales, quoniam ipsis aliqua instantia præfixa non est.*

2 *Iudex qui est causæ præparantis, debet esse iudex causæ præparatæ.*

3 *Instrumentum usurarium, uel simulatum coram episcopo duci debet: & etiam ab eo absolutionem à iuramento petere.*

4 *Iuramentum licet principaliter Deo obliget, ille tamen, in cuius fauorem præstitum est, ipsum remittere potest.*

5 *Iuramentum remitti non potest, quando altera pars iam periurium incurrisset.*

TEMPORE, quo magnificus dominus Georgius Corneli* erat potestas huius ciuitatis Paduæ, euenit, quòd dum quidam esset obligatus vigore cuiusdam transactionis iuratæ, ad soluendū certo tēpore certam pecuniæ quantitatem, ex tali transactione prætendens se læsum, deliberauit: quia erat potētior suo creditore, amicis, fauorib* & patrimonio, dicto suo creditori moue re litem: existimans, ꝙ mouendo dictā litem, reduceret eū ad aliquā bonam cōpositionem, prout postea fecit: & ad hoc, vt faciliorē haberet cōmoditatē fatigādi dictū suū aduersarium laboribus, & expēsis litis, cogitans, ꝙ causæ, quæ tractantur in curia ecclesiastica, sunt penè immortales.* ipsis enim nō est pfixa aliqua in

stantia: vt no. per glo. & omnes in c. 3 venerabilis. de iudi. & per glo. Bart. & alios in l. properandum. in princi. C. eodem. de iudi. & per Alexand. in consi. xxiij. incipien. visis scriptis mihi exhibitis. in tertio volumine. & similiter in ea ab omni iterlocutoria, & ab omni grauamine appellatur: vt c. debitus. & c. cùm causam. de app. & c. cordi. eodem titul. lib. vj. Et attento etiam, quòd lata sententia in ipso foro ecclesiastico, pars appellat ad sedem apostolicam, & posteà impetrat in partibus vnum iudicem delegatum sibi propitium, qui differt causæ expeditionem tantùm, quantùm vult ipsa pars, quæ ipsum impetrauit: idcirco volens fugere iudicē secularem, & coram ecclesiastico litigare, fuit vsus tali malitia: nam adiuit iudicem ecclesiasticum, narrans qualiter fecerat cū tali persona quādam transactionem, quam iurauerat habere ratam & firmam, & in aliquo non cōtrauenire: & quia in ipsa fuerat grauiter læsus, & certis alijs iustis de causis nūc intēdebat cōtra ipsam venire. Sed quia istud non poterat ita simpliciter facere propter iuramentū, propterea petebat ab ipso in primis absolui: breuiter post aliqua obtinuit ipsam absolutionem: qua obtenta creditor volebat cōuenire istum suum debitorē coram iudice seculari, petendo ꝙ deberet satisfacere dictæ transactioni: debitor respōdebat ꝙ iudex secularis nō erat iudex cōpetens in hac causa, sed erat

2 episcopus,* quia regula erat, ꝙ q est iudex causæ ꝑparātis, debet etiā esse iudex causæ ꝑparatæ: vt l. ordinarij. C. de rei vendi. vbi Bal. in ij. no. decidit in terminis casum nostrū dicēs, * ꝙ si aliquis dicturus instrumentū simulatum, vel vsurarium, & pro absolutione à iuramento adeat episcopum, quòd impetrata absolutione necesse habebit causam principalē tractare coram eodē episcopo. quod dicit fore notandum. quam opinio. Bald. sequitur Alexand. in l. quoties. C. de iudic. & domi. Anton. de Alexand. in l. nulli. C. eodem. quem refert. & sequitur domi. Iason. in dicta l. quoties. sequitur Fely. in c. j. in xj. col. versic. sextò quæro aliquis dicturus instrumentum simulatum. extrà de iureiurand. & in c. ij. in antepen. col. versicul. & per illam conclusionem. de sponsa. & in c. parochianos. circa finem, de sentēt. excom. & in c. cùm sit generale. in v. col. versic. amplia cōclusionem ex quotidiana doctrina Bald. de foro compe. vbi allegat istud idem tenere dom. Bapt. de Sancto Seuer. in sua repet. l. omnes populi. in xiiij. col. versi. hæc videntur vera. ff. de iust. & iure. Et licet cōtra istam opinionem Bald. tenuerit Pau. de Castr. in d. l. ordinarij. dicēs, ꝙ illa l. in qua se fundat Bal. nō probat dictum suum, tamen, opin. Bald. sequitur ipse Paul. de Castro, sibi cōtrarius in l. ij. C. vbi & apud quē. dicens istud esse dictum singulare, & quod illo anno habuit super hoc disceptare. Et in suo consilio lxviij. incipit, visis & ponderatis omnibus. de quibus suprà. & Alexand. in consilio cxcvij. incipient. circa primum quæsitum. circa finem. in secundo volumine. & in consilio lxiij. incipi. in causa & lite vertente inter Thomam. in j. columnn. versicul. & motus fuit dictus iudex. in iij. volum. & pro ista opinione benè facit tex. in c. plerunq;.

runq;.de dona. inter virum & vxor. vbi iudex ecclesiasticus, qui cognoscit de matrimonio:quia est res spiritualis,vt in c.lator.& in cap.cùm causam.qui filij sint legitimi, cognoscit etiā de dote. & per istas autoritates fuit iudicatū, q̄ si ille creditor volebat cōuenire illum suū debitorem, quòd deberet ipsum cōuenire corā episcopo:& hoc modo traxit causam de manu iudicis secularis ad iudicē ecclesiasticum,& fuit in effectu pulcher modus, & pulchra via. sis ergo cautus tu, si vis extrahere causam de manu iudicis secularis ad forū ecclesiasticū, vt vtaris cautela, de qua supra,quādo es obligatus obligatione iurata. Sed si contra istam malitiam vis adhibere remedium, cautela est; quòd quādo vides aduersarium tuū quærere absolutionē,si times, quòd ipsam sit impetraturus, tunc remit-
a tas sibi ipsum iuramentum:*quia da
4 to,q̄ iuramentum principaliter obliget Deo,vt c.debitores.& c.& si Christus.de iureiurand.tamen ille,in cuius fauorem est præstitum ipsum iuramentū, habet vim apostolici in remittendo illud, nec requiritur alia absolutio:q͞a Deus etiā remittere videtur, cū illud rereperit ad vtilitatē alterius:vt c.j.& ibi no.omnes,de iureiurando.& not.Bar.in l.j.§.& post operis.& ibi dominus Iason, qui circa hoc quædā pulchra ponit.ff.de operis noui nūcia.Bart.in l. Labeo.ff. de iureiurādo.Bal.in auth.quod eis. C.de nuptijs.elegāter p Speculator. in titulo,de lega.§.nūc ostēdendū. versiculo, hoc quoq;. quia si posteà pars nō obstāte remissione vellet omnino petere absolutionem,tūc tanquàm absolutio nō iuris,sed facti nō extenderet iurisdictionem.argumē. notatorum per glossam,in l.si pater. C.ne de statu defunc.& per glo.in c. si plures.in glo.fi. de officio delegati, in sexto. ita pulchrè dixit Paulus de Castro in dicta l. ordinarij. C. de rei vēdicatione. dicēs,q̄ istud semel habuit de facto ī nostra ciuitate Brixiæ,in præallegato cōsilio lxviij.quē referūt & sequuntur Alexā & dominus Iaso.in dicta l.quoties.C.de iudicijs.vbi dixit Alex. ista fore pepetuò tenenda mēti,quia quotidiana sunt. Ad vnū tamen est aduertēdum, q̄ si prædicta malitia debet procedere,& habere locū, scilicet q̄ per impetrationē absolutionis à iuramento debeat posse prorogari iurisdictio iudicis secularis in iudicem ecclesiasticum, requiritur, q̄ inpetretur antequàm impetrās incurrerit in periuriū:quia si antè incurrisset in periurium, quia nō satisfecisset debito tempore prout iurasset satisfacere, tūc talis absolutio nō debet per episcopum cōcedi:ita originaliter cōsuluit Federicus de Senis in consilio ccc.incipiēte:factum tale est,debitor iurauit soluere.in fi.vbi dicit ita debere intelligi c.j.de iureiu.alleg.lo. And.in c.debitores.gl.penul.in fin. eodem titulo. allegat etiam rationē c.quia frustrà.de vsuris. quā opinionem etiam cōsulendo tenuit Petrus de Ancharano, in cōsilio secundùm ordinem meorum,cxcviij.incipiente,prædictis subtiliter,& ad plenum deductis.in fine.vbi dicit,q̄ aut iudici non est facta mentio de ipso periurio,& tunc tanquàm indirectè obtenta est nulla:argumen.l.si prætor. ff. de iudi. aut est facta mentio, qua non obstante secuta est absolutio,

& tunc est iniusta: habilitare periurum ad agendum,& sic aperire viã periuriis.quod fieri non debet, vt l. prima,si aduersus vendi.& cap.si verò. cum similibus.de iureiu.Et hanc sententiam sequitur dominus Cardinalis in dicto c.debitores. vbi etiam Imo.& dominus Abb. in secunda columna,versiculo, antequàm expediamus illam particulam.& Lau. de Rodoi.in suo tractatu,de vsur.in quæst. cxx:j.incipiente, tractemus nunc aliquid de iuramento.& Alexander in consilio lxxviij.incipient.interrogatus sum. in secunda columna, versiculo,& subdit ibi.in quinto volumine.& Philippus Corneus, in consilio vj incipiente, in hac consultatione viso suprà scripto puncto.in quarta columna,versiculo,in casu autem nostro.in primo volumine. Et similiter remedium suprà datum contrà dictam malitiam, scilicet remittere
5 iuramentũ,non esset bonũ: *quia iuramentũ nõ potest remitti,quãdo altera pars iam incurrisset periurium: vt not.Barto. & dominus Iason,in l. Labeo. ff. de iureiurando. Bartolus in l.cũ ita stipulat⁹ sim à Proculo.in vlt.col.versi. item quid si prorogaui terminum. de verborum obligatio. Baldus in authẽtica, quod eis.in fin. C.de nupti.& Fely.in cap.j. de iureiur.in ij.colum.versic.procedit ergo iste text.

a Tũc remit.sibi ipsum iura.*Iuramẽtum an possit remitti per partes,ut euitet periuriũ.uide p d Lud.de Rom.ĩ cõsi suo xij.incip. uiso facto proposito. caeteriq; cõsilijs & facit cap primum extra de iniu facit quod no. Bar.in l. j in §. & post opera ff. de noui.oper. nũ.& per Io.An.extra de spo. c praterea.nũquid autẽ tolli possit per statutũ naturali iustitia persuadẽte? uide de hoc signanter in praeallegato consil. Ro quod est pulchrum.*

Cautela ad irritandum unum processum. XII.

1 *Iuramentum calumniae tacitè remitti potest.*

2 *Iuramentum de calumnia in tantùm necessarium est, & rationabile, quòd non ualeret statutum seu consuetudo in contrarium, quòd tale iuramentum praestari non debeat.*

3 *Acta ubi non loquuntur, nec nos loqui debemus.& quod in corpore actorum non continetur, factum nõ reputatur.*

SI QVIS mouet tibi litem, & vis facere, ꝙ processus, qui in causa formabitur,sit nullus, accipe cautelam, quòd quando respõdes libello actoris,& negas narrata prout narrãtur, & petita prout petuntur, &c.ꝙ tunc in respõsione tua in aliqua parte, quæ nõ soleat multùm põderari, petas partem aduersam iurare de calumnia, & posteà circa dictum iuramentum amplius nõ insistas: quia si aduersarius nõ aduertet ad dictã petitionem iuramenti,& sic de calũnia non iuret, totus processus erit nul-
1 lus:*quia iuramentum calumniæ bene potest tacitè remitti.ut c.j.de iuramẽ.calum.in vj. sed si est petitũ,& nõ fuerit præstitum,totus processus est nullus: ita tenent Iacob. Butrig. Pau.de Castro,& Franc.de Aretio in l.ij.§.sed qa veremur. C.de iuramẽ. calum.vbi Iacob.Bu.dixit,ꝙ malitiosi procuratores dum respõdent libello,negãt narrata prout narrãtur,&c. & posteà in fine scripturæ,petunt de calumnia iurari, & vlterius nõ insistant,vt si tale iuramentũ nõ præstetur,

tur, totus processus reddatur retrò nullus. quã opin. similiter tenet Bar. & clarius Alexand. circa prin. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. noui nũc. Imo. in l. qui bona. §. si alieno. & ibi etiam Alex. in v. col. vers. & circa istud iuramentum calumniæ. ff. de damno infecto. Mathesil. in suis singula. singul. lxvj. incipiẽte. no. aliam cautelã domi. Iaso. in l. iusiurãdũ & ad pecunias. §. qui iusiurãdum. ff. de iureiurã. Practicus Papiẽ. in forma libelli in actione reali, in verbo per sa- 3
2 cramẽtum calumniæ. *nã ista pręstatio iuramẽti de calumnia, est in tantùm necessaria, & rationabilis, ꝙ nõ valeret statutũ, seu cõsuetudo in cõtrarium, quòd tale iuramentum non debet pręstari: vt c. cæterum. de iuramen. calum. & c. constitutus. de fideiuss. & ita firmant Mathesi. domi. Iaso & Practicus in locis suis superius alleg. Secũda cautela est, si vis irritare processum, qui agitatur in causa, ꝙ quando citaris ad vidẽdũ iurare testes, iuxta l. si quando. C. de testi. & in c. in nomine domini. extrà eo. nõ cõpareas: quia si eueniret, id quod sępissimè solet euenire, ꝙ testes vocati ad testificandũ, comparẽt corã notario, neutra parte præsente, & dicũt Domine notarie nos fuimus citati ad deponẽdũ in tali causa, vellemus, ꝙ nos expediretis: quia sumus impliciti negotijs, non possumus hic diu morari. notarius autem neutra parte pręsente defert eis iuramẽtum, & posteà dicit, ite & reuertimini cras: q̃ vos examinab o, nũc nõ possũ: & notarius istud facit ad hoc, vt testes iurati in termino, possint quandocũque examinari etiam extra terminũ, iuxta notata per Bartol. & Roma. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe. & latè per Roma. in consil. cccclxvj. incipien. quo ad primum. nam si eueniret, vt superius est dictũ, ꝙ notarius deferret iuramentum testibus de veritate dicẽda, neutra parte præsente, vel dic etiã, posito quòd partes sint præsentes, vel aliqua earũ, sed istud nõ cõstaret in actis, quo casu de deductis in iudiciũ tãtùm creditur iudici & notario quãtùm probãt ipsa acta: vt c. quoniam cõtra. cum ibi notatis, de probatio. *Nam vbi acta nõ loquuntur, nec nos loquimur: & qđ in corpore actorum nõ cõtinetur, factum nõ reputatur: vt dicit Bal. in c. fi. de probati. nam acta nõ possunt probari per testes, nisi quando fuissent redacta in scriptis, & essent deperdita: vt nota. per Bar. & Bald in l. ne in arbitris. C. de arbit. & latè per Bal. in l. fi. in ij. col. versi. quæro nunquid acta iudic:j. C. de iudi. cum cõcord. tradit is per Fely. in d. c. quoniã contra. de probatio. in vltima colũ. versi. nono quæro tunc omnis testificatio facta per tales testes iuratos, neutra parte p̃sente, nõ valet, nec tenet. ista est gl. peregrina, & vnica in iure, in l. si quãdo in verbo, introducit. C. de testi. per quam Rapha. Fulgo. in l. j. C. quomodo & quando iudex dixit, se hic Paduæ irritasse mille processus, & mille dicta testium. quẽ refert & sequitur Lanfrã. de Oria, in reperi. dicti c. quoniam cõtra. in verbo. testes. in sexta quæstione.

Cautela ad faciendum, quod dictũ testis extraiudiciale, præualeat secundo iudiciali. XIII.

1 *Testis quando dictum praualere debeat, si unum extra iudicium, & aliud posteà in iudicio dixerit.*

QVAESTIO est inter scribentes, nunquid si testis dicat vnũ extra iudicium, & aliud posteà in iudicio, quod dictum istorum debeat preualere. Bart. in l. eos. ff. de fal. mirabiliter tenuit, q primum extraiudiciale debeat præualere secundo iudiciali: imò q est plus, voluit, q propter talem variationem, tanquàm falsarius debeat de falso puniri: vnde a dicit, q cautela est, quando habes testem, de cuius stabilitate dubitas, interroges ipsum coram testibus: quia si vnũ dicit extra iudicium, & aliud posteà in iudicio, primum dictum extraiudiciale præualebit secundo iudiciali: & talis varians poterit de falso puniri: subiungens, q propter hoc cauti homines, quando interrogantur, quid deponetis, respondent, quando ero in iudicio, dicam quod mihi videbitur, & q bene faciũt, ne posteà incidãt in falsum: quam opinio. tenuit etiam domin. Anto. licet circa punitionem falsi discrepet à Bartol. per rationem, de qua ibi per eũ in c. cũ in tua. de testi. tenuit Pe. de Ancha. in omnibus sequẽdo Bartol. in Clemen. ij. circa fin. versicu. si verò econuerso. de testi. dom. Card. dicens ibi de hoc esse casum rotundum, in c. per tuas. circa princ. de probati. & dom. Abb. in c. inquisitionis. §. tertiæ. de accus. & hanc sententiã etiam cõsulendo tenuit Pe. de Perusio, in quodam suo cõsilio incipien. testis extra iudicium, cui cõsilio se subscripserunt domin. Honofri. de Bartholinis. domi. Marcus Angelelli, sua tempestate Doctores Perusini præclari, vt refert Philip. Corn. in cõsil. clxx. incipient. licet in hac cõclusione. in vltima columna, versicu. & quãdo testes deponunt. in iij. vol. & pro hoc bene facit gl. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in poss. ea. quæ vult animum cognosci per extraiudicialiter dicta. Tamẽ communis & vera opinio est in cõtrarium, quòd testis dicens vnũ extra iudicium, & aliud posteà in iudicio, q secũdum dictũ iudiciale p̃ualeat primo extraiudiciali. & a q talis varians nõ possit puniri de falso. quam opin. primò visa est tenere gloss. & ibi Ioann. de Imo. qui dicit Canonistas communiter tenere cõtra Bar. in c. cùm causam. de testibus. Bald. Panor. & Barba. in dicto c. per tuas. de probat. Ang. in d. l. eos. ff. de fal. & in cõsilio ccxxxiij. incipi. punctus est, quædam domina Margarita. in ij. versicu. quinimò secundum Barto. vbi dixit, quòd opin. Bar. nunquàm sibi placuit, tenet Roma. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. de dã. infec. & in cõsilio cccccv. incipiẽ. cũ testis extrà iudicium. Salyc. in auth. si dicatur. C. de testib. & in l. si quis decurio. circa finem, versic. quæro testis extra iudicium. C. de fal. Baldus in l. nullum. in principio. C. de testibus. & ĩ c. j. §. si enim domino. quid sit inuesti. in vsi. feudo. vbi dicit, ibi esse casum cõtra Bar. tenet idẽ Bald. in cõsilio clxviij. incip. licet assessores eũtes post Bar. sicut cœci. in quinta parte. & Io. de Ana. in præal. c. inquisitionis. §. tertiæ. de accus. & ista in effectu est cõmunis opinio, à qua in iudicãdo & cõsulẽdo nõ est recedendũ. Tu autẽ, qui habes testẽ, qui extra iudiciũ dixit, id quod est ad propositum tuũ, si vis obuiare, q si contingeret, quòd ductus in iudiciũ aliud diceret, quàm quòd extra iudicium

ciū dixerit, quòd per talē suā narrationem tibi non noceat, & sic q̃ primum dictum extraiudiciale, præualeat secundo iudiciali. Cautela est, q̃ quádo extraiudicialiter corā testibus ipsum interrogasti, & respondit se nihil scire, vel se tantū scire, q̃ tunc per aliquem bonū modū inducas ipsum iurare, se tibi dixisse purā veritatem, & nihil aliud scire, nisi q̃ ut tibi dixit: qa si posteà in iudicio aliud dicet, primū dictū extraiudiciale, p̄ualebit secūdo iudiciali: ita singulariter dixit do. Abb. per rōnē, de qua ibi per eū, in præallega. c. per tuas. quē refert, & extollit Fely. in d. c. cùm in tua. & istā opinionē saluādo, hoc mō Barto. in d. l. eos. tenuit Fulg. in l. qui falsa & varia. ff. de testibus. Iaco. Aluarotus in c. j. §. notandū. de no. feudo. Cæpol. in cōsi. iij. incip. super primo dubio, quo quærit. in j. col. ver. & pōt alia ratio assignari. & in ij. colū. ver. nec obstat, q̃ tertio loco. & Alex. in cōsi. cliiij. incip. viso themate suprascripto. in iij. col. versi. præterea probatū est. in quinto volu. Et istā cautelā aliàs hic Paduæ duabus vicibus practicaui, & obtinui coram rectore nostro Iuristarum: quarum vna fuit, sub magnifico equite aurato, & iuris vtriusq; Doctore do. Iulio Luzago, nūc affine meo clarissimo, tēpore, quo Rector erat istius nostri Gymnasij Patauini.

a Et q̃ talis. *Adde an testis examinatus in iudicio, si deposuit uno modo, deinde extra iudiciū aliud dixit prius an te quā examinaretur, an occasione uacillationis possit torqueri. uide in consi. lxiij. in j uol. per do. Alex. de Imol. Sed nunquid testis deponens falsum nō circa factum principal[e sed] circa qualitates substantiales. sed circa alia extrinseca, an reddatur in totū falsus. uide per eundē d. Alex. Imo. in consil. lxxxviij. in v. uol. Item si testis extraiudiciū dixit nihil scire, an possit cogi testificari in iudicio. uide per do. Ludo. Ro. in consi. ccccc v. quod inci, cū testis extraiudicium &c. est pulchrum consilium.*

Cautelæ diuersæ ad liberandū iudicem à syndicatu. XIIII.

1 *Iudex aliquem ad torturam, nisi præcedentibus indicijs ponere non potest.*

2 *Statutum si disponeret, quòd potestas uel iudex maleficiorum liberum arbitrium procedendi in criminalibus habeat aliquem ad torturam, nisi præcedentibus indicijs, ponere non potest.*

3 *Iudex an actione iniuriarum teneatur, si aliquem iniustè carcerare fecerit.*

4 *Actionibus popularibus, & etiam in criminibus uno agente, actio consumitur.*

5 *Reus quotiescunq; cum accusatore conuersus reperitur, præuaricatio probata dicitur.*

6 *Maritus leno præsumitur, quando ex uxoris adulterio non indignatur.*

7 *Iudex non potest nisi ex magna causa augere, seu minuere pœnas a statuto limitatas.*

8 *Iudex quilibet malè gerens officium suum in alterius damnum, facit litem suam.*

9 *Iudex si condemnauit minori pœna quàm debuerat, in pœnis publicis, non competit fisco auxilium restitutionis in integrum.*

10 *Iudex deposito officio, debet stare in loco officij per quinquaginta dies, ad hoc, ut de eo conqueri uolentibus respondere ualeat, quo tempore elapso*

amplius non tenetur.

1 IVRA* sunt vulgaria, quòd [a] iudex
a non potest aliquem ad torturã ponere, nisi præcedãt legitima indicia: vt l.j.in prin.& l.fi.ff.de quæstio.& l.milites.§.oportet.C.eo.& l.sicut. C.de fal.& c.cum in cõtemplatione de regu.iu.in antiquis.& c.nõ solẽt ij.q.vj.& ista regula est adeò vera,
2 *quòd etiam si extaret statutũ, quòd potestas, vel iudex maleficiorum, habeat liberum arbitrium procedendi in criminalibus, tamen propter hoc non posset ponere aliquem ad torturã absq; legitimis indicijs, vt notabiliter voluit Gandi.in suo tracta.malefi.in rubri.de quæstio.& tormen.circa finem.versi. quid autem possit facere potestas.& Pau.de Eliazar.in cap.grauis.de depo.quem sequitur Alex.in cõsil.lxvj.incip.habita super contentis in superiori themate congrua consideratione.in ij. colum.versicu.videtur ergo contra bonos mores.in primo volumine. Et casu quo iudex torqueret aliquẽ sine ipsis legitimis indicijs, tenetur in syndicatu actione iniuriarũ, arbitrio iudicis habentis iudicare: vt nota.Bal.in rubri.C.de pœna iudi. qui ma.iudi.& Salyc.in l.fi.in vij.q̃stione.C.eod.pone modo, quòd iudex fecit aliquẽ torquere non præcedẽtibus legitimis indicijs, eritne dare ei aliquod remediũ seu cautelam, ꝙ in syndicatu nõ possit cõueniri? dic quòd sic. Cautela est, ꝙ in relaxatione torti inducat ipsum cũ blanditijs, vel alio bono modo ad confitẽdum, quòd legitimè fuit tortus,& faciat, quòd aliquis notarius sit de tali confessione rogatus: quia hoc modo nõ tenebitur in syndicatu.ita signanter dicit Cataldi de Viso, in tracta.syndica.circa principiũ allegãs hoc voluisse Ang.in l.iniuriarum.§.si ꝗs ꝑ decreto.ff.de iniur. & dicens quòd ita vidit de facto practicari.quem refert & sequitur solẽnis do.Franc.de Sancto Seuerino, in suo tractatu de indic.& tortu.in materia torturæ, in quinta quæstione prin.in fi.In præcedenti cautela vidim* qualiter iudex nõ possit syndicari, quando aliquem iniustè torsit. Pone modò, quòd aliquem iniustè similiter fecit incarcerare,* quo 3
casu tenetur actione iniuriarum: vt est textus in l.nec magistratibus.ff. de iniur.& nota.gl.in l.ij.§.fin.ff.si quis cautio, quæ iniuria æstimatur iuramento ipsius iniuriati cum taxatione iudicis, iurando se potius voluisse tantùm perdidisse, quàm fuisse passum illam iniuriã iniustæ carcerationis: vt no.gl.& Barto.in l.iniuriarum æstimatio.ff.de iniur.& Socy.in consi.cxlvj.incip.viso processu agitato.in vltima colũ. Qua cautela poterit vti iste iudex, qui fecit aliquem iniustè incarcerare, ad hoc, ne possit conueniri in syndicatu actione iniuriarũ.dic ꝙ cautela est, quòd antequàm relaxet ipsum incarceratum, faciat, ꝙ præstet fideiussores de se præsentãdo toties, quoties fuerit requisitus: quia per talẽ præstationem fideiussionis, videtur approbare capturam,& cõfiteri fuisse legitimè captum: ita docet solennis Doct.dom.Amade.de Castel.q tempore suo fuit magnus practicus in magistratibus, in suo tractatu de syndica.circa finem.versi.postremò dicendũ est.allegat ita tenere Bart. & ita in effectu tenet in sua disputatione

tione incip. Lapus fuit captus. Sequitur Bap. de Sancto Seuerino, licet dicat istam decisionem sibi videri duram, in suo tractatu de debitori. suspect. & fugit. in penult. quæstione. 5 Et accipe aliam cautelam secũdùm ipsum dominũ Amade. in loco superius allega. ad liberandũ officialẽ à syndicatu, quãdo incidit in aliquã pœnam: quia forsitan fecit cõtra statutum, quòd intra tempus querelãdi faciat porrigi petitionẽ per aliquem amicum secretum, qui præueniat alios volentes talẽ petitionem 6 porrigere, super qua petitione audiendus erit qui præuenit, & ratione præuentionis alij maleuoli excluduntur: vt nota. in l. si seruus plurium. de leg. primo. & si ille, qui dedit querelã, omittit eã probare, potestas, vel officialis absoluitur, iuxta l. qui accusare. cum simil. C. de edẽ. ita ad literã dicit ipse do. Amade. in loco superius allegat. Et adde, licet ipse nõ dicat, quòd ratio istius cõclusio-
4 nis est, * quòd in criminibus & actio 7 nibus popularibus, vno agẽte, actio cõsumitur: vt no. gloss. magistra, in verbo, iudicatum. & ibi Panor. in c. cùm dilecti. de electio. & Bar. in l. si cui. §. j. ff. de accusatio. Cano. omnes in cap. de his. extrà eodem, de accusa. nam quis pluries de eodem delicto non debet inquiri: vt dicit textus in l. licet. in fin. ff. naut. caup. stabul. & not. Bartol. in l. Iurisperitos. §. j. ff. de excus. tuto. Et inquãtùm est dictum suprà. quòd petitio porrigat per amicũ secretũ, sunt verba dicta cum ministerio, ppter vitium collusionis: quia si cõstaret de collusione, licet ipse iudex semel fuisset absolutus, tamẽ iterũ ab alio 8 posset accusari: vt l. iij. ff. de præuari. & in l. cũ qui. §. in popularibus. ff. de iureiurã. Et not. perpetuò doctrinã Barto. in l. j. §. preuaricatorem. ff. ad Turpil. vbi notabiliter dixit, * quòd quotiescũq; reperitur reus cõuersari cũ accusatore, dicitur probata præuaricatio: quia cũ ex accusatione cõsueuerint oriri inter accusatorẽ & accusatũ inimicitiæ, vt l. inimicitiæ. ff. de his, quibus vt indignis. & in l. iij. §. fi. ff. de adimen. lega. cõuersando ergo reus cum accusatore, & nõ indignet, præsumitur collusio. * Sicut maritus præsumitur leno, quãdo ex adulterio vxoris nõ indignat: vt l. mariti lenocinium. in princ. ff. de adulte. Sed tamen istud limitat Maria. in d. c. de his. de accusa. cũ quo ibi transit Fely. in viij. limitatione. nisi accusator esset persona integra. Et accipe aliam cautelam secũdùm ipsum do. Amade. in loco superius allegato, ad liberandum iudicem à syndicatu, in qua licet ipse se expediat tribus verbis, tu autem eam melius ordina. * Tu habes, quòd iudex nõ potest, nisi ex magna causa, augere, seu minuere pœnas à statutis limitatas: vt notat Baldus in l. quid ergo. §. pœna grauior. in repe. in tertia columna, versi. sed. iuxta hoc incidenter quæro. ff. de his qui notant. infamia. & in l. prima, in tertia colũ. versicu. sed hic restat dubium. C. ex delictis defunct. & in l. prima. C. si aduer. delic. & Barto. in l. hodie. ff. de pœ. & bene facit, quod no. Bald. in l. præses. versicu. quid de prioribus ciuitatum. C. de transacti. Et si iudex aliter facit, augendo, seu diminuendo pœnas à statutis taxatas, potest conueniri in syndicatu: * nam quilibet iudex malè gerẽs officium

ficiū suū in damnū alterius,facit litē suā:prout dixit Baldus in l. qui crimen.circa finem.C.qui accusa. non pos.adeò,ꝙ isto casu iudex non euaderet syndicatum,licet in sententia apponeret clausulam, quā cōdemnationem volumus habere locū,dummodò non sit cōtra & preter formā statutorum ,aliàs ipsam reducimus ad formam ipsorum statutorū.nam talis clausula nihil operatur ,quominus condemnatio specificè facta,nō remaneat firma,prout disputando tenuit Iaco.de Beluisio,in quadam sua disputatione,incipien.in Christi nomine, lege municipali.quem refert & sequitur Baldus in dicta l.quid ergo. §.pœna grauior,in repetitio. in vj.colum.versicul.iuxta hoc quæro primò.ff.de his qui notātur infa.tenet Bald.in authētica interdicimus. C.de episcop.& cleric.Bartolus in l. moris est. §.istę ferē.ff.de pœ.& in l. iudex posteaquàm.ff.de re iudicata. distinguēs tamen,vt ibi per eū,cui* distinctione reprobat Bald.in dicto §.pœna grauior.sequitur etiam dominus Abb.in capitulo,in literis.de 9
offic.delega.Pone modò,ꝙ iudex iuxta formā statutorū debebat cōdēnare in centū applicanda fisco,condēnauit tantummodò in quinquaginta.quomō faciet ad obuiādū,ꝙ in syndicatu non possit conueniri? dic,ꝙ cautela est,quòd faciat, quod syndicus communis petat coram ipso iudice restitutionem in integrū aduersus sententiam,quæ omnia fieri possunt:nam syndicus communitatis,absq; alio speciali mandato,potest in causa cōmunitatis petere restitutionem in integrum:vt volunt Cyn.Bartol.Baldus,& Paul.de Cast.

in l.vnica.C.etiā per procurat. caus. restit.in integrū agi pos.& Innocē. 10
in capitulo,suscitata.de in integrum restit.& Baldus in l.illud. §. primo. ff.de minor.& Paul.de Castro, in l. iusiurādum & ad pecunias. §. defensor.ff.de iureiurando.& Alexan.in l. præses.in principio.C.de transactio. & similiter iudex,qui tulit sentētiā, potest contra eam concedere restitutionē in integrū:vt est text.in l.in causæ.la secunda. §.finali.& in l.præfecti prætorio.ff.de minori.& in capitu.cum Bertoldus.de re iudica. & notat Panor.in capi.ex literis.in tertia columna,versicu.& ex hoc dicto. de in integrū rest.& Philip.Franc.in capitulo,dilecti.in ix.quæstione.de appella.qua restitutione cōcessa, postea ipse iudex suppleat quantitatem debitā.ita dominus Amade.in loco superius allegato,referēs ita tenere Bald.in suis conclusionibus,in verbo,pœna.& dicentē se ita audiuisse à Bartolo in voce.Sed aduerte, licet ipse nō dicat,ꝙ Baldus in addition. Specu.in titulo de accusa.versiculo, quid si iudex.tenet cōtrariū,* ꝙ si iudex cōdēnauit minori pœna , quàm debuerat.ꝙ in publicis pœnis nō cōpetit fisco auxiliū restitutionis in integrū:per textū in l.auxiliū.in principio.ff.de mino.Tamen cautelā prædictam approbat Angel.in dicto §. pœna grauior.dicens, quòd si iudex condemnauit aliquem minori pœna,quòd syndicus poterit coram eodem iudice petere in integrum restitutionem,aduersus ipsam sententiam,& quòd isto casu iudex excusabitur à syndicatu,dicens,ita aliàs consuluisse Bar. Et circa istam materiam syndicatus:accipe aliam cautelam.

10 telam.tu habes, *q iudex deposito officio, debet stare in loco officij, p quinquaginta dies ad hoc, vt valeat respõdere volẽtibus cõqueri de eo: quo tẽpore elapso, amplius nõ tenetur alicui respõdere: vt est casus in l. j. C. vt oẽs iud.tam ciu. quàm mil. & in §. necessitatẽ. in authentic. vt iudi. sine quoquo suffragio. Sed istud est verũ, q post illud tẽpus, aliquis amplius nõ auditur, scilicet in loco, vbi exercuit officium, secus in propria patria, quia ibi põt perpetuò cõueniri: vt notat gl. & Bart. in l. secunda. ff. ad leg. Iul. repetun. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in quarta q. ff. de officio procon. & do. Abb. in cap. aduersus. in tertia col. de immuni. ecclesi. Quero, qua cautela poterit vti iudex, vt post dictũ tẽpus, nõ possit conueniri, etiã in propria patria. Dic, q cautela est, vt faciat fieri proclamata, vt omnes, qui intendunt petere intra tantum tẽpus, cõpareant, aliàs amplius nõ audiẽtur: quia isto casu, elapso dicto termino, non poterit cõueniri, etiã in sua patria. ita notabiliter dominus Cardi. in cap. penul. de iudi. dicens, se ita obtinuisse in facto, quẽ ibi sequitur dominus Abb. in quarta col. versic. sunt tamen alij casus. & similiter Maria. & Fely. & alij Moder. ibi, & Paris de Puteo, in suo tractat. syndicatus. sub capitu. de officio syndicatorũ. §. officialis finito officio. & ita cõmuniter tenetur, quicquid tenuerit Petr. de Ancha. in dicto cap. aduersus. de immu. eccle. Aduerte tamẽ. q Alexã. in d. l. ij. in apostil. ff. ad l. Iul. repetũ. refert Francisc. de Galla dicentẽ d. Bar. in d. l. ij. esse verũ, dummodò in loco officij nõ fuissent facta proclamata, &c. & sic approbat cautelã, de qua suprà. & posteà subiungit, & q per syndicatores post elapsum terminũ edicti fuerit pronunciatũ in cõtumaciã nõ cõparentiũ, aliquẽ de cætero nõ esse audiendum: & officialis fuerit absolutus: & sic videtur innuere, q nõ sufficiat fieri proclama, prout suprà, nisi etiã sequat̃ sentẽtia absolutoria. Sed circa hoc dicas, qđ aut in edicto seu proclamato fuit appositus tantũ modò terminus absq; cõminatione, q de cætero nõ audientur: & tũc nõ obstante elapso termino, posset in

11 propria patria conueniri. *Nam elapso termino hominis, adhuc qs potest agere, vsquequo per iudicẽ imponatur silentiũ illis, qui nõ comparuerint: vt singulariter dicit Inno. in capitul. cùm in tua. qui matr. accu. poss. de quo exclamat Ang. in l. j. C. vt ne. inui. & idẽ tenet Bald. in l. diffamari. C. de inge. & manu. *Si verò* fuerit appositus non solũ terminus, sed etiã fuerit cõminatum, q de cætero nõ audiendtur. & isto casu non requiritur alia sententia: vt nota. dixit Salyc. in l. si ea. in vltima colũna. C. qui accu. non pos. de quo dicto, facit textũ Angel. de Aret. in §. si minus. in ix. versi. quæro iudex statuit Titio terminum. Iusti. de actio.

a Iudex nõ. *Sed adde nũqd debeat tortura differri, etiã si p̃cedunt indicia, si reus uult indicia repbare. uide p Paul. de Lea. in c. grauis. extrà de depos. & per do. Ale. de Imo. in cõsi. xlj. in ij. uo. & est passus quotidianus: nã post torturã tardè fit repbatio, cuius illud grauamẽ posteà nõ sit reparabile. l. ij. ff de ap. recipi. dic quod dãda est copia indiciorum parti, ut super ipsis disputari possit: & an teneatur in syndicatu iudex,*

dex, si aliter facit. uide in præalle. pulchro, & quotidiano consilio.

Cautela ad instruendū excipientem cōtra personas testium, ad hoc, ne faciat actum nullum. XV.

1 *Oppositionū fiēdarū cōtra testium personas, duplex genus in iure reperitur.*

2 *Testis conditio respicitur tempore delati iuramenti, & non publicati processus tempore.*

1 DVPLEX *genus oppositionū fiendarū cōtra personas testiū, reperitur in iure: vnū, quod est introductum in merū fauorem illius, cōtra quē testes producūtur, vt est oppositio amicitię, inimicitię, domesticitatis, infamiæ, consanguinitatis, & similes. & istæ tales appositiones regulariter nō possunt opponi publicatis attestationibus, vt est casus in ca. pręsentiū. de testi. nisi in tribus casibus ibi enumeratis: quorum vnus est, quādo volens opponere, iurat se nō malitiosè, nec animo calumniandi velle opponere: alter quādo doceret, se ipsas oppositiones de nouo reperisse: tertius quando ante publicatas attestationes protestatus fuisset, se velle opponere contra personas ipsorū testiū: quia per talem protestationē reseruatur sibi ius opponendi. Vnde ex hoc, insurrexit communis practica omniū litigantium, ꝙ quādo testes examinandi producuntur, protestātur exceptiones tam contra dicta, quàm contra personas sibi saluas fore. de qua cōmuni practica facit mentionē Panor. & Andr. Sicul. in d. c. præsentiū. & Bal. in l. si quis testibus. in iiij. col. versi. dubitatur hic. C. de testi. vbi dicit, ꝙ cauti aduocati semper à principio protestantur exceptiones sibi saluas fore, tam contra dicta, quàm cōtra personas: quia per talem protestationē reseruatur sibi ius opponendi, cū per ipsam excludatur tacitus consensus, arg. l. si filiusf. la prima. ff. ad Maced. Aliud genus oppositionū est inuentū in merū odiū ipsorū testiū, vt est quādo opponitur testi, ꝙ est Iudęus, hæreticus, infidelis, bannitus, excōmunicatus, & de similibus. nā istæ tales oppositiōes possunt fieri, etiam post publicatum processum, & post dicta testificata absque solēnitate dicti c. pręsentiū. vt declarat Io. And. in addi. Spec. in titul. de testi. §. sępe. in princ. & Fely. in cap. si diligenti. in antepe. col. versi. primum. corolariū. de foro cōp. quia tales exceptiones nō possunt volūtate partiū tolli. arg. l. tametsi. ff. ad Mace. secundū Io. An. vbi s. quod etiā habet locū in oppositionibus ꝓuenientibus à iure naturali, vt est oppositio impubertatis, furoris, & dementiæ: quia similiter tales exceptiones nō possunt partium volūtate tolli, quia iura naturalia immutabilia sunt: vt §. sed naturalia. Instit. de iure natu. gen. & ciui. & v. dist in. ad eius. licet istā differētiā inter vnū genus oppositionū, & aliud reprobet Salyc. in d. l. si quis testibus. in j. col. versi. nunc transeo ad personā. cū quo videtur transire Fely. in d. c. præsentium. in j. col. versi. quintò fallit. dicens opi. Sal. tenere etiā do. suū in d. c. præsentiū. per rationes, de quibus ibi per eos, quod aliter non examino. Multi modò parum aduertentes, & qui sunt de illis, quibus puluis cecidit supra librū, vt verbis vtar Baldi, in l. directas. C. de testa. man. quādo publicatis attestationib

a

b

tionibus opponũt contra personas testiũ, faciũt suas oppositiões ĩ hũc modũ: dico, ꝙ talis testis contra me examinatus est famulus partis aduersæ, vel est inimicus meus, vel nõ est testis omni exceptiõe maior, vel est amicus mei aduersarij, & sic de singulis. & nõ aduertũt, ꝙ talis oppositio formata prout suprà non cõcludit: quia possibile est, ꝙ nũc sit famulus, a nũc sit amicus, nũc sit infamis, nunc nõ sit testis omni exceptione maior, & tamẽ tẽpore iuramenti & depositionis non erat nec famulus, nec amicus, nec infamis: imò erat testis omni exceptione maior: quo casu, ista exceptio formata, prout suprà tanquàm nõ cõcludẽs in aliquo, nõ releuat ipsum excipientẽ, iuxta vulgatã l. nõ hoc. C. vnde cogna. & ca. in præsentia. cum simil. de probatio. *quia cõditio testis inspicitur tẽpore delati iuramenti, & nõ tẽpore publicati processus: vt habetur p Bar. & Ro. in l. dãni. §. Sabini. de dã. infect. & per Bal. in l. si quãdo. C. de testi. & ibi Saly. in iij. col. versi. quarto nũc quæro. & per Ange. & Imo. in l. Antistius. ff. de acqui. hęred. & latè per Roma. in cõsilio ccccxliij. incip. quo ad primũ. Et in terminis, ꝙ oppositio facta cõtra testẽ, prout suprà publicatis attestationibus in aliquo tanquàm nõ cõcludẽs, nõ prosit opponenti. ita egregiè cõsuluit Ange. in suo consilio j. incipien. porrecta fuit petitio. in j. col. quẽ multũ extollendo, sequitur dominus Ias. in l. Titiæ textores. in iij. co. versicu. quarto principaliter adde. de lega. j. & in l. j. in quarta col. versic. vlti. antequàm veniamus. C. de test. & istud dictum Angel. retulit, & secutus est, dicens esse dictum notabile And. Barba. in sua pulchra repe. ca. testimonium. de testi. in xiij. char. ver. facit notabile. dominus Ang. sequitur Fely. in cap. audiitis. in vltim. col. de præscript. & de isto dicto Angel. fecit etiã mentionẽ Barba. in suo reperto. in verbo, testes deponũt. versic. xiij. incip. testis habilitas. vbi dicit, ꝙ Ang. dat practicã opponendi contra testẽ, vt articuletur, ꝙ tẽpore iuramenti erat inhabilis. quod dicit esse notandũ. imò quod est plus, voluit idẽ Ange. in cõsilio cccviij. incip. factũ tale est. Christophorus. in j. colũ. ꝙ si etiã in oppositione diceretur, est & fuit homo malę famæ, ꝙ nihilominus istud verbũ, fuit, nihil prodest: quia potest intelligi, fuit, scilicet pòst testificatũ: refert & sequitur domin. Ias. in locis superius alle. hinc est, ꝙ cõsuluit Oldra. ꝙ si quis capitulat, ꝙ ille, qui fuit electus, fuit & est publicus fornicator, nõ obtinebit: quia nõ dicit, ꝙ tẽpore electiõis fuerit. potuit enim esse antè & pòst, & non tũc. ita pulchrè Old. in cõsilio cclxxxvj. incip. in electionis negotio. in j. col. versi. quantũ ad tertiũ. & miror de. d. Iaso. ꝙ non allegauerit dictũ consilium, in locis superius alle. Sis ergo cautus tu, qui vis publicato processu opponere contra testes, vt nõ articules, ꝙ non sunt omni exceptione maiores, & sic de singulis: sed dicas, ꝙ nõ erant tempore iuramenti & depositionis, & ista tene menti: quia videbis multos errare istud non perpendentes.

a Nũc sit am. *An causæ speciales sint designãdæ infamiæ, si opponit cõtra testẽ, ꝙ sit infamis. vide p d. Lud. Ro. in cõs. cexc. qđ incipit, in casu proposita cõsulat*

sultatio.causa enim infamia declaranda est. Item quantumcunque opponatur contra testem, quod sit uilis persona, suppleri tamen per alium testem magis idoneum. in consi. ubi. s. in fin. Testis an possit esse salariatus. Item famulus quid de amico. uide in alio consi. per eundem ccccxx. quod incip. proposita quaestio a uidetur &c. et loquitur de solicitatore. quid autem de graui amicitia, & non leui, tanguntur praedicta omnia in dicto consi.

Cautela ad faciendum, quòd ita tuentes ualeant disponere super iuramento. XVI.

1 *Principes seculares per statuta sua, iuramenti uires eneruare non possunt.*

1 COMMVNIS *& vera opin. scriben. est, quod principes seculares per statuta sua non possint iuramenti vires eneruare, etiam si talis princeps esset Christianissimus Rex Franciae, quàuis super omnes reges Christianorū portet coronā libertatis & gloriae: vt eleganter & verè dicit Bal. in suo consi. ccccxv. incip. petita venia, flexisq; genibus loquar. in prima parte. & etiā si esset ipse Imperator, quamuis tātae sublimitatis sit, quod in hoc mūdo sit veluti vnus Deus corporalis, & super omnes emineat tanquàm stella matutina in medio nebulae meridionalis, prout dixit Bal. in capitulo primo. §. si. in vltim. col. in titul. de prohi. alie. feu. per Fede. & quamuis etiā sit tātae autoritatis, quod qui praeceptū suum cōtemnit, sibi ipsi iudicium acquirit, & inter homines poenas luit: & apud Deum frontem non habet: vt cantat text. xj. q. iij. Imperatores. & quāuis similiter omnia possit, quae sunt secundū, contra, & praeter legē, vt dicit Baldus in consil. xv. incip. in quaestione proposita. versic. secundo dico, quod Imperator. in secunda part. & totius orbis monarchiam obtineat: vt dicit text. xij. q. j. futuram. adeò, quod qui diceret contrarium, haereticus censeretur: vt pulchrè dixit Barto. in l. hostes. in ij. colū. ff. de cap. & postli. reuer. Attamen non habet a potestatē disponendi super iuramento: quia ad solā ecclesiā, & Romanū pontificem dignoscitur pertinere: vt capit. venerabilem. de electio. & capi. nouit. de iudi. & xcvj. distinct. si Imperator. de qua cōmuni opi. habetur per Bart. in l. omnes popul. & de iusti. & iure. in iij. quaestione princip. & de qua habetur per domin. Anto. in c. cū contingat. versi. tertius casus. de iureiu. & ibi latè per Imol. in tertio mēbro. & etiā per dom. Abb. in vij. colū. versicul. nunc ad praedicta applico. & per Saly. & Pau. de Cast. in authen. sacramenta puberū. C. si aduersus vēdi. & plenè per Alex. in cōsi. lix. incipiē. viso instrumento & titu. quaestionis. per totū, in primo volumine. & in cōsi. xxxix. incipie n. viso statuto & themate. in iiij. volumine, cū alijs concordantijs traditis per ipsum Alex. & dom. Iaso. in l. qui iurato. quae est lex fin. ff. qui satisd. cog. & cū multis alijs, de quibus per Fráci. de Cur. in consilio xliij. incip. super cōtingētia facti. in vj. col. versicul. & consequēter cōcludimus, quod Rex Francorum Christianissimus. & in vltim. colum. versicul. statutum nulla inserta causa.

2 *Ex quibus infertur, quod stante statuto, quòd contractus celebratus cum minore, cum filiofamilias, cum muliere, absque tali solennitate, puta absque praesentia duorū consanguineorū, non valeat nec teneat, etiam si iuramentum super ipso cōtractu

tractu fuerit interpositum: tamen si minor sit filiusfamilias, vel mulier faciens contractum sine illa solennitate, iurando ipsum contractum habere & tenere firmum, & in nihilo nõ contrauenire, cõtractus non obstante statuto, tenebit & valebit: qa de iure canonum omne iuramentũ, qd põt seruari sine interitu salutis ęternæ, seruandum est. vt habetur in ca. cùm contingat de iureiuran. & in c. licet mulieres. eo. titul. lib. vj. & in c. quamuis. de pactis. eo. lib. vj. & quotiescunque tractatur de peccato, stat dispositioni canonum, etiã in foro ciuili: vt not. in c. fin. de præscri. & in regula, possessor. de reg. iuris. in vj. & in c. j. & ij. de operis noui nunția. & per Barto. & alios in l. priuilegia. de sacrosan. eccle. Si autem statuentes volunt omnino voluntatẽ suam adimplere, valendi iuramentum tollere, & super ipso disponere, & si nõ per directum, saltem per indirectũ, cautela est, ꝙ quando in statuto dixerunt, statuimus & ordinamus, ꝙ aliquis minor, aliqua mulier, aliquis filiusfamilias non possit cõtrahere, vel aliter se obligare absq; decreto iudicis, & consensu duorum propinquorum, vel prout aliter ipsis statuẽtibus videtur, non dicant postea: & si aliter factum fuerit, contractus & obligatio non teneat, nec valeat, etiam si iuramentũ interueniat: quia talia verba nil releuant, quominus iurãdo super cõtractu, talis contractus non teneat, non obstante dispositione statuti, vt superius dictũ est: 3 sed dicant, & si aliter factũ fuerit, oĩs obligatio censeatur, & habeatur pro ficta & simulata, & per vim & dolum extorta: quia hoc modo, licet posteà super contractu fuerit iuratum, tñ tale iuramentum operabitur, si solennitas, de qua in statuto non interueniet. Ita notanter dixit Bartolus, in dicta l. omnes populi. in secũda quæstione, tertię quęstionis principalis, in fine. vbi dixit, se ita vidisse iudicatum. Et hãc opinionem similiter tenuit Baldus in authentic. sacramenta puberum, C. si aduersus vendi. vbi dicitur, ꝙ ista cautela est valde bona. & ibi Saly. in penultima colũ. tenuit Paulus de Castr. in l. final. ff. qui satisda. cogantur. domi. Abb. post d. Card. in dicto capitulo, cùm contingat. in ix. col. versic. secundo mẽbro principali. & dominus Abbas in sua disputatione incipiente, stante statuto condito in Italia. in ix. col. versic. tertium mẽbrum. & licet hanc opinionem Bartol. in d. l. omnes populi. reprobet ibi Bald. in v. col. versic. item quæro, an valeat statutum, dicẽdo, ꝙ est truffa, & licet similiter Angel. in l. j. ff. de constitut. princ. dicat, ꝙ ista opinio Bart. sunt ambages, & contra ipsum etiã teneat Pau. de Castro, in l. si quis pro eo. in fine. de fideiuss. & in dicta authentica, sacramẽta puberum. & in l. quæ sub cõditio. ff. de condi. insti. tñ opi. Bart. ꝙ iuramentum seu statutum possit per indirectum prohiberi, fingẽdo ipsum simulatũ, & per vim, & dolum extortum. tenet Baldus in sua repetio. l. ij. ff. de iureiur. in xliiij. col. versi. super quinta quæstione. & in lx. col. versi. quartum remedium est. vbi assignat rationem, *quòd sicut sententia hominis super simulatione lata facit fidem, quòd non sit contractum periurium, vt C. plus valere quod agitur. l. emptione. sic sententia legis,

PP quæ

quæ facit fidé inter subditos, etiá in foro ecclesiastico. allegat not. in l. ex ea. ff. de post. & no. in c. fina. de exce. lib. vj tenet idem Bald. in l. non dubium. in antepenultima col. ver. sed de iure canonico. C. de legibus. & in l. nec patronis. C. de operis libertorum. & in d. ca. cùm contingat. in iij. col. versic. sed nunquid statutú municipale. do. Iason in dicta aut. sacramenta puberum. in pen. & vltima columna. vbi in vtroque loco dixit ita communiter tenere Doct. & ita etiá consulendo tenet Roma. in consilio xij. incip. viso facto proposito, cæterisq; re consilijs. & dominus Abbas, in consilio lxxvj. incipiéte, quinq; dubia. & Petrus de Anchar. in consilio ccexxxiij. incip. visa copia eiusdé instrumenti. circa finem. Fran. de Cur. licet non ita claré in consilio xliij. incipien. super cótingentia facti. in penul. col. versi. adde Bald. vbi alleg. Roma. in supradicto consilio xij. sequitur Philippus Corneus in suo có silio cxxxv. incipien. visis articulis, & attestationibus. in primo volumine, vbi allegat hanc etiam tenere Fulg. in dicta authentica. sacraméta puberum. dicentem hanc esse communé opinioné. hanc expressè sentit Bald. in capitulo primo. §. item sacramenta. versi. quid ergo nunquid possunt statuta terrarum. in titul. de pace iuramen. firmá. in vsibus feudorú. vbi vult, quòd per statutú possit tolli illa fictio, quæ est, quòd per iuramentum minor efficiatur maior. est verum, quòd multi de prænominatis volunt, quòd opinio Bart. de qua supra, tantò magis procedat, quantò b statuentes mouerentur aliqua iusta de causa: puta quòd in illo loco homines essent proni ad decipiendum minores, propterea bonum esset, quòd statuentes in principio statuti ita exordirent, quoniá quotidie minores, filiifamilias, & mulieres inducunt dolo ad contrahendú, & in ipsis contractibus quotidie decipiuntur, idcirco volentes malicijs, & fraudib' hominum obuiare, statuimus & ordinamus, &c. Et ratio istius pulchræ conclusionis Barto. est: quia certum 4 est, * quòd statuta possunt inducere fictionem, iuxta not. per gloss. & Doctor. in l. siue possidetis. C. de probationi. & capitulo, is qui fidem. de sponsal. & claré per Bartolum in sua diuina repetitione. l. si is qui pro emptore. in prima quæstione. post medium. ff. de vsucapioni. contra quam fictionem, non admittitur probatio in contrarium: vt not. gloss. in dicta l. siue possidetis. & Barto. in l. si duo. ff. de acqui. hære. & in l. fin. ff. quod metus causa. Modò tátum operatur fictio in casu ficto, quantú veritas in casu vero: vt notat Barto. in l. prima. §. hoc autem senatus. ff. ad Silleian. & in l. filio quem. ff. de lib. & posthu. sed etiam de iure canonum, quando in veritate iuramentú est interpositum super contractu celebrato per vim, vel dolum, tale iuramentú non obligat: ergo idem dicendú est in casu nostro, cùm fictio habeatur loco veritatis: & quòd sit verum, quòd iuramentum interpositum in contractu celebrato per vim, vel dolum, non ligat. casus est in sæpe allegato capi. cùm contingat. & in dicto capitul. licet mulieres. & in dicto capit. quamuis. Quod etiam habet locú, quádo iuramentum est interpositum super contractu simulato: quia similiter

ter de iure Pontificio, tale iuramentum non ligat: vt est gl. quam Bal. & alij sequũtur in l. emptione. C. plus valere quod agitur. quam singularē dixit Panor. in c. ad nostram. versic. nota, quòd instrumentum non indicatur. de empt. & vend. & quā etiam sequitur Paul. de Castro, in dicta l. si quis pro eo. in iij. colum. versi. adde quintum casum. ff. de fideiuss. vbi dixit, quòd cùm tale iuramentũ nō habeat consensum, dicitur carere anima. Bal. in dicta l. nec patronus. C. de oper. libert.* vbi dicit, quòd in casi-
5 bus, in quibus lex præsumit simulationem, iuramentũ nihil operatur: nec est necesse pro eius relaxatione adire episcopũ. sequitur Imo. cũ concordantijs, de quibus ibi per Alexā. cum distinctione tamē, de qua ibi p eos. in l. Seius Augeri*. ff. ad legem Falci. Sed contra istam cautelā Bart. do. Abbas in d. c. cùm contingat. in ix. col. versi. & idē opinor. & in dicta sua disputatione, incipiente, stāte statuto condito, in Italia. dat vnum remediũ, scilicet, ꝙ ipse minor filiusfamilias, mulier, & similes personæ prohibitæ contrahere interrogētur cum iuramento, an sit verum, ꝙ contractus initus cum eis, fuerit in veritate simulatus, vel per vim, siue dolum celebratus: quia si metu iuramēti dicent veritatem, scilicet dictũ cōtractum non fuisse simulatũ, nec per vim & dolum celebratum, tunc non obstante dispositione statuti, cogentur personæ, de quibus suprà, stare contractui. Et ratio secundùm eum est, quia dato, ꝙ per statutum induceretur præsumptio iuris & de iure, quòd obligatio contracta absque dicta solennitate esset fictitia. & c. licet contra præsumptionē iuris & de iure nō admittatur regulariter probatio in contrarium, vt l. antiquę. C. ad Velleia. & l. vnica, in princi. C. de rei vxor. actio. & ca. is qui fidem. de spōsa. tamen contra eam bene admittitur probatio per confessionem partis: vt not. Glo. Cy. Bartol. Bal. & alij in aut. sed iam necesse. C. de don. ante nuptias. & gl. in l. in contractibus. in verbo. nullo modo. C. de non numera. pecu. Inn. in capi. quia plerięq;. de immunita. eccle. & Barto. in l. absentem. cum concordan. ff. de pœn. Aduerte tamen, ꝙ licet nemo pungat istud dictum dom. Abb. tamē puto sanè fore intelligendum: quia aut statutum inducit præsumptionē iuris & de iure, & tunc dictum suũ procedit vno concurrente, videlicet, ꝙ dictæ personæ, de quibus in statuto, vellent iurare, aliàs si nollent non possent ad hoc cogi: quia quotiescũque quis habet præsumptionē iuris & de iure pro se, non pōt cogi ad cōfitendum cum iureiurādo, nunquid res aliter se habeat, prout fuit singulariter dictum Bal. in repet. l. ij. xviij. colum. ff. de iureiurando. quē refert & sequitur solennis doctor Franciscus de Crema. in suis singul. singulari cliij. incip. contra præsumptionē iuris & de iure. vbi dicit tale dictum esse literis aureis scribendum. Quæ conclusio etiā ratione pōt probari:
6 * quia quotiescunq; quis probat intentionē suā per præsumptiones iuris, dicitẽ eā probare per probationes liquidas: vt est gl. quæ reputat singularis, & ibi Bal. in l. si tutor. C. de pericul. tuto. & gloss. & ibi Angel. in l. secunda. C. de peti. hære. notat Ang. Ro. & Alexander in l. j. per text. ibi.

 C. de

C. de testamen. mili. & Imo. in l. quæ situm. cum alijs suis concordantijs, ff. de re iudicat. imò dicit dominus Iason in d. l. j. C. de testamen. mili. ꝙ præsumptio iuris dicitur ipsa veritas. allegat ad hoc bonum textũ, iuncta gloss. in l. finali. §. fin. ff. de probatio. dicens illum textum didicisse à quodam magno aduocato Papi. Modò ego habeo, ꝙ quotiescunq; quis plene probauit intentionem suam, non cogitur aliquod iuramentũ veritatis subire: vt est casus in capitulo secundo, vbi reprobatur omnis cõsuetudo, quæ esset in cõtrarium, extrà de probationib. Aut statutum inducit fictionẽ: quia fingat ipsum contractum celebratum cũ personis, de quibus suprà, esse simulatum, &c. & tunc contra talem fictionem non admittitur aliqua probatio, etiam per confessionem partis: vt notat Bald. in conclusionibus Specu. in titul de confes. ver. contra fictionem. & Bal. in l. non ignorat. in ij. colum. C. qui accu. non pos. & do. Ant. in ca. is qui finem. in ij. col. de sponsa. Secũda cautela est, si statuentes volunt obuiare, quòd cõtractus celebratus cũ personis, de quibus suprà, non firmetur iuramento, si solẽnitas, de qua in suo statuto non interueniat, ꝙ per statutum interdicatur bonis minorum, saluo & excepto, si contraherẽt cum autoritate curatoris, vel aliter,

7 prout statuentibus placet. *Nam certum est, ꝗ lex põt interdicere bonis: vt l. Imperator. ff. ad Treb. & l. is cui bonis. de verborum oblig. & l. j. & per totum. ff. de cura. furio. & isto casu, si in contractu non interueniet solennitas, de qua in statuto, contractus non firmabitur iuramento. Istã cautelam tradit Baldus in repeti. l. secundæ. ff. de iureiurando, in lix. col. versic. sed nunquid est dare aliquod remedium, quia iuramentum interpositum ab interdicto super contractu, non validat ipsum contractum, prout ibi not. Bal. post Iaco. de Are. in l. qui habet. ff. de curato. furio. & Franci. de Crema in suo singu. cxvij. inci. tu scis, quòd prodigo. & Barto. cum concordantijs, de quibus ibi ꝑ Alexand. & dominus Iason in d. l. is cui bonis. de verborum obligat.

a Non habet. *Sed an iuramentũ possit remitti per statutum, ita quòd statutum terminet actũ non ualere, non obstante iuramento. dic, ꝙ non: quia disponere super iuramento, non spectat ad leges ciuiles, uel seculares, cũ iuramentũ principaliter dirigatur in Deũ. c. debitores. c. etsi Christus. de iuriur. uide per d. Alex. in consil. pulcherrimo cxxvij. in j. uo. per totum. & est cõsiliũ quotidianũ, & facit ad statu. Padua.*

b Quãdo iur. *Quid si interueniat in contractu, in quo quis est enormiter lasus, an sit seruandũ, uel nõ, cùm non debeat esse iniquitatis uinculũ: & cũ regulariter sit seruandum, quãdo seruari põt sine interitu salutis æternæ? Vide elegantissimum consiliũ do. Alexã. Imo. ccccij. in j. uolu. ibi. v. quia stante deceptione, &c. & ibi, fortius est, & ibi, uam propter iuramentũ. & circa si. ibi, non obstat, ꝙ iuramentum, &c.*

Cautela ad obuiandũ, quòd paruitas pretij, & pactũ de retro uendendo, nõ faciãt censeri cõtractum uenditionis usurariũ & simulatum. XVII.

1 *Contractus an censeatur usurarius, & simulatus, si aliquis emat aliquã rem, & paruitas pretij concurrat cum pacto*

ello de retrouendendo.

2 *Glossæ opinionem quãdocunq; aliquis doctor tenet, illa opinio communis censetur.*

3 *Glossæ sunt naues, per quas nauigamus per uastum iuris ciuilis pelagus, nos in portum claræ ueritatis ducentes.*

4 *Opiniones contrariæ quandocunque duæ fuerint, illa sequenda est, quæ in animæ fauorem tendit.*

5 *Rusticus iura ignorare præsumitur, & talis iuris ignorantia in eo toleratur.*

6 *Rusticus si personaliter citetur, & non compareat iudice pro tribunali sedente, uerius contumax non dicitur, ideo si condemnetur, appellare potest.*

7 *Rusticus si testimonium deposuerit, & fuerit sibi contrarius, de falso puniri non potest.*

8 *Rusticus si contractum fecerit usurarium, fraus in ipso cessat.*

9 *Rusticus si fundum emerit cum pacto de retrouendendo, contractus usurarius non censebitur.*

10 *Rustico & si iuris ignorantia præsumatur, non habet tamen locum in rustico suqadrato.*

1 MAGNA est quæstio * inter Doct. nunquid si aliquis emat aliquam rem, & concurrat paruitas pretij & pactũ de retrouendẽdo, ta-
a lis cõtractus a censeatur simulatus & vsurarius, hoc est, quòd cõtractus sit pignoratitius, sed ꝙ partes fecerint, vt sonet in vim vẽditionis, ad hoc, ꝙ emptor faciat fructus suos, quòd nõ faceret in re pignorata, quia tunc tenetur fructus perceptos & percipiẽdos in sortem computare, vt l. j. & ij. C. de pigno. actio. & c. cũm contra. de pig. & c. j. & ij. de vsur. & passus iste est adeò dubi * ꝙ Bar. Cæp. ĩ suo tractatu de simulatione contractu. in sexto principali casu, vbi amplè examinat istum passum, dixit, ꝙ adhuc sub iudice lis est: quia quàmplurimi Doct. supremæ autoritatis tenuerũt quòd sic, ꝙ sufficiant illæ duæ qualitates, scilicet paruitas pretij, & pactũ de retrouendendo, dicentes de hoc esse casum in c. ad nostram. de empt. & vendi. & c. illo vos. de pigno. Alij dixerunt illas duas qualitates nõ sufficere, sed quòd vna alia requiritur, scilicet quòd emens sit homo cõsuetus tales cõtractus vsurarios facere, qui autem teneant primam opinionem, & qui secundam, connumerat quàmplures Cæpol. in loco superius allegato, quos hic non intendo referre, quia ibi possunt videri. & licet ipse teneat secundam opinionẽ, quòd opus sit, ꝙ dicta tria cõcurrãt, si cõtractus debet censeri vsurarius: tamẽ opin. prima, quòd illa duo sufficiãt, est magis communis, & quam, vltra autoritates per eum adductas, dixit cõmunem Alex. in suo cõsilio xlvj. incip. circa præsentis cõsilij materiam. in tertio vol. & secundũ eam etiã cõsuluit famosus Doct. Christoph. de Castel. ĩ quodã suo cõsilio incipien. cum ab exordio tituli posterior formetur euentus. quod consilium est positum post tractatum de maleficijs domini Bonifa. de Vitalinis. & hãc partem etiam tenet dominus Abbas in d. c. ad nostram. de emptio. & vendi. dicẽs hãc opinionem esse verã. & in suo cõsilio lxxvij. incipiẽ. tria succinctè vidẽda sunt. dicẽs, se ita aliàs cõsuluisse, & legendo ita tenuisse, & quòd ita communiter tenetur: & quòd opi. Iaco. de Are. qui tenuit contrarium in l. empt. C. plus

valere quòd agitur.est falsa,& quòd non bene intellexit dictum c.ad nostram.& hanc etiã tenet Fulgo. in d. l.emptione.dicẽs.hanc esse communem opinionem.Et ista in effectu in iudicãdo & cõsulendo est amplectẽda tanquàm communis,& verior,tribus rationibus. Prima, quia pro ista opin.est glo. quæ hoc clarè tenet in c.cõquestus. de vsuris.quo casu succedit famosum dictũ Iac. But. in l.j.
2 C.qui pro sua iurisdict.*vbi dicit,ꝙ quotiescũque aliquis Doct. tenet cũ opi.gl.illa opinio cẽsetur cõmunis. nam ipsa tantæ autoritatis est, ꝙ ab ea nõ receditur in indicãdo in curia Romana, vt signãter dixit Panor.in c.edoceri.in ij.col.de rescri. & Paulus de Castro in consilio mihi clxx. incipien. cùm tempore contractus.
3 in secunda columna.*Nam glo.sunt naues p quas nauigamus per hoc vastum pelagus iuris ciuilis, ducentes nos in portum claræ*veritatis, vt eleganter dixit Saly.post Rizar.Sal.in l.j.C. de pact. & somniare dicuntur volentes infringere opi.glo.vt pulchrè dixit Bal.i c.cõtingit.in vj.col. ff.de dolo.& cõtu.& quãta sit autoritas glo.in iudicãdo & cõsulẽdo, vide quæ accumulat dominus Ias.in l. vt vim.in pe.col.ver.nota etiam mul tũ.ff. de iustitia & iure.pulchrè & latè Franc.de Curte,in cõsilio xlij.incipien.quia inquit Bal.in vj.col.& in consilio lxiiij. incipiẽ.antiquissima. & nobilissima familia. in v. colum.
4 *Secũda ratio est, quia quãdo sunt duæ opin contrariæ,illa est sequenda,quæ tẽdat in fauorem animæ,vt c.iuuenis.de sponsa.& Clem. exiui. §.item quia.& ibi Cardin.de verborum signific.& not.gl.in c.j.de serui.in ord.faci.Sed ista est tutior pro animabus, ergo amplectenda. Tertia ratio est,quia inter alias autoritates,quas allegat Cæpo.in loco superius allegato,dicit istã partem, ꝙ sufficiant illa duo,scilicet paruitas pretij,& pactum de retrouendendo tenuit reuerendiss.in Christo pater d. Ioã.de Castel. episcopus Vicentinus in d.c.ad nostram.subiũgens,quòd visa opi.dicti do.Ioannis, ꝙ similiter ita cõsuluit totum collegium Mediolanen.& totũ collegiũ sapien. Modò habeo,quòd quãdo sunt duæ opiniones cõtrariæ, semper præsumẽdum est pro illa.pro qua consuluerit vnũ collegium Docto.quàm pro illa.pro qua consuluerint Doct.particulares, prout istud fuit solenne dict.d.Abb. in c.prudentiam.in princ.in j.col.de offi.deleg.de quo meminit Frãc.de Curte,in consl.lvj.incipien.supereo, quod ab ordine nostro requisitum fuit, per illustrem dominum Rodulphum de Gonzaga. in iij. columna. Pone modo, quòd occurrit tibi occasio emendi aliquam rem,puta vnũ fundum pro vili pretio, sed venditor nõ vult vendere nisi te obliges, quòd quotiescũque infra certos annos exbursabit tibi illam quantitatẽ pecuniæ,quã à te recipiet, ꝙ debeas ei retrouendere dictum fundũ. Tu autem qui consideras, quòd faceres bonã emptionẽ tã respectu proprietatis,quàm respectu fructuum percipiendorũ,libenter intres contractũ, sed dubitas, quòd cõcurrente paruitate pret j,& pacto de retrouendendo,adde etiam,quia es assuetus talia facere, quòd aliquando contractus posteà posset redargui de simulatione & vsura. Quæro à te, qua cautela po

la poteris vti, quòd nō obstante dicta paruitate pretij,& pacto de retro vendendo,& assuefactione talia cōmittendi, cōtractus nō possit scindi tanquàm vsurarius & simulatus?Dic, quòd cautela est, ꝙ submittas vnum rusticum, qui emat nomine tuo dictum fundum pro illo pretio,& cum illo pacto, sed nō ostendat te de tali emptione aliquid scire,quo casu,secuta posteà tua ratihabitiōe, & multò fortius possessionis appræhēsione,certum est,quòd fundus efficitur tuus,iuxta ea, q̄ habētur per omnes, in l.multùm intereſt.C. si quis alteri & isto casu dico, ꝙ cùm iste contractus fuerit celebratus ab illo rustico, licet nomine tuo,à quo tamē nō habebat mādatum,quòd non obstante paruitate pretij, & pacto de retrouendendo, talis contractus censebitur purus, verus, & sincerus.

5 *Ratio
a est,quia rusticus præsumitur ignorare iura,& talis ignorantia iuris toleratur in eo, iuxta ea, quæ habentur in l.iuris ignorantia.& in l.quicunque.C.qui admit.& in l.fi.C.de testa

6 men.*Hinc est, quòd si rusticus citatur personaliter, & nō compareat iudice sedente pro tribunali,iuxta l.diuus.ff.de in integrū resti. nō dicitur verus cōtumax,ideo si cōdemnatur, potest appellare,vt not.Bart.in l.fin. in vlt.col ff. de in integ. rest.& Bal. in l.j. §.fi.ff.de eden.Docto.cū concor. traditis ibi per Alex. in l.ij.ff.si

7 quis in ius voc.nō ierit.*Hinc est etiam,ꝙ si rusticus deposuit testimonium,& sit sibi contrarius,nō potest de falso puniri,nisi appareat,ꝙ dolo se deposuerit, ad quod iudex debet multū aduertere, vt notabiliter voluit Ange.in authen.de testi. §.& licet.in ij.col.licet contrarium in hoc voluerit Ioan.An.in c.cùm Ioannes eremita.de fide instrumē. dicens ita fuisse decisum in causa cuiusdā Abbatissæ,quem refert & sequitur Bal. in l.scripturæ.quasi circa finē, versi.

8 quærūt Doct.C.de fide instru.*Et inter alios effectus, quos habet rusticitas,est,ꝙ si rusticus facit cōtractum, cessat in eo præsumpta fraus vsurarum.ista est gl.singularis & vnica in iure in l.cū allegas.C. de vsuris. quā ibi sequitur Bal.in secunda col. ver. sed hic dubitatur.& quam refert pro notabili & sequitur Cępol.in d.trac. de simula.cōtractu.in sexto casu principali,in vj.colum.dicēs,quòd istud est multùm notandum in practica, vt deducas & probes emptorem esse rusticum,& simplicem personam, ad hoc, vt tollatur in eo suspicio fraudis. & per illam gloss. ibi in d.l. cùm allegas. infert expressè Fulgo.

9 *quòd si rusticus emat fundum cum pacto de retrouendendo, cōtractus non censebitur vsurarius. quē sequitur dominus Ias.in l.iuris ignorātia. in j.col̄.C.qui admitt.& in l.si quis id quod.in viij.col.vers. quintò notaꝙ simplicitas.ff. de iurisdict. om. iud.& Barbachi.ī suo reperto. in verbo,rusticitas.versi.v.incipiē.rusticus emēs. stāte ergo hoc, si venditor volet infringere cōtractum venditionis tāquàm vsurarium,tu respōdebis ꝙ cùm tu non fueris ille,qui emeris dictū fundū, sed fuerit ille rusticus, licet posteà ratum habueris,ꝙ nō est dicendū,vt propter paruitatem pretij& pactum de retrouendendo,cōtractus debeat censeri simulatus & vsurarius,per ea, quæ superius dicta sunt.Aduerte tamen,quòd id, quod

10 dixi,* quòd ignorantia iuris præsumitur in rustico, non habet locum, nec procedit in rustico sagaci & senadrato, vt est gl. in l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excusa. tutorum. quam sequitur dominus Iason in d. l. si quis id quod. in viij. columna. ff. de iurisdict. om. iudi.

a Censeatur simulatus & vsurarius. *De materia simulationis cõtractuũ, vide per d. Ale. de Imo. in cons. cxv. in iij. uol. cõsiliorum suorũ. & inter reliqua, adde quod allegãs simulationẽ ad hoc, ut possit obtinere, debet specificè exprimere & probare modũ & speciẽ simulationis, cũ plures sint simulationũ species. Vide ubi suprà signanter. unde etiã per do. Ludo. de Ro. in cõsi. cj. ibi quo ad secundũ. quo quæritur, an probata fuerit simulatio, quod cõsiliũ incip. super eo, quo primo quæritur. unde etiã per do. Pau. de Ca. in suo cõ. cccxxx. post Bar. in cõ. suo lxv. factũ tale est Pe. Nicole.*

b Quia rusticus præsumitur ignorare iura, & talis ignorãtia iuris tolerat. *Quod autẽ rusticus mulierib⁹ et similib⁹ nõ succurrat prætextu iuris ignorãtia plusquàm succurratur alijs, nisi in casibus in quibus hoc reperitur specialiter à lege cautũ, uide d. Ale. in notabili cõsil. xiiij. in prima parte cõsiliorum, ibi, sed ita est quod rusticu, mulieb. &c.*

Cautela ad differendum formationis processus in causa criminali. XVIII.

1 Prodesse quotiescunque aliquid de natura sua habet, si illud tale affectatum uel procuratum fuerit, tunc non prodest.

2 Capituli per negligentiam, actus ad episcopum uoluitur.

3 Citatio ubi quis procuret, ne ad eum perueniat, amplius citandus non est.

IVDEX maleficiorum intẽdit vel ad instantiam partis, vel ex officio procedere contra aliquem vigore alicuius delicti. Modò iste, cõtra quẽ debet procedi, libẽter differret processum per aliquod spatiũ tẽporis, quia forsitan ille iudex maleficiorũ est homo nimis seuerus, & summus in casibus arbitrarijs, vel quia causa erat crimiralis, in qua non poterat per procuratorem comparere, & sic volebat se personaliter præsentare, iuxta not. in l. pen. § ad crimẽ ff. de publ. iud. & c. tuæ. cum simil. de procurato. proptereà volebat expectare successorem, quia fortasse erat suus amicus, vel ad aliquem alium finem. vnum est, quòd libenter per aliquos menses differret formationem processus, quomodo faciet iste ad differendum hũc processum, quia si citabitur, & in termino nõ comparebit, forsitan vigore statuti habebitur pro cõfesso. Dic, quòd cautela est, quòd iste talis antequàm citetur, vadat ad aliquas partes longinquas, adeò quod verisimiliter de facili citatio nõ possit venire ad aures suas, & tũc tempore, quo citabitur, compareat aliquis corã iudice dicẽs, citatũ fore absentem adeò in longinquis partibus, quod notitia citationis nõ potest ad eum peruenire, proptereà contra ipsum nõ velit procedere, quia tũc si ille excusator offerret se incõtinenti probaturũ, citatũ esse in dictis partibus longinquis, & iudex non velit admittere talẽ probationẽ, processus erit nullus, si verò ille excusator nõ offerret se incõtinenti probaturũ, vt suprà, processus valebit. Sed saluũ erit ius ipsi reo petẽdi restitutionẽ in integrum,[a] ex causa iustæ absentiæ.

ita

ita notabiliter voluit Bar.in extraua ganti,ad reprimēdum.in verbo,neglexerit.allegās nota.in l.ab eo.C. quomodo & quādo iudex.& in l.fi. ff.de in integrū resti.qđ dictū multū exclamādo sequitur Maria.dicēs esse mēti tenēdum,& nō esse per Docto.tactum , & quotidie venire in practica in sua pulchra repetitione c.veniens.de accusa.in lix.col.versi. item quæro,quid si infra terminū citationis,subiungens istud procedere,& sibi locum vendicare,licet ex forma statuti cōtumax habeatur pro cōfesso & cōuicto. Et ex prædictis secūdùm eum,potest sumi optima cautela,vt statim,ꝙ quis cōmiserit delictum,in quo nō posit interuenire procurator,vt mittas eum ad partes remotas,dicens tamē, quòd nō consulit alicui,vt vtatur fraude. Aduerte tamen,licet in specie non reperiam tactum,quòd puto cautelam Mariani modo esse intelligē a dam,videlicet,ꝙ si delictum cōmissum ab isto,qui vult se absentare, erat delictum occultum,puta vnum maleficiū,vel vnum homicidium de nocte perpetratū,& forsitā per aliquos mēses antè,& de quo non erat diffamatus,nūc aūt præsentiēs quòd iudex vult contra eum procedere,se absentat,isto casu,cautela Maria.potest habere locū,quia possibile est, quòd iste se absentauerit ad partes remotas in fraudē,possibile est etiā quòd ad eas iuerit aliqua iusta de causa,vnde nō est absurdū, quòd ei debeat cōcedi restitutio ex clausula generali propter iustam absentiam. Si verò illud maleficiū fuit ab isto publicè cōmissum,puta quia de die in publico interfecit hominē,isto casu nō teneo cautelam de qua s.esse verā,& hoc per illā regulā,quæ est, *quòd quotiescunq; aliquid de natura sui habet prodesse,si illud tale fuit affectatū,vel procuratū,tūc non prodest,vt l.spadonē.§.fi.ff.de exc. tuto.& §.item tria onera.Instit.eo. & l.qui data opera.ff.ex qui.cau.maio.& l.ij.§.simili modo.& ibi Bart. ff.si quis cautioni.Hinc est,quod dicūt Bal.Ang.Flo.& alij in l.si seruus pluriū.§.si qs ante.de leg.j.quòd si delinquens procurauit se accusari coram iudice minoris curiæ.coram quo minor pœna imponitur, talis præuētio nihil operat̃,nec eū liberat ab alio foro,vbi maior pœna imponit̃.& ita limitatur regula l.si qs post eaquàm.ff.de iudicijs.&c.ꝓposuisti. de foro cōpetenti.similiter secundū Ang.& alios ibi,si delinquēs procurauit se accusari,ne iudex posset ex inquisitione procedere,istud nō ꝓdest,nec tollit inquisitionē.* Et similiter licet habeamus,quòd per negligentiā capituli, actus deuoluat̃ ad episcopū,vt c.irrefragabili.§ excessus.de offic.ordina.tamē si episcop' hoc ꝓcurauit,nō deuoluitur ad eū, secundū Inno.in d.§.excessus.& ꝙ in casu nostro ignorantia,quæ alias prodesset,nō prosit quando est affectata,vel procurata,cū dicatur pars scientiæ.est glo.in Clem j.in verbo, scienter.de cōsang.& affinita.& gl. in c.eos.in verbo,affectata.de temp. ordi.in vj.& glo.in c.fi.§.vt autem. de offi.deleg.in vj.per quā dicit ibi Gem.quòd dispositio puniēs actū scienter factum,includit ignorātiā affectatam,vel procuratā,quod multùm facit ad casum nostrum,cū ista materia pœnalis,& sic odiosa,& per

PP 5 conse

consequens multũ restringẽda, vt in regula, in pœnis. de reg. iur. in vj. & in l. cũ quidã. de lib. & posth. & quasi in terminis nostris videtur decisio Inn. in c. ad petitionẽ. ad fi. de accus.

3 *Vbi vult, ꝙ qui malitiosè procurat, ne ad eũ perueniat citatio, non est amplius citãdus etiã ad diffinitiuã, ita in proposito nostro. nam cũ iste, qui deliquit in publico deberet cogitare, ꝙ iudices illius territorij procedent cõtra eũ, quia interest reipublicæ, ne delicta remaneãt impunita, vt l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. & c. vt famę. de sentẽ. excõ. tunc absentando se ad lõginquas partes, nõ potest aliter dici, nisi fecerit in fraudẽ, meritò si citatio non perueniet ad aures suas, talis ignorantia nõ habebit sibi opitulari, tanquàm eam procurauerit, cogita.

a Ex causa iustæ absentiæ. *Quod absenti & ignoranti non currat terminus, uide nisi à die notificationis, per do. Alex. de Imo. in cõs. xxxiiij. circ. fi. in prima parte. Absens autem à ciuitate quis dicatur, uide per d. Lud. Ro. in consi. cccclxij. & absens. contra quẽ facta est missio in pos. an possit petere illam reuocari, si missus sciebat absenti exceptionem competere, per eundem d. Lud. in cõsilio, de quo suprà.*

Cautela pro matre, ut consequatur legitimam in bonis filij, licet sit exclusa per pupillarem expressam. XIX.

1 *Pupillarem per expressam mater ab omnibus bonis filij sui pupilli, etiã quo ad legitimam excluditur.*

2 *Lex positiua quotiescunque absq; iusta causa naturali æquitati contradicit, talis lex & constitutio in foro conscientia non ligat.*

3 *Forum canonicum contentiosum, à cõscientiæ foro non differt.*

4 *Contrahentibus de iure canonico, citra dimidiam iusti pretij, inter se decipere licitum est.*

SENTENTIA scribentiũ communis est, *quòd per pupillarem expressã mater excludatur ab omnib. bonis filij sui pupilli, etiã quo ad legitimã, vt no. per Bar. & Doc. in l. ij. de vulg. & pupilla. & per Bar. & alios in l. precibus. de impube. & alijs substi. per Imo. in commento c. Raynu. de testamen. in materia pupilla. substitu. quæ opi. hodie est canonizata in c. si pater. de testamẽ. in vj. vt etiã tradit Roma. in cõsi. cxxx. incip. viso testamẽto prædicto. & Alex. in cõsi. xlv. incip. habita super his, de quib. dubitari contingit. in iij. col. versic circa tertiũ, videtur prima cõsideratione respodẽdũ. in primo volumine. & istud, ꝙ per pupillarẽ expressam mater excludatur ab omnibus bonis filij sui pupilli, etiam procedit, si bona ipsius pupilli peruenissẽt ad ipsum ex linea materna, prout volũt Bald. Ang. Imo. Alex. & dominus Iasõ in l. si plures. §. ad substitutos. per generalitatem illius tex. de vulga. & pupil. Tu autem mater, quę reperis te exclusam per pupillarem expressam ab omnibus bonis filij tui pupilli, si vis eo mortuo, posse consequi in dictis bonis saltem tuam legitimam, cautela est, quòd contra substitutũ pupillarem non agas in foro seculari, quia hoc modo succumberes per ea, quæ superius dicta sunt, sed agas contra eum denũciatione Euangelica, faciendo eum cogi censura ecclesiastica, ad dandam legitimam tibi debitam, in bonis tui filij pupilli. nam

nam licet per iura superius allegata, substitutus per expressam pupillarem excludat matrē etiam à legitima, tamē istud procedit & habet locū iure fori, nō aūt iure poli, & sic in foro conscientię ita notanter dixit Archidia. in d.c. si pater. de testa. in vj. argu. tex. in c. si. xvij. quæst. vltima iuncta l. nā & si parētibus. in princi. ff. de inoffi. testamen. Pro quo dicto
a benefacit: namq; quòd mater in totū excludatur etiam à legitima, videtur contradicere æquitati naturali, vt patet ex pulchrè deductis per Bald. in l. precibus. post principium, versi. circa tertium. de impube. & alijs substi.
2 * Modò quotiescunq; lex positiua absque iusta causa contradicit æquitati naturali, talis lex & talis constitutio non ligat in foro cōscientiæ, vt notabiliter dicit Innoc. in c. quia plerique. circa finem, de immuni. eccle. per quod infert ad illam decisionem de filiofamilias, vt ibi per eum. Modò quæ causa iusta potest esse in casu nostro, quòd per pupillarē expressam mater debeat priuari etiam sua legitima in bonis filij, nullam video. meritò ergo dispositio dicti c. si pater. tanquàm cōtraria æquitati naturali, non ligabit in foro consciētiæ. & istud dictum Archi. refert do. Bart. Sozi. dicens, quòd est pulchra & noua cōclusio in repeti. l. moribus. de vulg. & pupil. in xij. col. versi. circa tertiū effectū, est vera cōclusio Bart. & licet certis medijs videatur ipsum impugnare, tamē subiungit, quòd tale dictū est menti tenendū. quia ꝓpter autoritatē Archi. poteris aliqn̄ medio cōcordiæ aliquid cōsequi. & similiter istud dictū Archi. refert & sequit Philippus Corneus in d. l. precibus. in secūda colū. versi. sed in cōtrariū facit. C. de impube. & alijs substi. & licet ibi cōtrarium teneat dominus Lācellotus Decius, motus per id, quòd aliàs diximus, ꝙ canones fuerunt instituti cooperante spiritusancto, vt l. distin. si
3 quis diaconus. vnde dixit do. Abbas in c. vigilanti. de præscrip. * quòd forum canonicum contentiosum, non differt à foro conscientiæ. Pro quo est bona gloss. in Cle. ad nostram, in verbo, ecclesiæ. de hæreti. ꝓbans, ꝙ ecclesia militans est exemplata ad instar ecclesiæ triūphātis. & est bonus tex. in c. ecclesia paradiso cōparata. de cōsecrat. dist. iiij. quia respondere potest de eo, quòd dixit do. Ant. in c. inquisitioni. de senten. excō. de quo etiam meminit Felyn. in c. nouit. in vj. colum. versi. & allego domi. Ant. extrà de iudi. vbi dixit, quòd finis fori canonici contentiosi non est in totum directiuus ad salutem, nec omnia secundùm ipsum licita, sunt licita in foro animæ. Hinc est, qd vide
4 mus, * quòd licet de iure canonico licitū sit contrahentibus inter se decipere citra dimidiam iusti pretij, vt c. cùm dilecti. & c. cū causam. de emptio. & venditio. istud non habet locum in foro conscientiæ, vt notat dominus Anto. in c. quia plerique. vbi etiam dominus Abbas in ix. quęsti. de immunita. eccle. Inno. & domi. Ant. in c. in ciuitate. de vsuris. vbi etiam latè Ioānes de Ana. in vj. colum. & dominus Abb. in c. primo. in princ. de emptio. & venditio. & latè Saly. in authē. ad hæc. in xxj. quæsti. C. de vsuris. & sic vt superius dictum est, dictum Archidia. est menti tenēdum, maximè quia opiniones suæ

super

super sexto Decreta. præualent omnibus alijs, secũdùm Fel. in c. primo, in vltima col. de constit. allegantem Domi. de rota ita dicere in sua decisione trecentesima quadragesima octaua. in antiquis.

2 Nam ꝙ mater in totũ excludatur etiã à legitima, videtur cõtradicere æquitati. *Legitima matris quãta sit, & an hodie sit aucta, et an sit quarta uel tertia, uide per d. Alex. in cõsil. suo exl. in j. uolu. in ultimis uerbis. Itẽ qualiter taxetur, an debeat attendi quantitas bonorũ defuncti in testamẽto, respectu ad tempus mortis testatoris, uide per eundẽ d. Alex. in cõs. lvij. in ij. uo. ibi, quo ad secundũ dubiũ. Et antequã detrahãt, quæ deduci debeãt de bonis, & hæreditate testatoris, & q̃ imputari debeant, per eundẽ in pulchro cõs. xxxj. per totũ, in iiij. uolumi.*

Cautela ad priuandum iure suo emphyteotam cessantem tantummodò per unum annum à solutione canonis. XX.

1 *Emphyteota propter canonem non solutum, quomodo iure suo priuari possit.*

2 *Papa faciens constitutionem cum clausula non obstante, non intelligitur derogare, seu tollere actum, seu constitutionem iuratam.*

3 *Papa si casset cõsuetudines, & omnia statuta, nunquàm intelligitur cassare consuetudines, & statuta iurata.*

4 *Iuramentum cum ad ecclesiam & Romanum pontificem spectet, principes seculares ipsum remittere non possunt neq; super eo dispensare.*

5 *Papa dispensare non potest, quòd periurus feudum non perdat.*

1 NOTVM est in iure, ꝙ si emphyteota debet, ꝓpter canonẽ nõ solutum, posse priuari iure, quod habet in emphyteosi, requiritur, si est emphyteota priuati, ꝙ steterit per triẽnium, quòd ipsum canonem nõ soluerit. Si verò est emphyteota ecclesiæ, vel cõductor, requiritur, ꝙ steterit per biẽniũ: vt de emphyteota priuati: est tex. in l. secunda. C. de iure emphyteo. & de emphyteota ecclesiæ est tex in authen. qui rem. de sacrosanct. eccle. & in c. potuit. de loca. & de cõductore est tex. cũ glo. cũ distinctione tamen, de qua ibi p Bart. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Tu autem, qui vis dare rem aliquam in emphyteosim, & nõ vis, motus aliqua particulari causa, in cõtractu apponere pactum expressum, quòd si annuatim emphyteota pensionẽ nõ soluerit, quòd cadat à iure suo, quod pactũ valeret, quia in istis contractibus emphyteoticarijs, plurimũ attenduntur pacta, & cõuentiones cõtrahentiũ, vt est tex. in d. l. secũda. C. de iure emphyteo. & libenter p viam indirectam seu occultã, tale pactũ apponeres, cautela est, ꝙ in instrumento ipsius emphyteosis, quãdo promisit annuatim ad tale tẽpus tibi soluere tantam pensionem, facias posteà ei deferri iuramentũ, quòd omnia & singula ipse emphyteota attendet & obseruabit, & in aliquo nõ contrauenict: quo casu, si posteà cessabit tantummodò per vnum annũ, quòd pensionem non soluat, poteris ipsum statim propter periurium priuare iure suo, nec tũc expectabitur triẽniũ, seu biennium. istud fuit elegans & signandum dictum Bald. in c. querelam. per tex. & gloss. ibi. de iureiuran. quod ibi sequitur Fel. in iiij. colum. versic. subdit

dit etiã Bal. hîc dicens esse dictũ aureum, quod dictũ etiã retulit, & secutus est dicens ipsum singulare, dominus Ias. in d. l. ij. C. de iure emphyt. in ix. quæst. idẽ tenet dominus Ias. in l. si quis maior. per tex. ibi. in iij. col. versic. nota bene. C. de transact. subiungens vnũ notabile verbum, ꝙ licet istud nostrũ serenissimum ducale dominiũ Venetorum nõ velit, ꝙ per aliquam cessationem solutionis quantocunque tẽpore factã, emphyteota priuetur iure suo, ꝙ tamen talis sua dispositio non vendicaret sibi locũ, quãdo emphyteota iurasset tali tẽpore soluere, & non fecisset, quia isto modo esset aperire viam periurijs, quod non est dicendũ esse de mente legislatoris, iuxta l. j. C. si aduersus vendi. & c. si verò. de iureiurando. Quod dictũ habeo pro indubitato triplici fundamento. Primò, propter id, quod noluit gl. iuncto tex. in c. cùm non deceat. de elec. lib. vj. quam ibi sequuntur omnes, & quam mirabilẽ dixit Panor. in c. j. in secunda columna, de his, quæ fiunt à

2 maiori parte capituli, *ꝙ Papa faciens constitutionẽ derogatoriam, etiã cũ clausula non obstante, ꝙ tamen non intelligitur velle derogare seu tollere constitutionẽ, seu actũ iuratum. quæ glo. per scriben. in varijs locis celebratur, de quibus in alio loco fiet mentio. Secundò adduco, ꝙ notabiliter voluit Ange. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua re. act. nõ

3 datur.* Vbi dixit, quòd si Papa, seu Imperator casset cõsuetudines & omnia statuta, nunquàm intelligitur cassare consuetudines & statuta iurata. quem refert & sequitur Alex. in cõsilio xxvij. incipiente, viso libello producto p procuratorẽ. circa finem, in primo volu. & in consilio xxxvij. incipiente. viso & opportunè discusso processu. in vij. colu. versic. confirmo per nota. in secundò volumine. Tertiò adduco illam cõmunem o-

4 pinionem, quæ est, *ꝙ principes seculares non possunt remittere, seu dispensare super iuramento, cũ iuramentum pertineat ad ecclesiã & ad Romanũ pontificẽ: vt c. per venerabilẽ. de elect. & c. nouit. cum similibus, de iudicijs. de qua cõmuni opinione habetur per Cynũ in l. fina. & ibi Paulus de Cast. in fine. C. si cõtra ius, vel vtilitatẽ publicam. per dominum Antoniũ in c. cũ contingat. versiculo, tertius casus de iureiuran. vbi latè per Imol. in tertio membro. & per dominũ Abbatem, in octaua columna, versiculo, nunc ad prædicta applica. cũ concordantijs, de quibus per dominũ Iasonem, in l. fin. ff. qui satisdare cogantur. Et quòd quando emphyteota iurauit annuatim soluere pensionem, ꝙ cessando per vnum annum soluere, vigore periurij cadat à iure suo: nec tũc expectetur biennium, seu triennium, ita etiã consulendo tenuit Alexander in cõsilio lxxxv. incipiente, nõ puto id, de quo quæritur, longam disputationẽ exigere. in primo volumine. quod consilium est errore duplicatum, consilio cxxv. in eo. primo volumine. Et istam opinionẽ, similiter tennit Antonius Corsetus in sua repetitione rubricæ, extrà de iureiurãdo, in vndecimo priuilegio iuramenti. & in suis notabilibus, notabili sub verbo emphyteota. & in suo repertorio ad Abba. in verbo, emphyteota. versiculo, emphyteota ecclesiæ non soluens

uens canonem. vbi dixit istud idem tenere Andre. Barba. in dicto c. potuit. de locato. Tenuit dominus Iason in authen. qui rem. in iij. colum na, versiculo, tertiò limita. de sacrosanctis ecclesijs. Pro qua opinion. bene facit dictum singulare Bal. in c. j. in fine principij, de for. fideli. in vsibus feudorum. *Vbi voluit, quòd
a Papa [a] nō possit dispensare, q̄ periurus nō perdat feudum. allegat ita tenere Io. Andre. in c. ij. de renuncia. in nouella. Et si quæris rationē istius pulchræ cōclusionis, dic q̄ est, quia per periuriū quis cadit à iure, quod habet in illa re, sup qua interposuit iuramentū: vt est casus singularis in l. si quis maior. C. de trāsact. per quā l. dixit Mathesi. in suis singularibus, singula. lj. incipiente, nota magnum periculum. q̄ si vendidi tibi fundū pro decē, & obligaui me pro euictione ad duplū, & tu mihi soluisti quinque, & residuū intra tres menses promisisti soluere, & iuratum fuerit per cōtrahentes non contrauenire: & tu omisisti soluere in termino, cogeris ad soluēdum, & ego ero liberatus à periculo euictionis: subiūgens istud dictum esse multū vtile, propter eos qui faciunt cōpromissum in arbitratores, & amicabiles cōpositores, & iurant non contrauenire. arbitratores verò laudant, q̄ vnus alteri debeat intra mensem certū quid facere, alteri verò aliud intra annum. nā primus qui contrauenit, cogitur seruare cōpromissum alteri, & alter erit liberatus ab eo. Et similiter per illam legem, si quis maior. refert Baptis. de Sancto Seuerino in suo tractatu, de transactio. in xv. quæstione. se vidisse iudicatum in ciuitate Bononiæ per dominum Manfredū de Forliuio: q̄ cùm quidam ex causa trāsactionis iuratæ promisisset soluere septuaginta ducatos in septem pensionibus seu terminis, & primis duobus terminis soluisset, tertio verò termino fuisset in mora, quòd poterat compelli ad soluendum totum residuum, non expectatis alijs dilationibus ratione ipsius periurij.

a Quod Pap. *An & quādo Papa possit remittere iuramentū, & super illis dispēsare, uide per do. Lud. de Ro. in cō silio suo xij. quod incip. uiso facto proposito. iuramentū est res spiritualis, de qua non pōt se intromittere iux ciuile. extra de ordi. cogni. c tuā extra de iudi c. ij. & iij. quia nāq; periurijs aperirē, quod esse nō debet. ff. de pact. dota. l. cō uenire. § j extrà de iureiu. cū cōtigat. cū si. debet igitur peti absolutio prius, ut latè in præallegato cōsilio, ibi, unde dicendum est, &c.*

Cautela ad delegādum causam, quæ aliàs uigore statutorum non potest delegari. XXI.

1 *Causæ quæ ex legum prouisione delegabiles non sunt, ex causa necessaria absentiæ delegari possunt.*

2 *Actum quotiescunq; quis liberè facere non potest, nisi in certo casu speciali, de tali casu simplici assertioni suæ non statur.*

MVLTOTIES per statuta terrarum cauetur, quòd in causis talium personarum, talis iudex solus debeat iudicare, & quòd aliquā causam coram eo vertentem nō possit delegare: quo casu posteà contingit, quòd talis iudex in aliqua causa libenter nō iudicaret, vel quia sentit contra amicū, vel aliqua alia de causa: vnum est, q̄ à sententiando libenter

ter se abstineret,& tamen vigore ipsorum statutorũ,ab isto onere iudicandi nõ potest se exonerare. Reuoco ergo in dubiũ,nunquid erit dare cautelam,q̃ nõ obstante dispositiõe statuti,ipsa causa possit delegari?Dic quòd sic,videlicet,q̃ tu iudex fingas opus esse ex necessaria causa,per aliquot dies te absentare, & postea cũ effectu te absentes,& ante recessum tuum deleges ipsam causam alicui personæ,tamen probæ & iustitiã facturæ,& in delegatione apponas ista verba, videlicet, q̃ delegas tali personæ,talem causam,vertentẽ inter talem & talem decidendam,& fine debito terminãdam: & hoc quia es institis de causis impeditus, & maximè ex causa necessariæ absentiæ: quia talis delegatio concepta,prout suprà non obstante statuto, valebit & tenebit.iste est casus, vbi gloss. & omnes notãt in l.j.ff.de officio eius, cui manda.est iurisdictio.*vbi habetur, q̃ causæ,quæ ex prouisiõe legũ non sunt delegabiles,vt sunt causæ meri,vel mixti imperij,tamẽ ex causa necessariæ absentiæ possunt delegari.prout etiã tenet Ioannes Andr. in additio.Speculat.in titu.de iurisdictione omniũ iudicũ.in addition. incipiẽte,ex necessitate. & Salycet. in l.placet. C. de peda. iudi.& si dices,fateor quòd ex causa necessariæ absentiæ,causa,quæ aliàs nõ est delegabilis,possit delegari,sed vbi constat de ista causa necessariç absentiç, crederéturne simplici assertioni iudicis,dicentis se delegare ex causa necessariç absentiæ?Respondeo,q̃ sic, vsque quò probetur contrarium.Ita tenẽt Guil.de Cu.& Alberic. de Ro sate,in dicta l.j.ff.de officio eius, cui mand.est iuris.quos ibi refert & sequitur Alexander. in xvj. colnmna, versiculo,sed iuxta hoc quçritur. dicens,istud esse menti tenendũ, quia aliquando notarij,vel alij officiales possunt aliũ surrogare ex causa:nam creditur officiali causam afferenti. tenet glo.clara,quã indifferenter sequũtur omnes in c.pastoralis.in verbo, exonerare. de officio delegati. Bald.in l.imperiũ.in iiij.col.versicu. quartò quæro.ff.de iurisdictione omnium iudicum.& in rubrica,extrà de officio delega.in vltima colũ. & Alexan.in consil.xxxiij. incipiente, consultus aliàs in principali causa.in iij.volumine.& licet do.Iason.in d. l.j in xviij.col.versic.sed nunquid in hoc stabitur assertioni delegãtis.visus sit tenere contrariũ, per regulã, quæ est, *q̃ quotiescunque quis nõ potest liberè actũ facere,nisi in certo casu speciali, q̃ de ipso casu speciali non statur suæ simplici assertioni,vt dixit text.& ibi not. Bartol. in l.si fortè.ff. de castren. pecu. & in authen.si quis in aliquo documẽto. circa finẽ.C.de eden.ponunt omnes in l.si donatione. cum suis concord. C.de collatio.quia ad hoc responde tur,quòd illa regula procedit in priuatis personis, secus in iudice,de quo lex multùm confidit.iuxta c.bonæ memoriæ Maguntin.de electio. & c. in præsentia. de renunciatio.& ita similiter respondet glos.in dicto c.pastoralis. de officio delegati. & ipsemet dominus Iason in dicta l. si donatione.circa finem. Ad vnum tamen est aduertendum, quòd si ista cautela debet procedere & habere locum

locum, opus est, ꝙ ante reuersionem tuã delegatus iudicauerit in causa, aliàs si reuerteteris añ expeditionẽ, te reuerso, statim & incontinenti expirat iurisdictio delegati, nec requiritur reuocatio, prout tenet Bartol. in dicta l. j. in penultima colũna, versiculo, quæro præses, vel ordinarius. cum quo omnes, excepto Roma. indifferenter transeunt: propterea melius esset, ꝙ ille, cui delegares ipsam causam, esset tuus amicus, & secretè ei cõmitteres, ꝙ velit omnino dictã causam expedire ante reuersionem tuam, quã speras, ꝙ erit intra tot dies. Et istam cautelã ego aliàs practicaui hic Paduæ. nam cũ semel litigarem coram Rectore nostro iurista-rũ, & in causa esset cõclusum, & instarem, vt sententiaretur, tũc Rector mihi dixit, ꝙ pro me sentiebat, sed ꝙ malè libenter in causa iudicabat certis suis particularibus respectibus, (nam & Vicarius suus nõ poterat se in causa impedire, quia fuerat per partẽ aduersam allegatus suspectus, & allegatio suspitionis fuerat admissa) Tunc dixi, ꝙ prima vice, qua vellet ire Venetias, delegaret causam alicui personæ iustæ & iustitiã facturæ, & hoc modo esset exoneratus à iudicando. Respõdit, ꝙ istud nõ poterat fieri vigore cuiusdã nostri statuti disponentis, ꝙ nec Rector, nec Vicarius suus possit aliquam causam corã eo vertẽtẽ delegare sine cõsensu partiũ: tũc dixi, ꝙ in delegatione apponeret verba, de quibus suprà: quia tũc delegatio valeret, & ita fuit factũ: delegatus posteà tulit sentẽtiã in fauorẽ meũ, à qua cũ pars aduersa supplicasset ad nostros dominos cõsiliarios, iuxta formã statutorũ nr̃æ vniuersitatis, & instaret principaliter, ꝙ sententia pronunciaretur nulla tanquàm lata à iudice incõpetenti, scilicet ab vno, qui non poterat esse iudex statuto obstante, tamen per ipsos do. consiliarios fuit per prædicta confirmata.

Cautela ad extrahendum quem inuitum de domo, pro debito ciuili priuato. XXII.

1 *Debito ciuili priuato, quis de domo inuitus extrahi non potest.*

2 *Criminaliter condemnatus, ad hoc, ut condemnationi satisfaciat, inuitus de domo extrahi non potest.*

3 *Statutũ si disposuerit, quòd cõdemnatus propter delictum impunè offendi possit, an ex contumacia cõdemnatus, cum contumacia delictum sit, impunè offendi poterit.*

4 *Iuramentum in forma specifica adimpleri debet.*

SOLENNIS DOCTOR Bartholemæus Cæpolla, in sua cautela I. incipiẽte, Regula est, ꝙ nemo conatus fuit dare vnã cautelã ad extrahendũ de domo debitorẽ inuitũ, quando propter debitũ ciuile priuatum non vult exire de domo. 1 Nam regula est in iure, ꝙ quis pro debito ciuili priuato nõ potest inuitus extrahi de domo: quia domus debet esse vnicuique tutissimũ refugium: vt l. plerique. ff. de in ius vocand. & l. nemo de domo. de regulis iuris. & ista regula procedit non sõlũ in domo propria, verũ etiã in aliena conducta, vel in qua quis gratis habitet: vt notat Bart. in l. qui domum. & in l. nec in ea. de adulter. Bartol. Bald. Paul. de Castro, & alij. in dicta l. plerique. ff. de in ius vocand. & etiam procedit in domo per iudicem data

ex

ex primo decreto, secundùm Baldũ, in authen. ei qui. C. de bon. aut. iud. poss. & etiam procedit, si quis habitaret in cassina, vel capana, nam de ea a similiter pro debito ciuili priuato, quis inuitus nõ põt extrahi: vt dixit Bald. in c. j. §. si duo fratres. de duo. frat. de no. benefi. inuestit. Roma. in l. j. §. domini. el ij. ff. ad Syllan. Imol. & modern. in l. senatus. §. Marcell°. de legatis primo. Roma. & alij post eũ in d. l. plerique. tradidit ergo istã cautelã, vt facias, ꝙ iudex præcipiat huic tuo debitori, ꝙ sub pœna quinque, vel sex applicanda fisco debeat personaliter ad se venire: quia vult ipsum alloqui: nã si ad eũ ibit, facies eum capere: si verò ad eum nolet habere accessum, iudex iuxta cõminationem factam eũ mulctabit, & tunc propter talem mulctam poterit de domo extrahi: quia quotiescunque quis est cõdemnatus pœna pecuniaria fisco applicanda, dicitur criminaliter condemnatus: vt est glo. in l. ꝑtor ait. circa principium. ff. de sepul. viola. quæ est ad hoc singularis, secũdùm Imo. in rubri. ff. de publ. iudi. & est cõsimilis glo. in l. j. & ibi not. Sal. in j. col. C. eo. de sepul. viola. Cyn. & Bal. reprobata gloss. ibi, in l. si qua p calumniã. de episcopis & cleri. communiter Canonistæ in rubr. extrà de
2 iudi. * Sed quotiescũq; quis est condemnatus criminaliter, ad hoc, vt satisfaciat condemnationi, potest inuitus de domo extrahi: vt no. in l. nemo carcerẽ. C. de exact. tribu. libr. x. glo. & Doct. in d. l. plerique. & etiam alia ratione vltra eũ poterit isto casu de domo extrahi, quia condemnatus propter contumaciã, dicitur cõdemnatus propter delictum: & sic talis causa dicitur criminalis, & per cõsequens poterit extrahi, vt superius
3 dictum est. * Et ꝙ contumacia sit delictum, vt no. gloss. Bar. & alij in l. vnica. §. fi. ff. si quis ius dicẽ. non obtempe. per quam glo. dicunt Docto. ibi, ꝙ stante statuto, ꝙ condemnatus propter delictum possit impunè offendi, ꝙ poterit impunè offendi condemnatus ex cõtumacia, vt etiã not. gl. clarior in l. si filius. in verbo succurrendum. ff. de interroga. acti. quam singularẽ dixit Imol. in l. pen. §. ad crimẽ. in xxj. col. ff. de publi. iudi. no. Bart. in l. omne delictũ. §. contumacia. ff. de re militari. & Paul. de Cast. in l. cõtumacia. ff. de re iudi. qñ posteà debitor tuus erit in carceribus, poteris eũ pro debito tuo recõmendare, iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. ij. ff. de custod. reo. & in sua disputatione inci. Lapus fuit captus, allegat tãtummodò tenere Bart. in l. sacrilegij. aliàs incipit, cũ eo. ff. ad leg. Iuliã pecu. adde ꝙ ita etiam tenet Roma. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infe. Angel. de Are. in §. fi. in ij. col. versi. aduertas tñ, ꝙ iudex. Instit. de actio. Pet. de Anchara. & Ioan. de Imol. in c. ij. vers. ex his tamẽ quæ dicta sunt, dat Barto. cautelam. extrà de pigno. Paulus de Castro & Alexander in d. l. pleriq;. Quæ quidem cautela licet pulchra sit, & ingeniosa, tamẽ ꝑpter eius difficultatem in ea practicanda mihi nõ satisfacit. Prima ergo difficultas, qua laborat ista cautela, est in reperiendo vnum iudicẽ, qui tibi sit tantùm propitius & fauorabilis, q causa tibi complacendi, velit decipere, & quodammodò assasinare tuũ debitorem, præcipiendo ei, venias ad me personaliter, quia volo te alloqui.

loqui. Secunda difficultas est, quia si iste iudex præcipiens habebit superiorem in illo loco, in quo fuerit factum prædictum præceptũ, prout habent isti iudices maleficiorum, & isti vicarij, qui habẽt potestatem superiorem: iste tuus debitor latitans mittet aliquem ad ipsum superiorẽ, narrãdo qualiter talis iudex fecit vnum præceptũ pœnale tali personę, quòd sub pœna debeat ad se personaliter venire, ex eo quòd vult secum loqui, & quòd talis persona nõ audet exire domum propter debita ciuilia: quo casu, si negotiũ illud, ꝓpter quod vocatus fuit ab ipso iudice, non põt expediri per procuratorem, & sic necesse sit personaliter cõparere, quòd rogat ipsum, vt velit ei concedere vnũ saluum conductũ, ꝙ pro debito ciuili non possit in persona à creditoribus pro illa die molestari, iuxta l. quoties. cum ibi no. C. de preci. impera. offe. & iuxta l. vniuersa. C. eo. tit. nam superior qui ęquitatem habebit ante oculos, iuxta l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo quod certo loc. concedet talẽ saluum conductũ, & sic ipsa cautela erit elusoria. Si verò ille iudex præcipiens nõ habebit superiorem in illo loco, prout non habent isti potestates & capitanei terrarum, similiter talis saluus conductus petetur ab eo: si concedet, cautela nihil operabitur. Si non, erit iusta causa prouocandi ad principem: nã tu vis, ꝙ veniam ad te personaliter, dico, ꝙ non possum exire domũ ꝓpter creditores ciuiles, idcirco peto, ꝙ debeas me facere tutũ pro tanto tempore, ꝙ possim venire ad te, & domum repetere, & tu non vis cõcedere: non potest aliter dici, nisi ꝙ istud facias in fraudem: & sic in effectu esset iusta causa appellandi ad superiorem, iuxta ea quæ habẽtur per Bart. in l. n. ff. de appella. recip. & latè per Canonistas in c. bonæ. de appellatio. & tũc princeps omnia, quæ pendente appellatione innouarent, retractaret: vt habetur in dicto c. bonæ. & latè per Bartolum in sua disputatione incipiẽte, Lapus fuit capt⁹. Tertia difficultas est, quia à cõmuniter accidentibus, isti latitantes non comparent, nec ad fenestras, nec sup ostio, sed verè latitant, & nõ permittunt, ꝙ affines & beneuoli habeãt accessum ad eos: & si aliquis vadit ad domum petendo ipsos, faciũt, ꝙ domest. ci referunt ipsos esse absentes à ciuitate, & multò minus permittunt, ꝙ aliquis nuncius publicus accedat ad eos, quo casu, si citatio siue præceptũ debet fieri, opus est, quòd fiat ad domum, & talis citatus ad domum, non parendo citationi siue ꝑcepto, non dicitur verus contumax, sed fictus: vt not. per Barto. & plení⁹ per moder. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appellatio. per Barto. in l. fin. ff. de in integrum restitu. plenè per Alex. in l. properãdũ. §. fin autem reus. C. de iudi. Modò ego habeo, ꝙ fictus contumax non põt mulctari. nam iura loquẽtia de mulctis, habent locũ & procedunt tantummodò in veris contumacibus, non autẽ in fictis, vt no. Barto. cum quo cæteri transeũt, in l. vnica. §. fin. & Pau. de Castr. ibi, in §. j. ff. si quis ius di. non obtem. & not. Ange. in suo consilio viij. incip. regulares introitus & expẽsarũ cõmunis Florentiæ. & sic si prædicta cautela debet habere locum, opus esset, ꝙ debitor tuus personaliter citaretur,

taretur, aliàs non. Tu autem, qui habes debitorem latitantem, & cùm non habeat in bonis, non audet exire domũ ad hoc, vt nõ luat in corpore: si vis facere omnino, ꝙ exeat de domo, cautela est, vt inspicias si in ciuitate sit aliqua constitutio, vel aliquod statutum disponens, ꝙ ille qui fuerit assumptus ad tale officiũ, non possit illi renuntiare, sed teneatur illud assumere, & tunc procures, vt eligatur ad illud tale officium, quia tunc si non veniet ad illud acceptandum, poterit de domo inuitus extrahi. iste est textus in l. ex omnib⁹. vbi Barto. & alij hoc in specie not. C. de decur. lib. x. quem ad hoc pro singulari not. Roma. in l. iiij. §. prętor ait. de damno infecto. & istã cautelã in terminis tradidit ipse Roma. quẽ ibi referunt & sequuntur Alexan. & do. Ias. in dicta l. plerique. ff. de in ius vocan. & Paris de Puteo, in suo tractat. de syndicatu. in verbo, captura. §. captus illicitè. & tunc eo extracto, poterit nomine tuo capi, & ista cautela habet locum in debitore de pñti latitante. Si verò nunc vis facere aliquem cõtractum cum aliquo, & vis, ꝙ si tempore solutionis fiendæ non tibi satisfaciet, si non habebit in bonis, luat in corpore, nec sibi prosit stare in domo, quo minus de ea possit euelli, cautela est, ꝙ super solutione fienda apponas iuramentum: qa tunc si tempore debito nõ obseruabit promissa ad hoc, vt ea obseruet, poterit inuitus de domo extrahi: nã iura disponentia, ꝙ pro debito ciuili qs de domo inuitus non extrahať, procedũt in obligationib⁹ dãdi, nõ aũt in obligationibus facti: in qbus quis p̃cisè põt cogi ad factũ: qa tunc de domo põt inuitus euelli, præsertim sit annexum delictum. ita singulariter & ad literam dicit Bal. in d. l. ex omnibus. C. de decurio. lib. x. quẽ refert & pro singulari sequitur do. Ias. in dicta l. plerique. in nona limitatione, dicens ꝙ tale dictum alibi non inuenies.

4 * Modò iuramentum b habet istam vim, ꝙ cogit præcisè ad factum. nam in forma specifica debet adimpleri: vt est text. & ibi no. in c. ad nostram. el j. de iureiurãdo. notant Inno. dominus Anton. & latè Panor. in c. veniens. eodem tit. de iureiurando. Bal. in l. vnica. in ix. col. versi. iiij. fallit. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profer. Alexander, cũ concordantijs, de quibus ibi per eum, in l. stipulationes non diuiduntur. in x. col. versi. demũ inquantũm. Bar. hic de verborum obliga. & similiter quis non satisfaciendo obligationi iuratæ, incidit in periuriũ, & sic in crimẽ, & scelus grauissimũ: secundùm legem, Prophetas, & Euãgelium: vt dicit text. in c. prædicandum. xxij. q. j. nam propter periuriũ cõtristatur deus, vt dicit Bald. in auť. cui relictum. in iij. col. de indic. vid. toll. adeò, ꝙ censetur maius adulterio: vt not. dominus Cardinalis in Clement. vnica. de iureiuran. quia p periurium offenditur deus, per adulterium verò proximus, & per quod periuriũ persona efficitur infamis: vt no. gl. Bart. & Doct. in l. si quis maior. C. de trãsact. Bar. in l. Lucius Titius. ff. de infa. Canonistæ in c. testimonium. de test. etiam tali periurio imponitur pœnitentia, ꝙ ieiunet xl. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat, & nunquã sit sine pœnitentia: vt dicit tex. vj. q. j. quic

j.quicunq;.& xxij.q.v.si quis peierauerit. Est bene verū, ꝙ non est multum tēpus, ꝙ feci suprascriptam cautelam practicare modo, quo infrà. Quidā cum haberet debitorem, qui ne incarceraretur, non audebat exire domū, de quo credito, constabat tantummodò in vno chyrographo existente apud ipsum creditorē, scripto manu ipsius debitoris: feci, ꝙ iste creditor adiuit illū suū debitorē, rogādo ipsum cū verbis blandis, vt vellet sibi satisfacere: cui debitor respondit, ꝙ libenter faceret, sed non habebat modū: breuiter post aliqua iste creditor dixit, ꝙ ad hoc, vt cognosceret, ꝙ ipsū amabat, ꝙ ex nūc volebat eū adhuc expectare per quinque, vel sex menses, sed bene rogabat eū, ꝙ finitis ipsis quīque, vel sex mensibus, vellet sibi satisfacere, sed ꝙ & ipse volebat ab eo vnum, ꝙ creditum suum de quo constabat tantū modò ī illo chyrographo, reduceretur in instrumentū publicū: cui petitioni ipse debitor cōsensit, & oīa etiam fecisset, vt habuisset illā dilationem quinq;, vel sex mensium, & sic consequeretur libertatem exeundi de domo, & ita fuit factū: in quo instrumento publico notarius detulit iuramentū huic debitori, de attēdēdo & obseruando omnia & singula, & in aliquo non contrauenire, &c. Elapsis posteà illis sex mensibus, singulariter nō satisfecit, sed iterū stabat in domo, & non exibat, quo casu adiuimus quēdā iudicē, qui tūc tpis erat hîc Paduæ, hoiem captiosum, & aliàs satis ignorantē, cuius nomē taceo, petendo, ꝙ per ea, q̄ superius dicta sunt, vellet dare nobis licētiā, ꝙ ille debitor posset de domo extrahi: tamen noluit cōcedere, nec profuit ostendere ei authoritatem Bal. & domini Ias. nihilominus tu prædictam cautelam nō tradas obliuioni, quia licet Bald. aliquādo fuerit locutus ex capite suo sine intellectu, & sine iure, vt dixit do. Anto. in c. consultationibus. de iure patro. vt etiā refert Frācis. de Cur. in suo cōsi. lxxvj. incipiēte, super motiuis redditis in fauorem communitatis montis Barrutij. in ij. col. & Vincentius Paleottus in cōsilio xvij. inter consi. ipsius Francis. de Cur. incipiente, viso puncto, & subtilibus dubitationibus. in iij. colū. tamen magna est autoritas Baldi, præsertim quando non habet contradicentē, vt dicit Alexād. in l. moribus. in iiij. col. versi. in practica. de vulgar. & pupil. Nā autoritas sua multùm est tenenda, in iudicādo, vt dicit Ful. in cōsil. xxvj. incip. stāte statuto ciuitatis Vincētiæ. in fi. Nā ipse fuit vnicus iuris vtriusq; professor, secundū Ang. in cōsil. xxxvj. post medium j. col. & fuit doctor excellentissimus, & iuris vtriusq; lumen, secundū Fulgo. in consilio lxxxij. incip. punctum, super quo consultatio proponitur, post medium iiij. colum.

a Et ꝙ cont. *An cōtumacia sit delictū, uide in l. omne delictū. ī § . cōtumacia. ff. de re mil. & ibi Alex. & gl. in c ex literis. de constitu. dic tamē ꝙ est fictū & nō uerum. uide per Bal. in l. si filio. in fin. ff. solu. matrimo. & per Bal. in l & in multis. C. de appella. per Ioan. de Imol. in l. penul. § . ad crimen. de pub. iudi. ff. sed contumaciæ appellatione in statuto uenit uera & non fict. uide per Angel. in consilio suo excv.*

b Iuramentū. *Quid de iuramento facto super pacto de futura successione, an sit*

an sit seruandū, uel ne, uide Bal in cōs. suo cccclxix. incip. quadā puella. in iij. uol. & ibidē uideas, in quibus casibus seruandū sit iuramentū, & ualeat: & in quibus non est pulchrum, & quotidianum consilium.

Cautela ad liberādum aliquem à morte. XXIII.

1 *Votum, sicuti aliæ res, regulariter depēdet à uolūtate & cōscientia nostra.*

BARTHOLEMAEVS Cępolla in princip. suarū cautelarum, conatus fuit dare quasdā cautelas ad euadēdū aliquē à morte, quas nō expedit referre, quia ibi possunt videri: & q̃ similiter nō tāgo an sint iuridicæ, vel nō: quibus adde vnā, ꝙ si habes amicū incarceratū, qui vel de iure cōi, vel ex forma statutorū debet mori: si vis, ꝙ iste tu' amicus nō possit p iudicē secularē puniri, non solū ad mortē, sed nec etiā ad aliquā aliā pœnā: sed ꝙ talis causa extrahatur de manu iudicis secularis ad iudicē ecclesiasticū, cui est interdictus gladi' sanguinis: vt c. clericis. & c. sententiā sanguini. ne cleri. vel mo. & c. ex literis. de excess. prælat. Cautela est, vt facias, a quòd incarceratus dicat, quòd antequàm cōmisisset illud delictum, propter quod fuit incarceratus, fecerat votū clericatus intrandi religionem, & quòd nūc vult voto satisfacere: quia hoc modo per iudicem secularem, tanquàm persona ecclesiastica, nō poterit puniri, tāquàm ꝙ votū trahatur retrò. ita not. dicit do. Ias. in l. cū quædā puella. in xij. col. ff. de iuris. om. iudi. allegās istud fore singulare dictum Bal. in l. j. C. an seruus ex suo facto. subiungens, ꝙ tale dictum est multùm notādū, quia posses quē in practica à morte liberare, & tantò magis secundùm eum, quia staretur dicto suo, an emisisset votum ante commissum delictū, prout statur regulariter de alijs rebus, 1 quæ dependent à voluntate & conscientia nostra: iuxta gl. vulgatam. in §. aliæ. Inst. de actio. & gl. in c. significasti. el ij. de homi. Bart. in l. interdictū. §. q furē. cū suis cōcordā. ff. de fur. Et in effectu ista cautela si est verā, est singulariter notāda: qui suo loco & tēpore posset tibi afferre & honorē, & vtilitatem: quia vbi vertitur pœna sanguinis, eò confluunt pecuniæ: vt verbis vtar Imo. in l. pe. §. ad crimē. ff. de pub. ind. tamē est verum, quòd Bal. in d. l. j. C. si seru' ex suo fac. sup quo solo fundat se d. Ias. aliter loquitur quàm ipse eū referat, propterea cogita an istud suū dictum sit verū.

a Quod in c. *Quid si laicus cōmiserit delictum, et formata in eū inquisitiōe, uel secuta cōdēnatione efficiatur clericus, uel religiosus, an per talē mutatione fori impediatur iudex secularis eū punire? dic ꝙ nō. per Bar. & alios in l. j ff. de pœnis. et i l. cū quadā puella. hic allegata. facta tamē prius degradatione a iudice ecclesiastico: nisi fecisset uotū nūquā delictū cōmittere: ut hic. sed non est cautela tuta, nec hodie seruarēt hanc iudices nostri temporis: ut de do. Ias. in d. l. cum quedam puella, ubi ultrò. ff. de iuris. om. iudi.*

Cautela ad euadēdum Iudæum, à morte. XXIIII.

1 *Iudæorum causa an secundùm ius cōmune, an uerò secundum suum ius Mosaicum decidi debeant.*

2 *Filia fœmina secundùm ius commune cum masculis succedūt, secus tamen de iure Mosaico, quo stantibus masculis, filia fœmina non succedunt.*

3 *Iudaeus si testamentum faciat, & relinquat uxorem suam dominam, massariam, & usufructuariam, cùm non sit à lege Mosaica decisum, quid talia uerba importent, interpretationi Iudaeorum stabitur.*

4 *Iudaei an teneantur testari secundùm solennitatem iuris ciuilis, non autem secundùm eorum ritum.*

5 *Legitimam pater inuita filia dare non tenetur, secus tamen in Iudaeo effecto Christiano.*

1 QVAERITVR* per scribētes nūquid causæ Iudæorū debeāt decidi secundū ius cōmune, an verò secundùm ius suum Mosaicū: in quo quidem passu resecatis multis, ista videtur cōmunis distinctio, ꝙ aut loquimur in processu causæ, & sic in ipso ordine iudiciario. aut in decisione ipsius causæ. Primo casu debet seruari ipsū ius cōmune, quoniā quàm absurdum videretur, ꝙ iudex in causis Iudæorū deberet aliter procedere, quàm sit stylus sui fori, secundum clarissimū præceptorē meū in legibus do. Io. Campetiū in suo tractatu dot. in vlt. parte. q. vlt. dicētem ita deberi intelligi l. Iudæi. C. de Iud. Secūdo verò casu, aut causa vertitur inter Christianū & Iudæū, & tūc similiter debet decidi secundū ius cōmune, per illam regulā, quæ est, ꝙ ratione mixturæ, maius dignum trahit ad se minus dignū. vt l. præcipimus. §. fin. & ibi Bar. C. de app. & l. ij. & ibi Bar. C. cōmunia de leg. & c. quod in dubijs. & ibi Pan. de cōse. eccl. vel alt. & vt ponit Fely. in rub. extrà de offic. deleg. in prin. Aut inter Iudæos tantummodò, & tūc aut est casus à iure cōmuni decisus expressè in personis Iudæorū, & tūc seruatur ius cōmune quia ipsi subiacēt populo Romano, vt l. Iudæi Romano. C. de Iudæ. Aut non est decisus expressè in personis ipsorū, & tunc seruatur ius Mosaicū tāquàm suum ius speciale, quod derogat generali: prout dicimus de statutis, quæ derogāt iuri cōmuni, iuxta no. in l. omnes populi. de iustit. &
2 iur.* hinc est, ꝙ licet habeamus de iure cōmuni, ꝙ filiæ fœminæ pariter succedāt cum masculis, vt l. maximū vitiū. C. de libe. præteri. & aut. in succes. C. de suis & leg. & tamē sec* est 3
de iure Mosaico: quia ſtātibus masculis filiæ fœminæ nō succedūt, vt habetur Numeri xxvij. incipi. accesserunt filiæ Salpha ad Moysen: idcirco si decedit Iudæus ab intestato relictis post se masculis & fœminis, masculi excludunt fœminas, & sic attēditur in successionibus suis lex Mosaica, nō autē ius cōmune: vt concludit Calde. in cōs. xj. posito sub rubrica de cōsti. quod incipit, factū super quo cōsiliū petitur. & in cōs. xxx. sub rubrica de testa. quod incip. an si Iudę. & quam op. etiam tenet do. Ias. in l. quę patris. in v. col. ver. & not. ꝙ inter Iudæos. C. vnde li. & Fel. in c. canonū statuta. in x. col. ver. v. fallit de cōst. & in c. Iud. el ij. de Iud. vbi refert Floria. de sancto Petro dicētē in l. maximū vitiū. C. de lib. præte. se ita aliàs cōsuluisse vnà cū Pet. de Anch. Rapha. Fulgo. & Gaspa. de Calde. in quadā causa triginta milia ducatorum. Et vt etiā tenet Cardi. Ale. in c. de infidelibus. de cōsangui. & affi. & do. Ioā. Cāpetius in suo tracta. doti. in vltima parte, in vlt. quæsti. vbi dicit ita fuisse seruatū Mantuæ, in arcta quæstione facti de anno M. cccclxj. Aut est casus nō decisus ab ipsa l. Mosai

Mosaica,nec in specie à iure cōmu-
ni i personis ipsorū Iudęorū, & tūc
deciditur secūdū dispositionē iuris
cōmunis:iuxta id, qđ al.às dicin us,
ꝙ casus omissus à statuto, reuertitur
in dispositionē iuris cōmunis:vt l.
cōmodissimè. ff.de lib. & posthu.&
l.si cū dotē. in prin.ff.solu.mat.huc
est,ꝙ solennis Doct.do.Pau. de Mō
te Pico,in sua elegāti reperi. §. Titia
cū nuberet.l. Titia cū testamēto. de
leg.ij. in xx.q. dixit vnū, quod alibi
5 in terminis nō legi. *quod si Iudæus
fecit testamentū,& relinquat vxorē
suā dominā,massariā,& vsufructua-
riā,qđ cū nō sit decisum à lege Mo-
saica,quid importēt talia verba, id-
circo stabitur etiā inter Iudæos in-
terpretationi factę per Bulga.de qua
habetur in d. §. Titia. & in auth.hoc
locū.C.si mulier sec.nup.est verū, ꝙ
aliqui tenuerūt in omnibus casibus
ipsorū Iudęorum debere seruari ius
cōe,nō autē ipsum ius Mosaicū: nisi
specificè reperiatur promissum circa
personas ipsorū adducētes id, quod
no.Bal.post Iaco.de Raue.& Cyn.in
l.itē in potestate. cū sequē. ff. de his
qui sunt sui,vel alie.iur.volēs,ꝙ illa
iura,quæ dicunt patres habere filios
in potestate, habēt locum etiā in Iu-
dæis:qa & ipsi habēt filios in potesta
te:vt etiā tenet glo.in c. Iudæorū.xx
viij.q.j. & Calde.in cōsi.iij.inci.an fi
lij Iudæorū.sub rubrica,de Iud. Car
di.in Cle.j.in fi.cōment.de Iudæ.Pa-
nor.in c.fi.de cōuers.infide. Alex.&
Aret.in l.multū interest. ff. de verb.
obl.vbi repræhēdunt Archidi.q ali-
ter tenuit in c.q syncera.xlv. disti.ex
quo infert Bal.vbi suprà,ꝙ quemad-
modū filijfamilias non possunt testa
ri,vt l. filius familias.ff.de testa.& In

stit.qbus nō est permiss.fac.testamē.
in princip.ita nec etiam filij Iudæo-
rum:propterea dixit Alexand.in suo
cōsi.lxxj.incipi. pōderatis verbis. in
iij.vol.ꝙ filij Iudęorū sunt sui parētī
b⁹,sicut & Christiani. & Pau.de Ca.
in cōsi.cccxcv. inci.ad primum vide
tur.in j.volu.nouorū cōsiliorum se
4 cūdū vltimā impreßionē, dixit, *ꝙ
Iudæi tenentur testari secundū solē
nitatem iuris ciuilis,nō autem secū-
dùm ritum eorum generaliter in ma
teria proportionabili Christianis &
Iudęis,ꝙ lex ciuilis sit cōis vtriusq;.
ita tenet Gemi.in c.j. §.fi.ī fi.de vsur.
in vj.Et multa alia similia adducunt.
tamē cōis opi.videtur, vt primo lo-
co est dictū,de quo quidē passu, An
ius cōmune debeat seruari in casi-
bus Iudæorū,an verò lex Mosaica.
tāgitur in multis locis,sed præcipuè
per Ioā.de Ana.in c.Iudæi.el ij.de Iu
dæ.per Lauren.de Pala,in §.cæterū.
Insti.de legi.agna.suc.per do.Pau.de
monte Pico,& Campetium in locis
superius allegatis per Socyn. in suo
cōsi.lxvij. computatis cōsilij Maria.
quod inci.in præsenti cōsultatione
visis statutis.in iiij.col. ver.circa ter
tiam dubitationē.& in cōs.lxx.inci.
in præsenti cōsultatiōe vertitur du-
bitatio:nūquid valeat testamentum.
per totum. & per Philip. Cor.in suo
consi clxxx.incipi. in hac cōsultatio
ne videtur prima facie dicēdū. ver.
sed addo,quòd etiam circumscripta
l.in ij.volo. Tu autē Iudæe,qui com
misisti aliquod delictū propter qđ
debes mori,vel alia pœna corporalī
puniri,vel ex forma statutorum, vel
ex dispositione iuris communis, vel
iuris Mosaici, quòd ius Mosaicū in
multis casib⁹ corporaliter punit,vt

legitur Leui.c. xviij. & c.xxiiij.& similiter Exo.c.xxj.& xxij.si vis ipsam mortē, vel aliam pœnā corporalem euadere, cautela est, vt facias te Christianum: quia baptismus habet tātam efficaciam & tantam virtutem, quòd non solùm liberat hominē ab omni
1 pœna spirituali quo ad deum verū etiam ab omni corporali quo ad mū dum. ista est gloss. in capitu. fine pœnitentia. de consec. distinctio. iiij. & gloss. in capitul. quod autem. xxxij. quæstio. j. & gloss. xlix. disti. in prin. sentit gl. in c. ij. de consec. dist. iiij. & glo. j. dist. si quis viduam. & hāc partem, quòd nō solū pœna spiritualis quo ad deum, verùm etiam corporalis quo ad mundum tollatur per Baptismum, tenēt Calde. do. Ant. & latius Inno. & Fely. in c. de his. de accu. cum quibus etiā ibi videtur transire Ioan. de Ana. Et licet cōtrariam partem, scilicet, quod pœna corporalis nō tollatur per baptismū, sed tātum modò spiritualis, teneāt d. Abb. Maria. & Aret. in d.c. de his. de accusa. & Inn. Host. & do. Abb. in c. gaudem*. de diuor. & solēnis. Doct. & præceptor meus in canonibus. do. Philip. Decius in suo cōsi. c xxx. incip. ex facto proponitur, quod Iudęus. tamen primā opin. tenet Archid. l. distinct. in summa. & cōiter tenēt sacri Theologi, videlicet Sāctus Thomas ī iiij. distincti. iiij. q. uæst. ij. articu. j. & Sanctus Tho. in iij. par. suæ summę, quęstio. lxviij. artic. v. & quæstio. lxix. articu. ij. Sanc. Bona. in iiij. dist. iiij. articu. ij. Richardus in iiij. dist. iiij. art. ij. Pe. Aureol. in iiij. dist. iiij. quæst. j. art. ij. proposi. j. Tho. de Argē. in iiij. dist. iiij. art. iij. in fi. Alex. de Ales, quęstio. xx. mebr. ij. art. j. Petr. de Thara. in iiij. dist. iiij. in iij. problemate, ar. ij. Et si diceres, quòd ipsi loquuntur de pœna temporali satisfactoria culpæ, exemplum in ieiunio, disciplinis, & similib*: quia dico, quòd imo loqūtur de pœna imponēda ab hominibus. vt Sanctus Tho. in iiij dist. iiij. q. ij. art. j. dum in fi. dicit, quòd principes isto casu piè faciunt indulgere pœnas. & Sanctus Tho. in iij. parte summæ. q. lxviij. art. v. dum dicit, quòd restituere malè ablata proximis, est satisfacere de iniurijs illatis: & cessare à peccato: quia hoc ipso quòd detinent aliena, est proximū lædere, proximū autē læsum non placare, est peccatum: & id eo peccatoribus baptizatis iniungē dum est, quòd satisfaciant proximis, sicut & quòd desinant à peccatis: nō autem est eis iniungendum, quòd pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur. & hanc opinionem etiam tenet Archiepiscopus Florentinus in ij. parte suæ summæ, sub rubrica de baptis. Et ita aliàs fuit hic Paduæ obtentum in causa cuiusdā Iudæi, qui commiserat vnum enorme furtum, quo commisso fecit se Christianum. in qua causa pro & contra interuenerunt solenniores Doctores totius gymnasij, & vltimo loco fuit liberatus ab omni pœna corporali aduocantibus pro ipso clarissimis doctorib*, & patribus meis honorandis domino Christophore Alberico, d. Carolo Ruino, & do
2 mino Bertrutio Bagarotto. *Et not. alium mirabilem effectum ipsius baptismi: nam tu habes, quòd pater in vita sua non tenetur dare legitimam filio, licet dicatur in euangelio Lucæ, da mihi partem substātiæ, quæ mihi cotingit. de iure tamen

men pater nō tenet.tex.est principalis in l.j.§.si impuberi.ff.de col.bo. & ita determinat Bar.in authē.si qua mulier.circa fi.de sacr.san.eccle.& Bald.in l.quanquā.C.ad leg.falcid. Bal.Ange.& reliqui omnes in l.lex Cornelia.de vulg.& pup.Alb.de Rosa.in l.si lenones.C.de episc.audien. Imò plus in casibus in quibus pater inuitus cogitur emācipare filiū,qui enumerantur per gloss. magistram, in §.fi.Insti.quib.mod.ius pat.pote. solui.in illis enim casibus non cogitur pater assignare aliquā legitimā filio,vt singulariter voluit Bald.in l. non potest.ff.de adop.ideo iniqua sunt statuta,quæ cogūt patrē soluere legitimā pro delicto filij,secūdū Cy.& Bal.in l.si qua pœna.ff.de his, qui sunt sui.vel alieni iuris,& in l.si filius.per illum tex.C.de bo.proscripti.& in d.l.lex Corne.vbi tamē videndi sunt moder.ff.de vulg.& pupil.nam filius viuo patre nullum ius habet etiam spe in legitima,secūdū Cy.& Bar.in l.fi.ff.de libe.agno.reprobata gl.in §.si verò non implēs. in authē.de hær.& Falci.& vt tenet Bar.in l.post emancipationē.in princi.ff.de libe.leg.Bal.& Mode.in d.l. lex Cornel.Sed si filius Iudæus facit se Christianum,potest viuēte patre petere suam legitimā.ita notanter dicunt Ioā.de Ana.& Felyn.in c. Iudæi.el ij.de Iudæ.ꝓpttereà si filius Iudęus vellet ad aliquem suum finē, habere suam legitimā viuente patre,bonum remedium seu cautela est,vt faciat se Christianum,& consequetur intentionem suam.

a Verum etiam. *Aduerte quòd licet per baptismum fiat plena remissio,ut multa gl.nolūt iuris canonici,quæ hic allegantur etiam quo ad pœnam temporalem.& facit text.de consec.distin. 4.c.1.in fi.ibi,quicquid ab homine &c. Sed quòd imò contra baptizatum forte mari possit procesßus,ut puniatur pro furto,& aliis delictis.facit quia sacramentum baptismi respicit animā, & tollit peccatum,quo ad deum,sed non liberat à pœna delicti.prout concludit Anto.de Bu.post gloß.in c.gaudemus.colum.iiij.de diuortiis. & idē post gl.sequuntur Abbas & Inno. Idē tenet Pet.de Perusio,in d.c.gaudemus. & Cardi.in Clem.prima. §.sanè.in xiiij.q.de usuris.& ita est communis opi ut dicit d.Ioan.de Ana.in c.de bu. de accusa.*

Cautela pro blasphemantibus deum & sanctos,ut euitent pœnam legis punientis blasphemias. XXV.

1 *Blasphemantium deum pœna est,abscisio capitis.*

POENA¹ blasphemantium deū, de iure cōmuni est abscisio capitis:vt in authēt.vt nō luxu.ho.contra naturā.per totū.& notat glo.vigesima secunda, quæstio.pri.si quis per capillum.& Ang.de Are.in trac. malefi.in verbo,verba contumeliosa & iniuriosa.versi.quæro quæ pœna erit contra istos sacrilegos.& talis pœna habet locum etiam,si taliter blasphemās blasphemaret de quadam sua cōsuetudine:vt volunt Cy.Bal.& Salyce.in l.iurisiurādi.C. de re.cre.& Bal.in l.ij.C.ad l.Iul.ma. licet hodie talis pœna sit cōmuniter diminuta per statuta Italiæ,vt etiam attestatur Bal.in d.l.iurisiurādi.quia in aliquibus locis imponitur pecuniaria:vt est in nostra ciuitate Brixiæ,& etiam hic Padue:in aliquibus

alijs imponitur pœna linguæ, vt qua si per totã Alemaniã, vt mihi aliàs relatũ est, vbi etiã obseruať, & præcipuè in mulieribus, ꝙ ligant ad funẽ & proijciũtur in aliquod flumen, & posteà extrahũtur. & iterũ proijciũtur, & ita pluries fit, adeò ꝙ multoties moriũtur, & aliæ diuersæ pœnę imponũtur, prout statuentibus videtur. Modò qđ̃ blasphemauit Deũ, vel suos sanctos, quo casu vigore statutorũ debet ei puta euelli lingua, vel aliqua alia magna pœna imponi, quo remedio poterit vti, vt nõ possit puniri pœna illius statuti punientis blasphemias. Dic ꝙ cautela est, vt inspiciat, an sit in ciuitate statutũ, vt reperitur in multis locis, disponẽs, ꝙ pro criminibus, de quibus qs habuerit pacẽ ab offenso, imponať talis pœna: & tũc videat an illa pœna sit minor illa, quæ imponiť blasphe-
a mãtibus: & si sic, tũc[a] vadat ad confitẽdũ peccata sua, quia habita à sacerdote absolutione, & sic peccatorum remissione, intelligiť fecisse pacẽ cũ Deo, qui per blasphemias principaliter offenditur: vt habeť in d. aut. vt nõ luxu hom. cõtra naturã. & isto casu, iste nõ poterit puniri pœna statuti punientis blasphemãtes, sed gaudebit priuilegio alterius statuti punietis delinquẽtes, q ab offenso pacẽ habuerint. ita singulariter cõsulẽdo tradit Bar. in suo cõsi. clxvij. inci. ꝙ minister fratrũ. de pœnitẽtia. quẽ referũt, & sequunť Pe. de Anch. & Ioan. de ana. in x. col. in c. fi. de maledi. & Fely. in c. de his. in ij. col. versi. iij. fallit. de accus. Et solẽnis Doct. & ꝑceptor meus in canonib⁹ do. Philip. Deci. in suo cõsi. cxxxvij. inci. & diligenter ꝑ tenui facultate mea. in ij. col. ver. & cũ in isto delicto principaliter deus offendatur. Et licet ista cautela prima fronte videať praua & malum in se continere, videlicet instruere istos sacrilegos blasphematores ad euadẽdũ pœnam blasphemię, ꝓpter quas blasphemias veniũt fames, terræmotus, & pestilentiæ, vt dicit Imperator in d. authen. vt non luxu contra natu. Tamẽ cõsiderans si ista cautela debet practicari, opus est, ꝙ cõmittatur illa bona operatio scilicet cõfessio peccatorũ ĩ qua cõsistit salus animarum nostrarũ: idcirco mihi visum fuit ipsam tradere.

a Tũc vadat. *Quæritur utrũ blasphemus possit absolui à proprio sacerdote. dicitur secundũ Panor. in c. statuimus. de maledicis. quòd non publicè blasphemans, sed ab episcopo. facit gl. in c. ij. de pœnitẽ. & remiss. lib. vj secus si occultè, quia secundum Hostiẽ. tunc non pertinet ad episcopum. Ego uerò intelligo, quòd est casus episcopi, quando blasphemia est peccatum non simpliciter, sed quando propter publicitatem defertur ad episcopum. unde dicit Goffre. & Hosti. quòd quæ dicũtur in d. c. statuimus. de pœna temporali, uel pecuniaria, intelliguntur sedente iudice pro tribunali: in iudicio autem animæ presbyter discretus molliendo rigorem, dispensare poterit rigorem ex causa circa pœnam spiritualem superiorem xxvj. q. vij. pœnitentibus & hoc secundùm Hostien.*

Cautela ad euadendum testem falsarium à pœna falsi. XXVI.

1 *Delicta impunita remanere nõ debẽt.*
2 *Probationes in criminibus, luce meridiana clariores esse debent.*

1 LICET cõdecens & honestum sit,[*] ꝙ delicta nõ remaneãt impuni-

pũnita,vt vulgata l.ita vulneratus.ff.
ad l.Aquil.& c.vt fame.cũ alijs vul-
garibus,de sen.excõ.& licet simili-
ter cõueniẽs sit,ꝙ prouincia purge-
tur malis hominib⁹,nõ distinguen-
do vndecunq; sint:vt l.iij.& l.con-
gruit.ff.de offic.præsid.ad hoc,vt bo
ni possint viuere inter malos:vt di-
cit tex.in c.nõ frustrà.xxiij.q.v.& gl.
in c.ad reprimẽdã.de offi.ord.atta-
mẽ cõsiderãs,ꝙ multoties homines
nõ dolosè,sed inaduertenter delin-
quũt,& posito,ꝙ scienter & dolosè
aliqñ delinquãt,in cõuersi ad pœni
tentiã,fiũt erga deũ iustiores,exem
plo Pet.vel.di.fideli.animaduertẽsq;
similiter,ꝙ quãuis proximus in nos
peccet,nõ ad vindictã sumendã,sed
ad veniã tribuẽdã ꝓni esse debem⁹:
arg.c.nõ inferẽda.xxiij.q.iij.& exẽ-
plo Christi,q ꝓ iniuriãtibus ei ora
uit:vt habet̃ in dominica passione.
cuius Christi actio, nostra dicit̃ in-
structio.c. vt nostrũ.vt ecclesiastica
bñficia.& c.significasti.de elec.& c.
qualiter & quãdo.el.ij.de accus.Pro
pterea videamus,an si aliqs testis à
solo notario examinatus deponat
falsũ,& de falso accuset̃,& de falso su
spicetur se posse reprobari,an sit da
re cautelã,ꝙ posito,ꝙ de falso con- 2
uinceretur,ꝙ nihilomin⁹ ipsam pœ
nam falsitatis euadat. Dico ergo,ꝙ
cautela est,ꝙ qñ contra dictũ testẽ
de falsitate ꝓceditur,talis testis di-
cat se aliter dixisse in sua depositio-
ne:quàm ꝙ notarius scripserit:for-
mãdo dictũ suũ taliter,ꝙ nõ insit ali
qua suspitio falsitatis:quia hoc mo-
do dato,ꝙ posteà sua depositio de
falso cõuincatur,attamẽ stãte respõ-
sione,de qua suprà,nõ poterit tan-
quàm falsarius puniri,quia licet cõ-
munis opin. sit,ꝙ teste dicente se
aliter dixisse,quàm qđ notari⁹ scri
pserit:potius stetur scripturæ quàm
dicto ipsius testis,nisi notarius esset
persona suspecta:vt no.Spe.in ti.de
testi.§.j.versi.sed pone ecce iudex.
& Inno.in c.cũ Ioã.eremita.in glo.
tabellioni.de fid.instru.do.Anto.&
do.Abb.in c.cũ dilecti.de accus.vbi
etiã Ioã.de Ana.in iij.col.ver.no.ꝙ
quãdo aliquis examinat̃.& Bal.in c.
literas.de ꝓsumpti.& Floria.in l.de
ætate.ff.de proba.vbi dixit,ꝙ ꝑ istã
quæstionẽ poteris implere bursam,
nihilominus istud est verũ:& proce
dit quàtùm ad probandum in causa
pecuniaria,sed quãdo ꝓducit̃ scri-
ptura depositionis receptæ à soluto 1
notario,ad hoc,vt testis puniat̃ de
falso,& ipse testis dicit se aliter di-
xisse,quàm ꝙ in actis cõtineat̃,tunc
talis scriptura depositiõis nõ facit fi
dẽ,ꝙ testis dixerit id qđ in ipsa cõti
netur.istud fuit notabile dictũ Spe.
in d.§.j.versi.sed pone ecce iudex.
& in tit.de instr.edi.§.restat.ver.sed
qđ si vnus.vbi dixit,ꝙ oẽs Doct.Bo
nonienses in sua priuata examinatio
ne ita cõcordarũt,ꝙ nõ credat̃ ta-
bellioni cõtra testẽ,quãdo fuit accu
satus:vt suprà quia in criminib⁹ ꝓ
bationes debent esse clariores luce
meridiana:vt l.sciãt cũcti.C.de ꝓb.
canonizata.ij.q.viij.sciãt cũcti.qđ di
ctum approbãdo sequit̃ Ro.dicens
esse dictũ verũ & singulare,in l.j.§.
fi.de verb.obli.sequit̃ do.Abb.in c.
ad audientiã.in j.col.ver.& facit iste
tex.ad q.de præscrip.& in c.cũ cau-
sam,quæ inter Archiepiscopũ.in fi.
de testi.vbi dicit istud dictũ Specu.
esse multũ notãdũ.Ang.& Inno.ĩ l.j.
§.si qs neget.ff.quemad.test.aper.i-
mo.in

mol.in Cle.j.de hæret.& ibi do.Cardi.in §.fi.Saly.post Cy.in l.si qs decurio.versi.pone q testis.C.de fal. Alexā.cōsil.lxx.incip.viso processu inquisitionis.in j.col.versi.ij.respōdeo.in j.volu.& in consi.xlix.incip. visis processibus in causa inquisitionis formatæ.quasi per totum,in ij. volu.

Cautela ad euadendum à tortura, confessum extraiudicialiter se commisisse tale delictum. XXVII.

1 *Delictum si quis extraiudicialiter se commisisse dicat, an talis confessio plenè praiudicet, uel indicium ad torturam faciat.*

Cautela,ut teneat impetratio ecclesiæ patronatæ,licet de iure patronatus laicorum,non ſit facta mentio. XLV.

1 *Iuribus patronatus laicorũ,Romanus Pontifex literis ſuis nullo pacto praiudicare intendit.*

2 *Impetratio eſt ipſo iure nulla,ſi quiſpiam à Papa impetraret aliquam eccleſiam,de iure patronatus laicorum expreſſè mentione non facta.*

3 *Beneficium ſi epiſcopus conferrat intra tempus patroni, & patronus intra tempus iuris aliquem non præſentet, & alius poſtea illud beneficium à Papa impetret cum clauſula,ſi non fuerit alteriius quæſitum,quis potior erit.*

4 *Beneficij collatio per ordinarium intra menſem datum,ſi facta fuerit talis collatio,ualet,ſi ipſe expectans non acceptauerit.*

5 *Datã primus ſi nunquàm acceptauerit,promiſſio ſecundo facta intra menſem ualet.*

6 *Patronus clericus licet in præſentando accumulare non poſſit,tamen ſecũda præſentatio ab eo facta de facto recõualeſcit etiam eo inuito,ſi primus ab eo præſentatus ceſſerit.*

SCIENDVM eſt,quòd mens & intentio Romani Pontificis eſt, nolle pręiudicare per aliquas literas à ſe cõceſſas iuri patronatus laicorũ, prout latè firmat Lap.de Caſtellio. in ſua allegat.lxxxv.incip.beneficia vacantia in curia Romana.concludens,quòd reſeruationes beneficiorum,quas quotidie facit Papa,nõ cõprehendũt beneficia patronalia. & inter alia refert Ioã.And.in c.dilectus.de offic.lega.dicentẽ Hoſti.ibi dicere,ſe aliàs vidiſſe vnã bullã Papalem directiuã prelatis Angliæ,q̃ continebat,quòd quãdo Papa ſcribebat pro aliquo beneficiãdo,ſuã intẽtionẽ nõ eſſe velle includere beneficia,in quibus laicus habeat ius patronatus,& ratio ſecũdũ eũ eſt,q̃ prius fuit glo.in c.cùm dilectus.in fi.gloſſ. magnæ:de iure patrona. quia ſi talia beneficia conferrẽtur per Papã, & per alios prælatos,laici retraherentur

tur à fundatione ecclesiarum.subiūgens idem Lapus in dicta sua allega. se vidisse obseruari per Grego.xj.q̃ dum cōtulisset ecclesiam sancti Romuli Florētiæ,nō facta mentione de iure patronatus parochianorum,nō potuit postea obtinere ille,cui fuerat collata.
1 *Et istam regulam,quòd in dubio Papa per suas literas nō intelligatur velle præiudicare iuri patronatus laicorū, tradit etiā Gemi. post alios in cap.ij.in gl.super verbo.collatio.de præbē.in vj.do.Abb. in d.c.cùm dilectus.in fi.de iure patro.do.Cardi.in consilio xcvj.incip. Papa vniuit quādam abbatiam. circa medium versi.quo ad causam secundam.& ista regula est adeò vera,q̃ etiam si in sua supplicatione diceretur,qualiter nonnulli laici solebant nominare vnū episcopum pro rectore,quando ecclesia vacabat, tamen per ista verba nō dicitur facta mentio iuris patronatus.ita Fely.in suo tract.quādo lit.apost.noce.patro.ecclesia.circa prin.Dicēs ita fuisse iudicatum in Rota,tempore Papæ Pauli secūdi,per tres sentētias cōformes, prout affirmabat ille,in fauorē,cui* dictæ sentētiæ fuerāt latæ. Et quòd ista regula sit indubitata,vide p Fel. in d.suo trac.eā pulchrè ampliātem
2 vndecim modis.*Ex quibus apparet, quòd si aliquis impetraret à Papa aliquam ecclesiam non facta expressa mentione de iure patronatus laicorum,quòd talis impetratio nō teneret:imò esset nulla ipso iure,patrono agente de cōtēptu,vt est casus in c.decernimus.ibi.irritā esse nouerit. xvj.q.vij.& vt tenet d.Abb.ī c.illud. circa prin.de iure patro.& in c.ex insinuatione.in secundo notabi.eo.ti. & in c.cū Bertold.in iij.col.versi.ex hoc notabiliter colligitur.de re iud. vbi etiā hoc tenet Fely.in v.col.cum alijs autoritatibus per eū ibi adductis. Et dicūt do.Card.& do.Abb.in d.c. ex insinuatione,quòd institutus in ecclesia patronata intra tēpus præsentandi sine præsentatione patroni,occupator est, & tanquàm occupator remouetur.Modò tu prælate impetrasti vnū beneficiū,seu vnam eccle
a siam,ᵃnō facta mētione iuris patronat* alieni,vel maliciosè:vel ex ignorantia,quo casu,p̄pter vitium surreptionis,talis impetratio est ipso iure nulla:vt superius dictum est.nūquid erit dare cautelā,q̃ tali surreptione non obstante,talis impetratio remaneat firma & valida?Dic quòd posset vti illa,qua vsus fuit quidam anno præterito in diœcesi Taruisina:vt mihi relatum fuit.Quidam impetrauerat à summo Pontifice quandam ecclesiam,sciens eam esse patronatā, non facta mentione de iure præsentandi competenti seniori de quadā casata:qua impetratione obtenta,statim dum ipse esset Romæ,misit Taruisium quendam suum procuratorem ad exequendum duo.Primum ad accipiendam tenutā seu possessionem ipsius ecclesiæ.Secundum ad alloquendum illum, cui competebat ius præsentandi,narrādo ei,qualiter talis impetrauerat talem ecclesiā,ignorās eam esse patronatam,sed post collationem ei factam , sciuit de suo iure patronatus:& licet suæ bullæ Papales amplè loquantur,adeò quòd siue ecclesia sit patronata, siue non,ipse intendit, quòd collatio teneat & valeat. Attamen quòd malè libenter veniret secum ad ali-

quo à

quod litigiũ: ꝓptereà rogabat ip̄m, ꝙ nihil vellet innouare vsque ad aduentũ ſuũ, quem ſperabat debere eſſe intra tẽpus breue. Et tũc ſi ipſe patronus nollet cõdeſcendere voluntati ipſius, cui fuerat facta collatio, ꝙ ipſe faceret totũ oppoſitum, & ꝙ ex nunc ipſe nolebat tangere aliq̃d de fructibus ipſius beneficij, ſed ꝙ dabat licẽtiam ipſi patrono eos percipiendi, & multa alia ſimilia verba, adeò quòd patronus ꝓmiſit expectare aduentũ dicti beneficiati, qui cũ tãtũ diſtulit, quòd fuerũt elapſi quatuor menſes, & ſic tempus datũ à iure laicis ad præſentãdũ: iuxta c. vnicum, de iure patro. in vi. quia nec omnes ſciũt diſpoſitiones iuris: videns iſte patronus illum nõ venire, præſentauit quendã ordinario loci, qui inueſtiuit eum de dicto beneficio: iſtis ſic ſecutis, fuit dubitatum, quæ iſtarũ duarum collationũ deberet præualere, an illa primò loco facta à ſummo Pontifice, licet in ea de iure patronatus laicorum non eſſet facta mentio, an verò ſecũda facta 3 ab epiſcopo loci, poſt elapſum tempus cõpetẽs patrono laico ad prçſentãdum: quæ deberet valere, ſi nõ per viam præſentationis ꝓpter elapſum tempus, ſaltem deberet valere tanquã collatio ordinaria, ꝓut ſonabat inueſtitura. Fuit iudicatũ primã collationem factam à Papa præualere, quia id, quòd dicimus collationẽ eſſe ipſo iure nullã, quãdo eſt facta ſine præſentatione patroni, vt d. c. decernimus. xvj. q. vij. habet locum & procedit patrono cõtradicente, ſec* autem ipſo cõſentiẽte expreſsè, vel tacitè: & tacitè intelligit̃ cõſenſiſſe, cũ non præſentet aliũ intra tẽpus iu 4 ris, cũ tũc ſit ſublata poteſtas agẽdi de cõtemptu, quæ durat, donec durat poteſtas præſentandi: nã elapſo tempore iuris, nõ poteſt dici cõtemptus, ſed potius, quòd ipſe ius ſuum cõtempſit. ita ſignanter in terminis tradit Fely. in d. ſuo trac. quãdo lit. apoſto. noce. patro. eccle. in vndecima limitatione. allegãs ita tenere d. Cardi. in Cle. j. in xv. col. ver. ſed poſt longam cogitationẽ defendo partem Plebani. de ſup. negligẽ. præla. & do. Abb. in ſua diſputatio. incipiẽ. Augerio. in fin. ſecũdi dubij, verſic. aut patronus neq; cõſentit &c. ſubiungẽs Felyn. iſtas duas autoritates do. Cardi. & Abb. ſe plurimi facere, quoniã ſæpius ſecundũ eas cõſuluit, & obtinuit. quã opi. tenet idẽ Fely. in c. cũ Bertoldus. de re iudi. in iij. col. verſicu. tertiò aduerte. vbi dicit hoc eſſe bñ guſtãdũ. & in v. col. verſi. quartò limita. & in c. cũ ex officij. in antepenul. & vlt. col. de p̄ſcr. & ita etiã voluit do. de Rota, in ſua deciſio. ccccc xxviij. inci. nota intra tẽpus patroni. in anti. cõcludẽtes, * ꝙ ſi epiſcopus cõfert beneficiũ alicui intra tempus patroni, & patronus intra tẽpus iuris nõ prçſentet aliquẽ, & ali* poſteà impetret à Papa illud bñficiũ cũ clauſula, ſi nõ fuerit alteri ius quçſitum, quòd iſtorum potior erit ille, cui fuerit per epiſcopum collatum dictum beneficium: diſtinguẽtes tamẽ, an epiſcopus contulerit ipſum beneficiũ tanquàm deuolutũ, an verò ſimpliciter iure ordinario, primeuo, & originali: vt ibi p eos. & quòd iſta opi. ſit vera, bene facit, quòd notabiliter voluit do. Abb. in d. c. cũ ex officij. in vlti. col. de præſcri. dicens, *quòd ſi facta eſt collatio per ordinarium

nariũ intra mensem datũ expectantibus, iuxta cle. vnicã, de cõcess. prębẽ. ꝙ talis collatio valet, si expectans nõ acceptauit: volens similiter ꝙ valeat collatio facta per ordinariũ de beneficio, tanquàm deuoluto, licet deuolutio sequatur post collationẽ. Secũdò bene facit decisio Ro. ccccxxij. incip. nota primus & secũdus. in an-
5 ti. vbi cõcluditur, *ꝙ si primus data nunquàm acceptauit, prouisio facta secundo, intra mensem valet. Tertiò adduci potest alia decisio Rot. decisio. dcccxlv. incip. patronus clericus.
6 in antiquis. *vbi dicitur, ꝙ licet clericus patronus nõ possit accumulare in pręsentando, vt habetur in c. cũ autẽ. de iure patro. tamẽ secũda pręsentatio facta ab eo, de facto reconualescit etiã eo inuito, si primus ab eo præsentatus cedat. Quartò ista opin. potest cõprobari per regulã cancellarię Inn. viij. quę est penult. in regulis expectatiuarũ. quæ incipit, Itẽ idẽ sanctissimus dominus noster, suorum prædecessorum &c. volens, ꝙ si minus prærogatiuati acceptent ante magis prærogatiuos, ꝙ acceptatiões suæ tenent, si posteà ipsi magis prærogatiuati nõ prosequant᷑, vel nõ publicent acceptationes suas. Et intellexi, ꝙ ista eadẽ quæstio fuit anno pręterito ventilata in Rota, & ꝙ ita fuit iudicatũ, dum ista quæstio verteretur inter duos Ferrariẽses. Tu ergo prælate teneas ista menti, quia si valebis ea practicare, poterũt tibi afferre non mediocrem vtilitatem.

a Non facta. *Impetrans an debeat narrare qualitatẽ beneficij, quod impetratur, ne impetratio subreptitia videatur: dic ꝙ sic. not. d. Io. An. in c. cũ cui. de praben. li. vj. in Nouel. & in eodẽ, de rescri. in c. in nostra. et in decisionibus Rotæ. iuxta modernũ ordinem in cccxij. vide in cõsi. d. Lud. de Rom. ccclxij. quod inci. quo ad primũ articulũ, in quo quæritur. ibi, quo ad tertiũ, in quo quæritur an bull.*

Cautela pro iudice ad obuiandum calumnijs, petentium dilationes animo differendi iudicium. XLVI.

1 *Dilatio ad producendũ suos testes absentes, per iudicem concedi debet.*
2 *Testes quotiescũque aliquis in iudicio producit, tenetur ei expensas facere, et omnia necessaria subministrare.*

SAEPISSIME litigantes volentes differre iudiciũ, cõparẽt corã iudice, vel immediatè post litis contestationẽ, vel post primã dilationẽ habitam, dicentes se nõ posse probare de iuribus suis, ex eo ꝙ testes sui sunt in partibus longinquis, idcirco petunt dilationẽ cõpetentẽ, quę nõ potest esse nisi longa ad producen-
1 dũ dictos suos testes absentes: *quæ quidẽ dilatio debet per iudicẽ cõcedi: vt habetur in §. & quoniã. in authen. de testi. & in l. iudices. cum ibi nota. C. de fide instrum. Tu autẽ iudex, qui habes suspicionẽ, ꝙ talis dilatio, quæ petitur, animo petatur ca-
2 lumniandi, & protelandi iudicium, si vis tali calumnię obuiare, cautela est, quòd si illi testes, quos pars asserit absentes, sint secundùm assertionem partis in aliquo loco illius prouinciæ seu illius territorij, quod regis, ꝙ tunc dicas parti petenti dilationem ad producendum dictos testes, quòd eam sibi concedas, & eos citabis, & per competens temporis spatiũ eos expectabis, sed in primis & ante omnia deponat pecuniã pro

expen

expensis ipsorũ testiũ, quas facient in veniendo, stando, & redeundo:
2 *nam quotiescunq; quis in iudicio producit testem, tenetur ei facere ex pēsas, & subministrare omniā necessaria: vt no. in l. quoniā liberi. C. de testi. & in l. eos. §. si quis autē. C. de appel. & iij. q. iiij. §. venturis. & c. statutũ. §. penul. de rescr. lib. vj. vbi expressè tex. loquitur de expensis fiendis in veniendo, stando, & redeũdo, quia officiũ suũ alicui non debet esse damnosum: vt c. cùm non deceat. de electio. in vj. & c. magnæ. de voto. & isto casu, si iudici videtur, pōt, vt superius dictũ est, dicere parti asserenti se habere testes absentes, citabo eos & expectabo, sed depone ante omnia pecuniā pro expensis, quas facient in veniendo, stando, & redeundo: & tunc ipsa pars forsitan causa nō exbursandi tantā pecuniā, cessabit à prędicta calumnia: quia si recusabit ipsam pecuniam depōere, nec tu teneberis dare dilationem ad producēdos ipsos testes. Ita singulariter dixit glo. in dicto c. statutũ. §. a penulti. de rescrip. lib. vj. quā refert & sequitur domin. Arch. post alios in capi. constitutos. de fideiusso. & Pau. de Cast. in l. interdum. ff. de iudic. Secunda cautela est, si dubitas, ꝙ dilatio, quæ tibi petitur per vnam ex partibus, fiat causa calumniādi, & causa differendi negotium: si vis tali calũniæ obuiare, facias ei vnam cōminationē, cũ sit, quòd firmissimè tenes quòd illam dilationem petat causa litem in longum protrahēdi, si per dictos testes, quos asserit esse absētes, nō probabit intentionem suā, quòd mulctabis eum in tanta quātitate pecuniæ, quòd facere poteris, ea postea non probante: quo casu, forsitan metu mulctæ cessabit & à calumnia. ita pulchrè docet Pet. de Anch. in d. c. cōstitutus. de fideiusso. quem ibi refert & sequitur Imo. in vlt. col. versi. alia cautela esse potest. dicens istud dictũ esse menti tenendũ, & quod in practica sæpe occurrit: ꝙ dictum etiam referunt, & approbādo magni faciunt Alexā. in vlti. col. & do. Ias. in pen. in l. j. ff. si quis ius di. non ob. & Alex. in l. filiasfamilias. §. diui. circa fi. de legat. j. & do. Lancel. Decius. in d. l. interdũ. ff. de iud. appellans hanc elegantem cautelam.

Cautela pro iudice ad euitandũ pœnā statuti, quando intra tēpus limitatũ nō potest determinare causam. XLVII.

1 *Sententia ista an ualeat, cōdemno, uel absoluo, prout quisque ex actis est condemnandus, uel absoluendus.*

PLERVNQVE p statuta locorum cautũ est, ꝙ iudex nō determinans causam intra tale tempus, cadat in talē pœnā: quo casu postea cōtingit, ꝙ iudex a aut per negligentiam, aut aliquo negotio detentus, intra tēpus à statuto taxatum nō vidit acta: & tunc salua cōsciētia, non potest suā sententiā ferre, imò si vellet iudicare ipsa cōscientia postposita, posset taliter pronunciare, ꝙ faceret litem suā, iuxta no. in l. fi. C. de pœn. iudi. qui mal. iudica. & in l. cùm prolatis. ff. de re. iudi. si verò nō sententiat intra tēpus debitum secundũ formam statuti, cadit in pœnā: quomodo ergo faciet iudex, quando nō vidit processum, euitare pœnam statuti? Dic quòd cautela est, quòd non pronunciet in hunc modum, Condēno & absoluo, prout quisq; est condemna

demnandus, vel absoluẽdus ex actis:
1 *quia ista sentẽtia hoc modo prolata, valet & tenet, & satis dicitur esse certa, ex quo ex actis potest certificari: iuxta no. in l. iij. C. de sen. quę si. cer. quan. proter. & per Innoc. in c. ij. de liber. obla. & isto casu, per huiusmodi sententiam, iudex euitat pœnam statuti. ita not. dixit d. Abb. post do. Anto. in c. pe. circa fi. de iudic. vbi etiam Fely. in penul. col. & Bal. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. dicens hanc cautelã esse pro iudicibus imperitis, vel non habentibus tempus deliberandi. ponit idẽ Bal. post Ias. Bul. in l. cũ iudex. C. de sent. & in l. si de meis. §. fi. ff. de arbitr. dicens, quòd in illa ciuitate ita fecit quidã collateralis, qui absoluit absoluẽdũ, & condemnauit condemnandũ, prout ex actis apparebat. Sequitur dom. Lancel. dicens, hunc esse singularem modum, in l. nõ quemadmodum. ff. de iudi. Secunda cautela est, ꝙ absoluat partes ab obseruatione iudicij, iurãdo de causa sibi nõ liquere: quia hoc modo similiter euitabit pœnam à statuto impositam. ita pulchrè voluerunt Angel. Pau. de Cast. & Alex. ibi, ĩ prin. in l. si vni. aliàs incipit, Põponius. ff. de re iudi. Ange. & Alexã. ibi, in iij. colũ. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. eo. Angel. & Paul. de Castr. in d. l. non queadmodũ. ff. de iud. Baldus in c. j. §. sancimus. versic. sed hic incidenter quæritur. quo temp. iudi. inue. pet debe. in vsib. feudo. Tamẽ ista cautela est intelligẽda, iuxta ea, quę habentur per Bart. in l. properandum. §. & si quidem. in iij. opposi. C. de iudic. & in d. l. si. de meis. §. fi. ff. de arbi. scilicet quando ipse iudex non posset redargui de culpa, secundùm Alexand. in d. §. si iudex. & Felyn. in cap. pe. de iudi. & in c. causam matrimon. j. de offic. de leg. propterea prima cautela est tutior.

a Quod ind. *An iudex possit cõueniri, si eius negligentia debitor pupillus aufugit, uide d. Lu. Ro. in cõsi. suo cclvij. quod incipit, ex tribus cõcluditur. Et q̃d si iudex exp̃ssè habeat relationẽ ad acta, & ex actis, ad qua habet relatio apparet de errore iudicis in sententia, an talis sentẽtia sit nulla? Dic q̃ sic, secundum communẽ cõclusionẽ. unde per d. Alexan. in consi. cxxvij. in j. lib. consiliorum, ibi, quod autem dicta sententia &c.*

Cautela, ut primus emptor præferatur secũdo, quãdo secũdo res prius fuit tradita. XLVIII.

1 *Vendat si quispiam rem uni, & posteà ipsam uendit alteri, & prius sibi tradat, secundus emptor ipsius traditionis uigore, emptori primo præfertur.*

2 *Vendat si quispiam rẽ alicui, & ei cũ iuramento promitteret alteri nõ uendere, tamen si posteà eam uenderet & traderet secundus emptor non obstante iuramento, primo præfertur.*

3 *Constitutum precarij à constituto simplici, in quo differat.*

4 *Hypotheca tantam uim habet, quòd dominij translationem impedit.*

1 SI QVIS *vẽdit rem vni, & posteà ipsam vendat alteri, & prius sibi tradat, secũdus emptor vigore ipsius traditiõis præfertur primo emptori: & sic non habet locũ illa vulgata regula, qui prior est tempore, potior est ĩ iure: vt de primo est tex. in l. qui tibi. C. de hęre. vel actio. vendit. & in l. siue autem. §. si duobus. ff. de public. & tex. & ibi per omnes in l. quo

l.quoties.C.de rei.vēdi.& ista regula est adeò vera, q primus emptor p suo interesse nō posset se opponere, vel impedire quominus secūdus emptor in possessionē mitteretur: vt voluit Iacob.But.in l. manifestissimi.C.de fur.quem refert & sequitur Bal.in c.j.in j.col.ver.extra no.in tit. quę sit inuesti.in vsi. feudo. & vlterius est adeò vera, *q si aliquis venderet rē alicui, & ei promitteret cū iuramento alteri nō vēdere:tamē si postcà eā vēderet, & traderet, secūdus emptor nō obstante iuramento prefertur primo:vt in terminis decidit Ioan.de Imo.in repe.c.cū contingat.de iureiur.in j.col.versi.quātùm autē ad ipsam rē.quia iuramētū nō habet vim impediēdi translationē dominij:vt pulchrè tradit Bal. in cōsi.cccxcvij.incipi.inter tres Marchiones.in iiij.parte,licet talis vendens per talē venditionē incidat in pœnā falsi:vt est tex.in l.qui duobus. cū ibi not. ff. de fal.vnde insurrexit cōmunis practica omniū tabellionū, q quādo cōficiunt instrumēta alicuius vēditionis, vtuntur duplici remedio ad hoc, vt primus emptor indifferēter prefer atur secūdo. primū remediū est, q in instrumēto apponunt cōstitutū, videlicet q dictus vēdens cōstituit se nomine ipsius emptoris possidere:quia cōstitutū habet istā vim, q primus emptor præfertur secūdo: prout fuit originalis decisio Guido.de Suza,in l.fi. de sa. sin.ec.& in l.quoties.C.de rei vēdi. quē refert & sequitur Ioan. And. in addi.Spe.in tit.de emptio. & vendi. §.sciēdū.versic.& not.tenet Bald. in Rubri C.de cōtrahen. empti. in xvj. q.Alex.in cōsi.xiiij.incipiē.circa primum dubium, quo queritur nūquid dicta donatio.in fi.in j.volu. & consi.xxv.incipien.visoтestamento condito per Angeluciū. in vlti. colū.in iij.vol.& ratio istius decisiōis est, quia dato q constitutū sit actus fictus, tamen per ipsum trāsfertur dominiū & possessio, perinde ac si verè res esset tradita:vt est text.in l. certè. §.j. versi.propriè possidere videor. ff. de preca.p quē text.ita tenet Bar.& moder.in l.ab emptiōe.ff.de pac.& Bar. in l.interdum. & in l.quod meo. vbi plenè per Alex. ff. de acqui.poss. & Bart.in repe.l.creditores. C. de pig. in iij.col.versi.sed quid si in instrumento.& in viij.col.versi.sed pone, q debitor. *vbi posuit illā notabilē differentiā inter cōstitutū precarij, hoc est, quādo in instrumento dicitur, quē fundū dictus venditor cōstituit precariò nomine ipsius emptoris possidere:& inter constitutū simplex, quando dicitur, quē fundū dictus venditor constituit se nomine ipsius emptoris possidere. Et sic non adiungitur illud verbū precariò: nā primo casu per ipsum constitutū precarij, nō trāsfertur nisi ciuilis possessio.naturalis verò remanet penes ipsum cōstituentē. Secūdò verò casu, scilicet per constitutū simplex transfertur nō solū ciuilis, sed etiā ipsa naturalis, adeò q nuda detentatio solū modò remanet penes ipsum constituentem.quam opinionem sequitur Ang.de Aret.in §.actionū.in materia cōstit.versi.aduertas tamen q aliqui notarij.Insti.de actio. dicens, q vtilius est pro emptore ad hoc. vt in eum transferatur omnis possessio, quòd non adijciatur illud verbum, precariò, sed simpliciter dicatur.

quam

quam rem venditam dictus venditor constituit se nomine ipsius emptoris possidere. sequitur Practicus Papien. in forma libelli, in contractu venditionis, in verbo, constitués ex nunc. vbi ipse dicit, quòd vtilius est, vt quis constituat simpliciter se alterius nomine possidere, quàm precario nomine, sequitur Batho. Cæpol. in suo consil. iiij. inci. visa querela, p ducta per Nicolaum. & d. Ias. licet de prædictis autoritatibus excepto Angel. non faciat mentionem, in d.l. ab emptione. in viij. col. ff. de pac. Secũdum remediũ est, quo vtuntur notarij ad hoc, vt primus emptor indifferenter præferatur secundo, quòd in instrumento apponũt hypothecam, videlicet q pro obseruatione prædictorum dictus vẽdens obligat ipsi emptori omnia bona sua, & præsertim illã rem: quia si posteà alij venderet & traderet, a primus emptor præ
4 ferretur oib* alijs:* quia hypotheca habet tantã vim, q impedit translationem dominij: vt est casus secundùm veram literam Pisanã, in l. si creditor. vbi Bar. ff. de distra. pig. vt no. Bar. & alij in l. ea lege. C. de condic. ob causam. Bart. & mod. in l. si ita qs. §. ea leg. de verb. obl. & Bar. vbi hoc in terminis dicit, in l. qui absenti. §. j. in fi. ff. de acquir. pos. Pone modò, q tu emisti, aliquã rem, quæ res per ipsum venditorem fuit alteri posteà vendita, & prius sibi tradita, & de prima vẽditione nõ fuit cõfecta scriptura, quæ in cõtractu emptionis & venditionis, de necessitate nõ reqritur: vt no. Inst. de em. & vẽdi. in prin. vel si fuit cõfecta, non fuit appositũ, nec cõstitutum, nec ipsa hypotheca: quo casu, p ea, quę superius dicta sunt, secundus emptor vigore traditionis, debebit præferri tibi primo: quomodo facies, ad consequẽdã dictã rem à te primo loco emptã? Dic q caute la est, vt coneris probare, q ipse secundus emptor sciebat primã venditionẽ esse factã: quia dato, q posteà in ipsum per traditionem fuerit trãslatum dominiũ, tñ propter fraudem suam, qua vsus est emendo, cùm sciret primam venditionem, tu primus emptor poteris ipsam rẽ ab eo reuocare per actionẽ ꝑtoriã, competentẽ ad reuocandũ alienata in fraudẽ. ita signanter dixit Bal. in ru. C. de reuo. his, quæ in frau. credi. circa prĩ. & ita similiter tenet Salyc. in d.l. quoties. de rei. vendi. in x. oppo. & ibi clari* Alb. de Rosa. & d. Ias. q allegat text. cũ ibi notatis in l. si ea res. §. fin. ff. de act. empt. & d. Ias. in l. vt ĩter diuinũ. in ix. col. versi. item adde, quòd si aliquis vendit. de sacro. sanc. eccle. vbi dicit. hanc esse elegantem decisionem, & menti tenendam.

a Primus emp. *Quod tamen ille emptor, cui primò res est tradita, licet secundus sit, præferatur in emptione, etiã si tempore venditionis nullum ius habeat venditor. vide per do. Ludo. Ro. in consi. suo cclxx. quod incipit, pro decisione propositi thematis. in prin. Nã emptori primo præsumitur facta traditio, si pretiũ prius soluerit: & ideo præfertur secũdo. Bal. singulariter ĩ c. si facta. si de feu. fue. cõtrouer. inter do. & agn. gl. est in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publ. gl. est no. & Bar. in l. fi. C. de sacrosan. eccl. per Paulũ de Cast. in consil. suo ccclxxiij. per Abb. in cap. suggestum. de iure patron. vide etiã per domi. Alex. de Imol. in consil. suo xiiij. quod incip. circa primum dubium. per*

Iaso. in l. ut inter diuinum. sub nume-ro viij. de sacro. san eccle.

Cautela pro potestatibus terrarum, ut non teneantur pro delicto suæ familiæ. XLIX.

1 *Potestates terrarum in delictis, an pro familia teneantur.*

2 *Episcopus tenetur pro delicto sui vicarij, uel alterius officialis delinquentis in officio sibi commisso, nisi statim quod sciuerit, eius delictum purgauerit.*

1 POTESTATES[a] terrarum du cētes secum familiam, si aliquis de familia delinquat circa suū officium, ipse potestas tenet ad pœnam ipsius delicti: itellige de pœna pecuniaria, non autē corporali: nā potestas liberaf, si exhibet ipsum delinquentem: vt no. Bar. in i. §. familię. & §. fina. ff. de publica. & in l. si post depositā. C. de assessor. in l. debet. ff. naut. caupo. & stab. & in l. j. ff. ad leg. Iul. repet in. & pulchrè p Bal. in suo cōsi. cccccxxvj. inci. casus est talis do. Ioānes de Castelliono. in iiij. par. Si 2 militer[b] & Eps tenet pro delicto sui vicarij. vel alterius officialis delinquentis in officio sibi cōmisso, nisi statim q sciuerit, purgauerit eius delictū, prout voluit Do. de Ro. i sua decisi. cclxxviij. inci. si vicarius. in not. Pone modò, q forma statutorū, vel electionis dicit, q ptās teneaf in fine officij exhibere totā suā familiā, vel pro delinquētibus soluere pœnam, vt etiā est de iure cōmuni: vt superi' dictū est. quæ cautela erit ad hoc, vt potestas nō teneaf ad neutrū, videlicet nec ad soluēdū, nec ad exhibendū, qn aliquis de sua familia deliqt. dic. q cautela est, q ponat ipsum in bāno, q si postea in fine officij pete tur, vt debeat psentare suā familiā, ipse respondebit, q cōditio. quæ nō pōt impleri ex facto illius, cui debet impleri, habetur pro impleta, vt l. iure ciuili: vbi Bart. ff. de condi. & demon. & l. iij. vbi Bart & l. quę sub cōditione. §. quoties ff. de condi. insti. sed ille, qui de sua familia commisit delictū in officio, esi bānitus autoritate ipsius reipub. & sic cūm p ipsam rempub. stet quominus valeat ipsum bannitū præsentare, sequitur, q ipse potestas debet haberi pro excusato. ita notabiliter docet Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in j. col. ver. quid si statutū. ff. de offic. procō. & leg. & in add. Spec. in tit. de acc. versi sed nun quid tenetur potestas. & in l. si verò. in fi. ff. qui satisf. cog. vbi d xit, q ista est optima cautela, pro officialibus. sequitur Paris de Puteo in suo tract. syn. in verbo, familiaris. §. an ex eo q fuerunt familiares. versi. potestas, qua[a] tenetur pro suis familiaribus. & do. Ama l. de Castell. similiter in suo trac. syn. i verbo, itē in eo, q dicti officiales fuerūt negligētes, in ingredo pro armis. dicēs hāc esse optimā cautelam. Aduerte tamē, q si ista cautela debet habere locū, opus est, q habuerit bannū ex alia cā: secus si pro illamet, pro qua debeat exhiberi. ita Bal. in d. add. Spec. in ti. de acc. versi. sed nūquid tenetur potestas & Ang. i l. q exhibēdi. ff. de cust. reo. & Paris de Puteo in d. suo tract. in verbo, carcer. §. an potestas, q a'i quē re nebat ver. an si carcerat' se occidit.

a Qui tenet. *Sed an quæ facit familia domini, censeat de uolūtate & conscientia domini fecisse unde Bart ff. de ope. noui nūc. in l. de pupillo in §. si qs ipsi prætori & l. j ff quod ui aut clā.*

allegat

allegat c. cõstitutus. de testi allegat Ro. tex. in l. siu. in prin. ff. de mino. unde per eundẽ d. Lu. Ro. in cõsi. suo clij. quod in cip. præsens accusatio ibi, eu ca si consi lij, prima quia qua facit. &c.

Cautela contra statutum disponens, quod instrumentũ post tantum tempus non exequatur. L.

1 *Iudicis aliæ partes non sunt, nisi nocentem condemnare.*

SI contingit extare statutum disponens, quod instrumenta circa talem materiam, puta mutui, non debeant post tantum tempus, puta decennium, mitti executioni, quomodo facies tu, qui habes instrumentũ mutui cõtracti antè per decẽ annos, ad faciendũ, quod tale instrumentũ nõ obstãte dispositione statuti, habeat tibi opitulari. dic, quod cautela est, vt non petas dictum instrumentũ mitti executioni: quia hoc modo obstaret tibi exceptio statuti, sed agas via ordinaria contra tuum debitorem petendo tuum creditum, quia si debitor confitebitur se esse debitorẽ, 2 tunc consequeris tuum creditũ: * quia aliæ non sunt partes iudicis, nisi cõfessum condemnare: vt l. vnica C. de confes. si verò negabit, tunc ad liquidationem iurium tuorũ, produces ipsum instrumentũ: & hoc modo nascetur sententia, quæ posteà erit ipsa, quæ mittetur executioni. & sic licet per statutũ sit pclusa via ad exequendum ipsum instrumentũ, tñ non erit præclusa ad probandũ istã cautelã. tradit Bal. in l. iij. quæ incipit, planè. ff. quod fals. tu. au. dicens ita audiuisse à Bar. dũ illam legẽ legeret. quam cautelam sequendo Bald. approbat Fran. de Crema. in suis sing. sing. xxviij. incip. statuto cauetur. & quam opi. similiter reperio tenere quendã Ant. de Canario, in quodã suo tract. de execu. instru. in lvj. q. & quendam d. Lud. de Barzis, in quodã suo trac. de guarentigia. in vj. q. in j. parte.

Cautela, ad liberandum tutorẽ, seu administratorem à dolo futuro. LI.

1 *Tutorem si aliquis filijs relinquat. seu bonis suis administratorem, & ei leget liberationem a reddendis administrationis ratione, per tale liberationis legatum, scrupulosa inquisitio remissa intelligitur.*

2 *Dolus futurus nullo modo remitti potest.*

3 *Dolus de præterito, bene remitti pōt.*

SI quis * relinquit tutorẽ filijs, seu bonis suis administratorem, & ei leget liberationẽ à reddenda ratione administrationis, per tale legatũ liberationis, intelligitur remissa tãtummodò scrupulosa inquisitio: & sic ea, quæ per eũ gesta fuerint negligentia, & leui culpa, nõ autem intelligantur remissa ea, q̃ perperã & dolosè administrauerit: nec similiter à præstatione reliquorũ: vt est casus ĩ l. quid si decedẽs ff. de admi. tut. & in l. si quis rationes. & in l. Aurelio. §. Caius. vbi latè Bar. ff. de li. lega. & in l. si seruus vetitus. vbi Bart & alij. de leg. j. sed si testator nõ simpliciter liberaret tutorẽ, seu administratorẽ à ratione reddẽda, sed expressè specificaret ab his, q̃ dolo gereret, & à pstatione reliquorũ, tñ tali liberatione nõ obstãte posset ipse administrator cogi reddere rõnẽ villicationis suæ: quia si talis liberatio valeret, esset re2 mittere dolũ futurum: * qđ nullo mõ fieri põt: vt l. si vn⁹. §. illud. ff. de pac.

quia hoc modo daretur materia delinquẽdi, ꝙ in iure non patitur: vt l. conuenire. ff. de pac. dota. & c. quem admodum. de iureiur. & ita firmant gl. & Bart. in d. l. quidã decedens. ff. de admi. tut. & Bar. in d. l. Aurelio. §. Caius. de lib. lega. in iiij. col. ver. sed quid si relinquitur liberatio alicui, pro administratione futura. Modò reuoco in dubium, nunquid posset reperiri cautela, ad liberandũ tutorem, seu administratorẽ, à futura administratione dolosa. dic, ꝙ sic, vide licet ꝙ testator, non simpliciter ei legat liberationẽ, sed vlterius procedat, dicẽdo, & si ab eo exigetur aliqua redditio rationis, vigore cuius condẽnetur ex nunc, prout ex tũc, omne id, & totum, in quo cõdemnabitur, ei lego: nã ꝑ istud legatũ hoc modo factũ, hęres non prohibebitur exigere rationes ab ipso administratore, de præstatione reliquorũ, & de his, q̃ dolo gesserit, tamẽ si in aliquo cõdemnabitur vigore legati, hæres cogetur ipsum liberare: quia per istud legatum testator non dicitur remittere dolũ futurũ, sed debitũ futurũ, postquàm in certitudinem venerit.
3 * & sic intelligitur remittere ipsam obligationẽ, insurgentem ex dolo de preterito, quod bene fieri põt: vt est tex. in d. l. Aurelio. §. Mæuia. & not. Bar. in locis superius allegatis. istam cautelã tradũt Dyn. Iaco. de Areti. & Ray. de Forliuio. in d. l. si quis rationes. de lib. lega. quos refert & sequitur Ang. in cõsi. clxxxv. inci. Brunell⁹ notarius. volẽtes, ꝙ licet nõ possit per directũ relinqui administratori liberatio à dolo futuro, & à ꝑstatione reliquorũ, tñ ꝑ indirectũ bene possit: legando ei omne id, & totũ, in quo condemnabitur. quam opini. etiam tenuit Fulg. in l. cùm necessitatem. C. de fideicommis. & secũdùm eam etiam consuluit Cyn. prout refert Saly. in dicta l. cùm necessitatem. tenuit Ang. in consi. cxliij. incip. reuocatur in dubium. versi. qui vult ergo administratorẽ. & in cõsi. clxxiiij. inci. Gilius Hugonis de Cortonio. cui consilio, vt ibi patet, se subscripserũt præstantissimi Doct. Fran. de Albergotis, Petr. de Perus. Do. Archid. de Aldigeris, Io. de Lig. Ant. de Presbyteris de Bononia. hanc opi. similiter tenet intrepidè solẽnis doc. d. Fran. Pepus Florentinus, in suo consil. celxxvij. inter cõsilia Socy. inci. in presenti cõsultatione sunt vidẽda principaliter tria. in quarta col. ver. circa tertiam & vltimã difficultatem. Tamen istam cautelam non pono pro constanti, quia passus est multum dubius, an legatũ, de quo suprà, valeat: adeò, ꝙ Alex. tãgens eũ, restitit suspensus tanquàm dubius, videlicet in suo cõsi. lvj. inci. circa id qđ q̃ritur. in ij. vol. & in cõsil. cxliiij. inci. ꝑsuppono primò, circa cõsultationem ꝑmissam. in v. vol. Sed cõtrariã partẽ, scilicet ꝙ tale legatũ non valeat tãquam malignitatis nutritiuũ, & tanquàm dans occasionem spoliandi miseros pupillos, tenẽt Saly. Phil. Corne. & d. Ias. in d. l. cùm necessitatẽ. C. de fideicõ. Ange. de Are. in suo tracta. de testa. in fi. gl. sup verbo, tutores. & in §. actionũ. in materia tutelæ. in xxv. q. Institu. de action. dom. Iaso. in l. actione. in fin. C. de transactioni. Practic. Papien. in forma libel. quo agitur ad reddendum rationem tutelę, in verbo, Analogistas. Petr. de Ancha. in consi. mihi. cxviij. incipiẽ. pater

ter habens quinque filios. Angel. sibi contrarius in consil. clxxv. incip. viso dicto statuto. Ioan. de Anna. in consil. lxxx. incip. visis & intellectis his quæ in themate narrãtur. Fulgo. in cõsi. ciij. incip. nobilis vir Henricus de Trissino. Barba. in cõsil. lxvj. inter cõsilia Francisc. de Cur. incip. sapienter optimus prædixit Psalmista. in vij. colum. versi. capio secundũ articulum. Socy. in cõsi. ccj. incipiẽ. abunde & subtiliter hanc cõsultationem absoluit. per totum: allegãs ita etiam consuluisse Bal. in quodã suo consilio incip. testator dedit tutorẽ filijs. & in consilio incip. dum relinquitur alicui liberatio. hanc opinionem etiã amplexus est solẽnis Doct. Franc. de Crema, in suo consilio lxij. inter consilia Alexandri in iiij. volumine, quod inci. Serenissimus & Christianissimus Imperator.

2

3 Cautela ad instruendum uolentem probare communẽ usum loquendi, ne faciat actum nullum. LII.

1 *Loquendi communis usus in omni materia, siue fauorabili, siue odiosa, siue pœnali, præfertur.*

2 *Nepotis appellatione, an filius filij, secũdum communem usum loquendi, intelligatur.*

3 *Bestiarum appellatione quid ueniat.*

4 *Materia in statutaria, quomodo probatio fienda est.*

5 *Sermo omnis, qui uulgi auribus non consonat, penitus extraneus dicitur.*

1 TV habes,* quòd communis opinio est, qualiter in omni materia siue fauorabili, siue odiosa, siue pœnali, communis vsus loquendi & intelligendi, præfertur propriæ significationi verborum: vt præcisè dicit do. Abb. in cap. ij. in ij. nota. de arbi. de qua communi opinio. habetur per Baldum, in l. quòd si nepotes. ff. de testam. tute. per Bartolum. Alexand. & moder. in rubrica. ff. de oper. noui nunci. latè per Barbatiam in sua repetiti. rubric. extrà de fide instrumen. in xj. cha. versic. sed quid si communis vsus loquendi ita se haberet. per d. Ant. Panor. vbi latissimè per Felyn. in proœ. Decre. Modò tu vis in materia statutaria probare cõmunem vsum loquendi, vel intelligendi, puta,* quòd appellatione nepotis, de quo verbo facta est mẽtio ĩ statuto, secũdùm cõmunem vsum loquẽdi & intelligẽdi, nõ intelligitur de filio filij: prout est de propria significatione vocabuli: vt l. Iuriscõsultus. §. nepos quoq;. ff. de gradi. intelligitur de filio fratris: vt no. Io. And. in c. fundamẽta. de elect. in vj. in nouel. Vel vis probare, *ꝙ licet appellatione bestiarum, de propria significatione, veniãt tantũmodò bestiæ feræ, veluti vrsi, vel leones: vt l. j. §. bestias. ff. de postula. tamẽ ꝙ cõmunis vsus loquẽdi aliter se habet, ꝙ etiam appellatione bestiarũ, veniũt animalia domestica: vt dicit Mathesi. ĩ suo notabili xcviij. inci. no. vnũ mirabile. quæro à te, quomodo ꝓbabis in materia statutaria istum communẽ vsum loquendi, vel intelligendi, tu recurres ad theoricã Bar. coiter approbatam, in l. Labeo. ff. de supell. legat. videlicet, quòd capitulabis & ꝓbabis, quòd à decem annis citra, & per ipsum tempus, quòd communis vsus loquẽdi, vel intelligendi ita se habet, ꝙ appellatione nepotis, intelligitur de filio fratris: & ꝙ appellatione bestiæ, intelligitur etiam de

animali domestico & si testes interrogabuntur quomodo istud sciant, respondebunt, quod per ipsum tempus ita communiter ab omnibus dici audierunt. secundum Bartolum in d. l. Labeo, vel respondebunt, quod ita communiter dicitur, secundum Bald. post Dy. in l. de quibus. in fi. ff. de legi. contra Bart. in d. l. Labeo. Sed dico, quod in hoc te de-
4 cipis, *quia in materia statutaria, non sufficit probare communem usum loquendi fuisse, & esse à decem annis citra, sed opus est probare, quod erat tempore conditi statuti, aliàs probatio nõ relevaret probantem. Illud fuit solenne dictum Fulgo. in l. j. in princ. C. de mira. calum. dicentis se ita practicasse, & obtinuisse in ciuitate Veronæ. Et ratio est in promptu, quia ille, qui vult interpretari statutum nõ secundum propriam significationem verborum, sed secundum communem usum loquendi, nihil aliud vult inferre, nisi quod concurrente communi usu loquendi, & propria significatione verborum, debemus dicere, quod statuens voluerit statuere secundum communem usum loquendi & intelligendi, nõ autem secundum propriam significationem verborum: quia vt dicit Bald. in ti. de pace Con-
5 stan. §. Opizoni. *omnis sermo, qui non consonat auribus vulgi dicitur penitus extraneus: quia fatebor consequentiam, sed negabo assumptum, 1 quod statuens habuerit respectum ad communem usum loquendi, cum sit, quod dicam, quod tempore conditi statuti nõ vigebat iste communis usus loquendi: ergo allegãti incumbit onus probãdi: quia nõ sequitur, nunc est communis usus loquendi & intelligendi, ergo statuens voluit disposi-

tionem suã ita debere intelligi: quia possibile est, quod tẽpore, quo factũ fuit statutũ, nõ erat iste cõis usus loquendi: ergo vt dixit, allegãs debet hoc fundamentum suæ intentionis probare, & hãc deci. Ful. refert, & sequitur solẽnis Do. Vincẽ. Palleotus, quẽ habeo ad pœnã, in l. j. in v. char. versic. itẽ quia dictũ est s. de cõmuni usu loquẽdi. ff si cer. pe. dicẽs esse ppetuò mẽti tenẽdum. & in effectu est tenẽda, quia tale dictũ rarò alibi inuenies solutum per moder. & moderniores. sis ergo cautus tu, qui vis probare in materia statutaria cõmunẽ vsum loquẽdi vel intelligendi, si vis, quod talis probatio habeat releuare, vt non probes, quòd à decem annis citra fuit, & est communis vsus, &c. sed probes quòd erat tempore conditi statuti, aliàs succumbes.

Cautela pro iudicib. secularib., contra proponentes exceptiones remittendas ad iudicem ecclesiasticum. LIII.

1 *Iudicium si coram seculari iudice pendeat, et alicuius quæstionis spiritualis cognitio incidat, talis cognitio ad ecclesiasticum spectat.*

2 *Iudex secularis sententiam iudicis ecclesiastici exequi non tenetur, quando videt eam nullam, seu iniquam.*

3 *Litis pendentiam morosus allegare nõ potest.*

SI coram * aliquo iudice seculari, pendet iudicium, & incidat cognitio alicuius quæstionis spiritualis, talis cognitio seu quæstio, siue tractetur principaliter, siue incidenter, quando est iuris, nõ dico quãdo est facti, non spectat ad ipsum iudicẽ secularẽ, sed debet remitti ad iudicem Ecclesiasticum, prout ter. et Bartol. & Pau.

& Paul.de Castr.in l. omni nouatio.
C.de sac.sanc.ecclesi.Bart.& alij in l.
quoties.C.de iud.Bar. & omnes,vbi
præcipuè Ale.in l.Titia.ff.solu.mat.
Canonistę in c.cū sit generale.de fo.
com. & in c.tuā. de ord. cogni.pro-
pterea quotidie euenit, ꝙ quādo a-
liquis ex litigatoribus vult differre
iudiciū cœptū corā iudice seculari,
proponit aliquam de istis exceptio-
nibus remittendis ad iudicē ecclesia
sticum:puta,quòd cōtractus, vel in-
strumentum vsurarium,vel ꝙ actor,
vel testis est excōmunicatus,& sic de
singulis:& ad hoc facit,vt iste īterim
iudex secularis habeat supersedere,
donec de tali exceptione cognitum
fuerit:& ad hoc, ꝙ si in foro episco-
pi succūbat, valeat ad sedē apostolicā
appellare:sic,vt similiter manus iudi
cis laici pendēte appellatione,sint li
gatæ:quia quādo iudex laicus remi-
sit aliquā exceptionē cognoscendā
per iudicē ecclesiasticū,quēadmodū
pendēte cognitione,nihil potest in-
nouare, similiter nō potest quando
per ecclesiasticū est lata sentētia:sed
ab ea est appellatū,etiā si in sentētia
iudex ecclesiasticus reuocasset oēs
inhibitiones: vt pulchrè cōsuluit Fe
de.de Se.in cōs.xcviij.inci.Nicolaus
Petri. & vt tenet do. Ant. in c.tuā.ij.
q.de ord.cog.& Alex.in cōs.lxiij.in-
ci. in causa & lite vertēte inter Tho
mam.in iij.vol. Reuoco ergo in du-
biū, nūquid posset reperiri aliquod
remediū per iudicē laicū ad obuian
dum istis calumnijs.Dic, ꝙ duplici
cautela poterit vti. Prima est, quòd
qñ proponitur corā se illa exceptio
remittenda ad iudicem ecclesiasti-
cum, quòd tunc statuat terminū par
ti proponēti, intra quem debeat co
ram se produxisse capitula,& omnia
quæ probare intendit in curia eccle
siastica,vt sic videat,an talia capitula
sint releuatura,aut nō,& sic non ad-
mittat talē exceptionē, sed ad vlte-
riora procedat, quòd iuridicè pote-
rit fieri. ita solenniter fertur consu-
luisse Saly.in quodam suo consi.in-
cip.in quæstione vertente, in castro
agente.Et ibi dicentem se ita vidis-
se consultum per celeberrimos Do.
Ioann. Calderi, & Ioann. de Ligna.
quam decisionem refert:& commē-
dando sequitur Alexand. in d.l.Ti-
tia.in iiij. colū. versic. vnum tamen
nota perpetuò in practica.ff.sol.ma-
trim.& Felyn.in dicto capitulo,cùm
sit generale.in iij.colum.versi.quar-
ta declaratio & optima. de for.com.
Pro quo cōfirmando facit,quod pul
chrè cōsuluit Iet.de Anc.in cōs.ccc-
lxxxij.inci.retēto ordine dubiorum.
ver.& hoc pro vero supposito viden
2 dum restat. *vbi voluit,ꝙ iudex se-
cularis non teneatur exequi senten-
tiam iudicis ecclesiastici, quādo vi-
det eā nullā,seu iniquam:vnde dixit
Ioan. And.in c.cū in iure peritus.de
offic.deleg.& in c.j. de offic.ordi.ꝙ
iudex laicus nō tenetur exequi prę-
ceptum iudicis ecclesiastici, de cu-
ius iniustitia scit, vel suspicatur.idē
dicendū est in casu nostro,quòd iu-
dex laicus nō teneatur remittere ali
quam exceptionem ad curiam eccle
siasticam, quando videt talem exce-
ptionem producturā esse actum nul
lum,videlicet non esse releuaturam
ipsum proponētem. Secūda cautela
est,quòd quando iudex laicus videt,
quòd corā se proponitur exceptio
remittenda ad curiam ecclesiasticā
si vult opponentem illaqueare, quā

do dubitat de aliqua calũnia, q̃ tunc assignet terminũ, intra quẽ debeat se cũ toto processu, corã Iudice ecclesiastico p̃sentasse, nõ dico de iuribus suis ꝓbasse, qa tale p̃ceptũ nõ teneret: nã si cõtingeret, q̃ ꝓponẽs illam exceptionẽ, nõ se p̃sentaret coram iudice ecclesiastico, intra terminũ præfixũ, iudex amplius nõ tenebitur ipsam exceptionẽ remittere, sed poterit ad vlteriora iuridicè ꝓcedere. ita singulariter tradit Bar. in l. p̃ses. C. de appel. quam decisionẽ tacito autore sequitur Ang. & Imo. in l. ij. ff. de re iud. vbi etiã Alex. in 3 col. q̃ eã multũ cõmẽdat. sequitur Paul. de Ca. in d. l. Titia. in fi. ff. solut. mat. Ang. in l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. Fely. in d. c. cùm sit generale. in iij. col. ver. & est cautela, q̃ secularis. vbi dicit istud esse ꝑpetuò notãdũ. & Ale. in l. de die. §. fi. ff. qui sat. cog. vbi dicit, istud esse notatu dignũ in practica. Et ratio potest esse, *quia morosus nõ põt allegare pẽdẽtiã litis, ꝓut no. Bar. in l. sepul. ff. de sepu. viol. & in l. vbi cœptũ. ff. de iud. & in l. quamuis. vbi etiam Pau. de Cast. ff. de da. infe. & d. Abb. in c. ex tenore. in fi. de rescrip. & in c. proposuisti. in ij. col. post d. Ant. ibi, de foro comp. vnde dixerunt Bal. & Pet. de Ancha. ibi in suis reportatis antiquis, in d. l. de die. §. fina. ff. qui satisd. cog. quos ibi etiam refert & sequit Ale. q̃ si remissus ad curiã episcopalẽ super aliquo ĩcidẽti est, ibi si mora iudex primæ causæ potest ad vlteriora procedere.

a Nõ dico. *Si incidit quæstio causæ spiritualis quãdo i facto uertitur, an secularis possit cognoscere: tenuerũt quamplures, q̃ sic. Bar. in l. quoties. C. de iudi. d. Ant. de Bu. & Car. Flo. in c. tuã. de ordi. cog. & in c. cũ sit generale. de foro cõp. per Bal. in l. filiũ diffinimus* ff. de his qui sunt sui uel ali. iu. p̃ Paul. de Leazaris in Cle. j. de usu. per Ang. ĩ disput. sua inci. Astẽsis miles. p̃ Fed. de Senis. in cõs. xcvij. inci. facta est lex. cõtrariũ tenet idẽ Bar. in l. Titia ff. sol. ma. qui uariauit. & Bal. in l. quoties. C. de iud. uariauit p̃ Paul. de Ca. ĩ cõ. cxliij. et p̃ Ioã. de Im. in c. cũ sit generale. per Ro. ut p̃all. l. Titia. per Bal. in cõ. clxix. in ij. lib. consiliorũ. per Lud. Ro. in cõs. ccxcix. quod inci. proposita consul. ibi, præmissis tamẽ nõ obstãtibus. Cõis tamẽ opi. est, q̃ qñ de spirituali quæstione dubitatur super facto, q̃ laicus possit cognoscere ita per d. Ia. Cal et Ant. de But. in d. c. tuã. uide domi. Alexan. de Imol. in l. Titia. in iiij. co. so. mat. et per do. Ias. in l. quoties. C. de iudic.*

Cautela ad licitè acquirendum unam rem absque aliqua solutione pretij. LIIII.

1 *Fructus cuiusdam tacitæ compensationis iure, quo casu in sortem computentur.*

TV cupis habere vnã rẽ, puta vnum fundũ, sed tibi nõ est pecunia, nec alius modus, per quẽ possis emere dictã rem, q̃ro à te, an esset pulchrũ reperire vnã cautelã p̃ quã posses licite acquirere ipsã rẽ absq; aliquo pretio. tu incipies ridere, dicendo, q̃ istę sunt ambages. dic, q̃ imò est reperire cautelã, dummodò possis, & velis eã practicare, videlicet q̃ mandes alicui, vt velit nomine tuo de sua pecunia emere illam talem rem. & posteà te absentes, vel
1 aliter, ipsam rem non petas: * quia isto casu, omnes fructus, quos ille perci

percipiet, iure cuiusdam tacitę compẽsationis cõputantur in sortẽ: & sic elapso aliquo tẽpore, calculabitur, quòd tot fructus erũt percepti, quot ascendent ad summam ipsius sortis. & per cõsequens cõsequeris ipsam rem. quod nihil tibi cõstabit. ita solenniter docet Bal. in rubric. C. de contrahend. emptione. in xv. quæsti. quem refert & sequitur dominus Iason in l. prima. §. mutui datio. in vltima col. versi. xv. fallit. ff. si cer. peta. dicens, quòd istud est valde notandum. & cordi tenendum, quia hoc hoc modo quis poterit acquirere fundum, absque aliquo pretio.

Cautela ad obuiandũ, quòd debitores non ualeant impetrare saluum conductum dilatorium solutionis. L V.

1 *Mora modici temporis, magnum damnum afferre non solet.*

2 *Saluusconductus alicui cõcessus, quòd non possit molestari nec in rebus, nec in persona, ad debitum iuratum non extenditur.*

3 *Actus iurato non solùm princeps, uerũ etiam summus pontifex, nunquàm per aliquem actum suum derogare intelligitur.*

4 *Papa faciens constitutionem cum clausula, non obstante, non intendit uelle derogare seu tollere cõstitutionem, seu actum iuratum.*

5 *Papa seu Imperator quassans cõsuetudines, uel statuta, nunquam consuetudines, uel statuta iurata uelle quassare intelligitur.*

6 *Principes seculares super iuramento dispensare non possunt.*

7 *Papa nisi ex magna causa super iuramento dispensare nequit.*

8 *Statutum cogens agnatos litigantes ad cõpromittendũ, non habet locũ, nec procedit ubi actor promissionis iurata uigore ipsum reum conueniret.*

